



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

NYPL RESEARCH LIBRARIES



3 3433 07437648 8

44
B



G. B. 1733







N 12

BIBLIOTHECA

CLASSICA LATINA

SIVE

COLLECTIO

AUCTORUM CLASSICORUM LATINORUM

CUM NOTIS ET INDICIBUS

On souscrit, à Paris,

CHEZ N. E. LEMAIRE, Éditeur, rue des Quatre Fils, n° 16, au Marais.

DEBURE frères, libraires du Roi, rue Serpente, n° 7.

TREUTTEL et WURTZ, libraires, rue de Bourbon, n° 17.

A. F. DIDOT, imprimeur de l'Institut, rue Jacob, n° 24.

BOSSANGE père, libraire, rue Richelieu, n° 60.

DONDEY-DUPRÉ, impr.-lib. rue Richelieu, n° 47 bis.

BRUNOT-LÂBBE, libraire de l'Université, quai des Augustins, n° 33.

JUL. RENOUARD, libraire, rue de Tournon, n° 6.

MONGIE aîné, libraire, boulevard Italien, n° 10.

H. VERDIÈRE, libraire, quai des Augustins, n° 25.

ARTHUS-BERTRAND, libraire, rue Hautefeuille, n° 23.

Et chez tous les libraires de France et des pays étrangers.

**CAII PLINII SECUNDI
HISTORIÆ NATURALIS**

LIBRI XXXVII

**EXCUDEBAT A. FIRMINUS DIDOT,
GALLICARUM ACADEMIARUM TYPOGRAPHUS.**

CAII PLINII SECUNDI
HISTORIÆ NATURALIS

LIBRI XXXVII


CUM SELECTIS J. HARDUINI, DALECAMPII, BODEI, GERARDI, SPRENGELII,
ATQUE ALIORUM NOTIS ET EXCURSIBUS

PARS QUINTA CONTINENS MATERIAM MEDICAM
EX ANIMALIBUS

CURANTE

JO. B. F. STEPH. AJASSON DE GRANDSAGNE.

VOLUMEN OCTAVUM




PARISIIS
COLLIGEBAT NICOLAUS ELIGIUS LEMAIRE

POESIOS LATINÆ PROFESSOR

MDCCCLXIX

7 A 2



NOV 23
1931
1931



C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIÆ
LIBER XXVIII*.

I. DICTÆ erant omnium rerum naturæ, inter cælum
ac terram nascentium, restabantque quæ ex ipsa tel-

* Si medicæ historiæ incunabula eodem animo atque animalium ac plantarum historiam contemplari velis, non sine quodam molestiæ sensu inuenies ea supervacuis sæpius tentamentis, gravibus ineptiis perniciosisque erroribus contaminari, veritatis luce noanumquam carere, et paucissimis experimentis usu comprobatis stabiliri. Dum Ægypti filia et alumna nobilis, antiqua illa Græcia splendidam scientiarum artiumque laudem ubique diffunderet, fabularum et mythorum tenebris involuta dubios moliebatur gradus Therapeutice, lenta temporum et studiorum progenies. Tunc enim feminarum inter manus sæpissime versabatur: quod si in controversiam vocaretur, Circes et Medææ fama ætatum victrix hodie etiam fusius comprobaret. Pluribus jam elapsis sæculis, nuper tardiori adhuc et impeditiori gressu ad novas opes et auxilia comparanda procedebat. Nam sapientis naturæ normam aspernati, medicaminum effectus male scrutati, et morem noxium jurandi *in verba magistri* servantes medici per diuti-

nam annorum seriem vituperanda æstuarunt dubitatione, et longe tantum philosophos secuti sunt. Non igitur mirandum est, si, dum Vespasianus et Titus habenas imperii moderarentur, celeberrimi Plinii eruditus eximiusque liber non potuerit omnem omaino medicinæ caliginem depellere; si scriptoris peritæ fecundissimum, at nimis credulum, nimis prodigiorum avidum ingenium, opinionibus vulgi abreptum aliquando in errorem fuerit, et boni instar Forteri, quardocumque somniatore, inter et rædæ observationis ipse dormitaverit. H. CLOQUET.—Hoc in libro Noster de iis pharmacis sermone[m] habet, quæ ipsius tempore usurpabantur ut plurimum, et ex animantibus hausta erant quorum morbis medendum fuit. De usu agit, quum interno, tum externo. Medicaminum species vel series duplex: quarum priore illa pharmaca continentur quæ praxis invenit; altera vero, quidquid superstitiosa somniavit antiquitas. Noster sæpissime, dum de his agit, Criticus, historicum dumtaxat sese præstat, ubi circa priora versatur.

lure fodiuntur, si non herbarum ac fruticum tractata remedia auferrent transversos¹, ex ipsis animalibus quæ sanantur, reperta majore medicina. Qui ergo dixerimus herbas, et florum imagines, ac pleraque inventu rara ac difficilia, iidem tacebimus quid in ipso homine prosit homini², cæteraque genera remediorum inter nos viventia?

Cæterum medicaminum series tota in tres partes abire videtur; prima scilicet quæ animantium solidæ partes suppetunt; secunda quæ ex humoribus derivata; tertia demum quæ ex animantibus integris veniunt. Durat et in therapeutice hodierna animalis substantiæ non unius usus. Ergo quum examinandum sedulo sit nobis, quatenus illa quæ Nostro placent, experientia approbet, et ratio sanciat, nec inutile sane esset experientiæ et rationis discrimina ac convenientias narrare, æstimare: sed quum plerumque, ubi de physicis rebus tractandum est, deficientibus theoriis, nihil aliud valde ex scientiis devenire, ad testimonium solum provocabimus. Aliquæ veterum experientiam, qui felicissime in id artis incubuerunt. *Ag.* :

L. I. Repetitis abirent transversos. Vols. transversus. Alter trasverso. Sic lib. XXI, 4, « tralatione quoque, ut vites, optime ocysissimeque provenit »; lib. XXIX, 3, « donec candida fiat ac tralucida. » Eodem lib. c. 4, « distinguente linea alba et traversum altera »; l. XXI, 7 « glebis pæne tralucetibus », ibidemque « tralucidus et odoratissimus »; lib. XXXIII, 6, « candidæ nitentesque, non tamen tralucetæ ». Eodem c. 9, « depressa an elata, traversa

an obliqua »; lib. XXXV, 11, « adversum eum pinxit, non traversum »; lib. XXXV, 14, « tralata tamen magis mirabantur »; lib. XXXVIII, 8, « maculosi atque non tralucidi. » Sic omnibus his locis liber optime. *GRON.* — Cæterum si de sensu requisiveris, agi et auferri transversus dicimur, quum veluti vi ac impetu quodam ab instituto deflectimur. *LIVIVS*: « Abstulerunt me velut de spatio Græciæ res immixtæ Romanis: non quia ipsas operæ pretium esset perscribere, sed quia, etc. » Et in celeb. Prologo *LABERIUS*: « Necesitas...cujus transversæ impetum Multi effugere voluerunt, pauci potuerunt. » *Ag.*

2. *Quid in ipso homine prosit homini.* Quod si, ut ait *CICERO*, *Tusc.* I, cap. 22, nihil majus est, nihil utilius homini quam *se noscere*, i. e. *animum suum*; non membra, aut staturam figuramve noscere; ego censeo nihil pejus, nihil fœdus ignorantia, superstitione, credulitate, vel fraude illorum, qui affirmant in homine remedia homini vivere, et infra conditionem animalium Regem ipsum animantium deprimunt. Indignatur quidem sanæ mentis vir, quotiescumque circulatores, pharmaceutriæ, sagæ, et hoc omne veteratorum infamium

quum præsertim, nisi carenti doloribus morbisque vita ipsa pœna fiat. Minime vero : omnemque insumemus operam, licet fastidii periculum urgeat; quando ita decretum est, minorem gratiæ, quam utilitatum vitæ respectum habere. Quin immo externa quoque, et barbaros etiam ritus indagabimus. Fides³ tantum auctores appellet. Quamquam et ipsi consensu prope judicata eligere laboravimus, potiusque curæ rerum, quam copiæ institimus. Illud admonuisse perquam necessarium est, dictas jam a nobis naturas animalium, et quæ cujusque essent inventa (neque enim minus profuere medicinas reperiendo, quam prosunt præbendo): nunc quæ in ipsis auxilientur iudicari, neque⁴ illic in totum omissa. Itaque hæc esse quidem alia, illis tamen connexa.

II. Incipiemus autem ab homine, ipsum sibi exquirentes, immensa statim difficultate obvia. Sanguinem quoque gladiatorum bibunt¹, ut viventibus poculis,

genus, qui hominem præscribunt in remedia eadem resolvi ac hircines, bufones, rubetas, angues, lacertas, lupos, vulpes, canes, mures, etc. Sordent igitur nobis, et contemnimus hæc ridenda amuleta, quorum usus omnino proscribendus est, sive ab ignaro medico jubeantur, sive ea invocet atque adhibeat infelix, qui non minus animo quam membris æger, nihil omittit quod ad se sanandum pertinere credat. Temporibus tamen Plinianis ignoscendum. H. CLOQUET.

3. *Fides.* Ad obtinendam fidem auctores tantum juvabit appellare.

4. *Neque.* Neque in tractatione animalium, ea remedia, quæ ex iis petenda sunt, penitus a nobis sunt prætermissa. HARD.

II. 1. *Sanguinem quoque gladiatorum bibunt.* Idem Septimius Florens in Apologetico, Aurelianus, lib. I, celerum pass. cap. de epilepsia: « Gladiatore jugulato, qui occiderat, et confoderat, ejus sanguine proluebat manus vel in victoria signum, vel ut sic immotus ac interritus effundendo hominis sanguini assuesceret. Qui vero caduco morbo vexabantur, eum adhuc calidum ex plaga manantem sorbebant, ut remedium sui mali præstantissimum. » Vide Lipsium, Saturnal. lib. II, cap. 22. DALRQ. — *Sanguinem.* Cels. III, 23, de comitiali morbo: « Quidam jugulati gladiatoris calido sanguine epoto, tali morbo sese liberarunt: apud quos miserum auxilium, tolerabile miserius malum fecit. » Tertull.

comitiales morbi³: quod spectare facientes³ in eadem

in Apol. cap. 10: «Item illi, qui munere in arena noxiorum jugulatorum sanguinem recentem avida siti comitali morbo medentes auferunt, ubi sunt?» Sic etiam Cæl. Aurelian. L. Chron. cap. 4, de epilepsia. Simile istud remedium est, quod Scribon. Largus affert, comp. 18: «Item ex jecinore gladiatoris jugulati particulam aliquam novies datam consumant. Quæque ejusdem generis sunt, extra medicinæ professionem cadunt, quamvis profuisse quibusdam visa sunt.» HARD.

2. *Ut viventibus poculis comitiales morbi.* Apographon nostrum, «ut bibentibus populis comitiales morbi». Legendum reor, «ut procul sint comitiales morbi»: nam verbum *bibentibus*, glossulam, ut dicunt, interlinealem fuisse puto. PINT. — *Ut viventibus poculis comitiales morbi.* Sic Gelenius, quum ederetur: «ut bibentibus populis procul sive comitiales morbi.» Pintianus reddit: «ut procul sint comitiales morbi» extrito τῶ *bibentibus*: quum in scripto reperisset: «ut bibentibus populis comitiales morbi»: quod etiam in Chifflet. notatum. Quatuor penes nos: «ut bibentibus procul sint comitiales morbi.» Præstantissimus: «ut viventibus populis comitiales morbi.» Conjicio: «sanguinem quoque gladiatorum bibunt, ut juvantibus poculis, comitiales morbi.» Fortasse morosum minus alicui videretur: «ut juvantibus poculis comitiales morbos.» Sed quia omnes scripti favent τῶ *morbi*, et id dictioni Plinii satis congruit, illud præfero. *Comitiales morbi*,

inquit, id est, comitali malo adfecti, sanguinem quoque bibunt gladiatorum, tanquam *juvantibus poculis*, adversus ejus morbi diritatem. GRONOV. — Viventia pocula eleganti translatione vocat ea, quæ calentem adhuc et quasi spirantem sanguinem continerent: quod et habere in se vitam, et præstare haurientibus eam videbantur: plane ut animam ipsam et salutem sorberi in ipsis crederes. *Viventibus*. Sic libri omnes, tum editi, tum exarati manu, quos vidi, quosque non vidi. Eadem sententia dixit idem paulo ante Plinius: «nec tacebimus quid in ipso homine prosit homini, cæteraque genera remediorum inter nos viventia.» Quod qui non animadvertere, has voces variis modis sollicitarunt: Pintianus extrita v. «viventibus.» Gronovius, «ut juvantibus poculis»: ille audacius paulo: ingeniosius iste, quam verius. Adde his ea quæ diximus in not. prioribus. H. — Bene Harduin. quanquam in hoc fallitur, quod pocula credit cum cyathis συνόνημον. at h. l. pro portionibus sumendum, me judice, est. Ergo gall. verte *boisson vivante*. A.

3. *Sanguinem quoque gladiatorum bibunt... quod spectare facientes*, etc. Quæ Plinius imprecatur hoc loco, possis jure tuo contra quosdam et nuperis temporibus regerere qui falso medici nomen sibi circumdederunt, dum jubent, forte post Celsum, Tertullianum, et Scribonium Largum, sanguinem bibi e vena exeuntem, quasi epilepsię id barbarię genus medeatur. Unde id falso Ludovico XV jam seni objectum a criminantibus fuit. Sed id

arena feras quoque horror est. At hercule illi ex homine ipso sorbere efficacissimum putant calidum spirantemque, et una ipsam animam ex osculo vulnerum: quum plagis ne ferarum quidem admoveri ora fas⁴ sit humana. Alii medullas crurum quærunt⁵, et cerebrum infantium. Nec pauci apud Græcos, singulorum viscerum membrorumque etiam sapes dixere⁶, omnia persecuti usque ad resegrina unguium: quasi vero sanitas videri possit, feram ex homine fieri, morboque⁷ dignum in ipsa

laudatum a quibusdam, res est in dubium nequaquam vocanda, et cujus certiores nos fecit juvenis doctissimus BOUCHÉ, non modestia minus commendandus, quam perpulchris circa epilepticos observationibus. Commentarius, sagacitatis et doctrinæ specimen grande, et præmio in concursu litterario donatum, pauca tamen continuit e numerosissima exemplorum suppellectili quæ ipse colligenda de hoc morbo curavit. Ad. et cf. volumen, cujus hæc inscriptio est: *L'épilepsie considérée dans ses rapports avec l'aliénation mentale.* Lut. Paris. 1826. A.

4. *Fas.* In Reg. 1, *fas sit humanus*, in Reg. 2 et Ch. *mos sit humanus.* Quid magis arrideat, arbitrii esto legentium. HARD.

5. *Alii medullas crurum quærunt.* Nostris fere temporibus, medullam ossium hominis, more linimenti, ut oleam emolliens ac penetrans, commendat GUETTARD. Qui nunc hoc exemplum sumere non timeret, maximo esset explodendus cachinno, quum sciant cuncti illam virtute medullis bubulæ, equinæ, suillæ, cervinæ, ovillæ, caprinæ nullo modo antecellere. H. CLOQUET.

6. *Singulorum viscerum... sapes dixer.* Quum olim Cannibalos (fas sit hoc nomine Anthropolophagos vocitasse), viatores interrogarent de variis carnis humanæ saporibus, hi respondere Europæorum omnium durissimos Hispanos, et in deliciis maxime calcaneum. Nec satis scio, an ulli Hispanorum, in gravescente belli pæne ultimi incendio, captivos dente attigerint, quos sæpissime assandos curaverant, Quamquam alicui sciscitanti (BLANQUI, *Voyage en Espagne*), quid saperet miles Gallus, rusticus vir responderit: - Nescimus, nam ad canes præda jactabatur. - Pauci anni effluerunt, ex quo Versaliis reus ante tribunal constitutus est fœde famosus ЛЭГКА, quem manifestum et humanæ carnis esse, et intra trucidatorum viscera immissio capite, humani sanguinis epoti, iudices morte mulctarunt, at medici dementem pronunciavere. Cf. D. D. GEORGET, quem extinctum morte ante diem luget scientia, libro de Amentium medicina legali. Lutet. Paris. 1825. A.

7. *Morboque dignum,* etc. Simulque morbo dignum fieri, qui tam crudeli medicina utatur. HARD.

medicina : egregia hercule frustratione, si non prosit. Adspici humana exta nefas habetur⁸ : quid mandi? Quis ista invenit ostenta⁹? Tecum enim res erit, eversor juris humani, monstrorumque artifex, qui primus ea condi-
 9 disti : credo, ne vita tui oblivisceretur. Quis invenit singula membra humana mandere? qua conjectura inductus? Quam potest medicina ista originem habuisse? Quis¹⁰ veneficia innocentiora effecit, quam remedia? Esto, barbari externique ritus invenerint : etiamne Græci suas fecere has artes? Exstant commentationes Democriti, ad alia noxii hominis e capite ossa plus prodesse : ad alia, amici
 4 et hospitis. Jam vero vi interempti dente gingivas in dolore scarificari¹¹, Apollonius efficacissimum scripsit : Miletus¹², oculorum suffusiones felle hominis sanari¹³. Artemon¹⁴ calvaria interfecti, neque cremati, propinavit aquam

8. *Adspici... nefas habetur.* Unde et apud veteres anatomicæ rei ignorantia medicina laboravit. *As.*

9. *Quis ista invenit ostenta?* Hic Pintianus : Scribo, « Quis ista invenit? Ostanes. » De Ostane Mago, et Plin. alibi sæpe, et Suidas, et Dioscorides passim et omnes. Confirmatur hæc lectio verbis statim sequentibus : « Tecum enim res erit, etc. » *PINTIAN.* — Falso. Nam id quare Ostani potius quam magicæ rei inventori Zeretocho (vulg. Zoroastri), datum a Pintiano? Tum memento magorum eo tempore artem non eam fuisse quam postea sagæ et circulatorum coluere, mendacii et vanitatis plenam sophiam. *As.*

10. *Quis.* Quis effecit, ut innocentiora jam veneficia videri possint, quam remedia talia? *HARD.*

11. *Scarificari.* *MSS.* omnes, *Reg. Colb.* aliique *scarifari.* *HARD.* —

Dente gingivas in dolore scarificari, etc. Hodie quoque usitata res medicis est gingivarum scarificatio ejusdem gratia curationis; sed acumine instrumenti chirurgici operatio fit, nec dentem applicant hominis qui violenta morte diem clausserit. *As.*

12. *Miletus.* *Reg. 2, Meletes.* *Ch. Meletos.* Forte *Melitus*, ut diximus in *Auctorum Indice.* At *Reg. 1, Miletos.* *HARD.*

13. *Oculorum suffusiones felle hominum sanari.* Tobis historiam, vel pueri, novimus, quem angelus felle sanavit piscis cujusdam, quem, si pervelis nosse, suadeo ichthyotheologias adeas, speciem et genus tamen statuisse haudquaquam visos. Equidem dubito, quidquid auctoritatis præferant tradita a majoribus, placere hodie physiologistis tale quoddam pharmacorum genus. *As.*

14. *Artemon.* Et *Scrib. Larg.*

e fonte noctu comitialibus morbis. Ex eadem suspensio interempti catapotia fecit, contra canis rabiosi morsus Antæus. Atque etiam quadrupedes homines sanavere: contra inflationes boum, perforatis cornibus inserentes ossa humana: ubi homo occisus esset, aut crematus, siliginem quæ pernoctasset, suum morbis dando. Procul a nobis nostrisque litteris absint ista. Nos¹⁵ auxilia dicemus, non piacula: sicubi lactis puerperarum usus mereri potuit, sicubi saliva, tactusve corporis¹⁶, cæteraque similia. Vitam quidem non adeo expetendam censemus, ut quoquo modo trahenda sit. Quisquis es talis, æque moriere¹⁷ etiam, quum obscenus vixeris, aut¹⁸ nefandus.

comp. cap. 2, ad comitalem morbum, comp. 16: «Sunt et qui sanguinem ex vena sua missum bibant, aut de calvaria defuncti terna cochlearia sumant per dies triginta.» Q. Serenus, cap. 58, de comitali morbo, pag. 161: «Præterea pluvias hominis quas calva supina Exceptit projecta sinu, consumere prodest.» HARD.

15. *Nos.* Nos ex homine, inquit, remedia quæremus dumtaxat vulgaris, et paratu facilis: Sicubi lacte mulierum, sicubi aliquo tali opus fuerit: cætera quasi piacula vitabimus. HARD.

16. *Tactusve corporis.* Magnetismi nunc assertores ingerunt sacerdotes Ægyptios magnetismi apprimere gnaros, quem ad sanandos morbos non semel transtulerant. Hinc et si quem scrophulosum (sanatio certa) tangeret modo sacratus rex vel imperator: quæ quidem dos magna, postquam ab imperatore Vespasiano ad nostra ferme tempora fluxit, Galliarum regibus propria diu, derepente cessit, ma-

jestatem usurpante democratia. AS.

17. *Æque moriere etiam, quum obscenus.* Pintianus e cod. suo probat *quam obscenus*: ut et est in Vossiano: tamen ea particula locum hic habere non videtur. Hoc enim dicit, non magis fore ut mortem effugiat, qui proferre vitam sibi videatur obscenus aut nefandus ob Thyestæas epulas aut ob hominem impensum, quam si mansisset purus et anima sancta atque istius culpæ inscia descendisset ad manes. Recte igitur *quum* vel *cum* inde fecerunt. Facilius ferrem *quod* quam, si *quod* etiam abesset. GRON.

18. *Vitam quidem... aut nefandus.* Declamatorie, etiam quum in hæc corollaria desinit quæ ratio approbat. Ergo has medelas illa de causa amovendas dicit, quod piacula sint, et talibus auxiliis incolumem obscenis aut nefandis annumerat. Bella sane peroratio! ergo hæc auxilia sunt et incolumem aliquem effecere? Quid obscenitatis ergo habent, aut nefarii piaculi? quid sceleris, bone vir, si interemptum

Quapropter hoc primum quisque in remediis animi sui habeat: **EX OMNIBUS BONIS**, quæ homini tribuit natura, nullum melius esse tempeſtiva morte¹⁹: idque in ea optimum, quod illam sibi quisque præſtare poterit.

1 III. (II.) Ex homine remediorum primum maximæ quæſtionis, et ſemper incertæ est, valeantne aliquid verba et incantamenta carminum¹. Quod ſi verum² est, homini³

vi, ſuſpendio, aut quolibet modo, ego dentibus, ossiculis, carne minore fecerim? Nil, me iudice. Sed non eadem reſponſio, ſi dicerem: Quid abſurditatis, ſi ex interemptorum vi, ſuſpendio, aut ſuicidio quolibet, nec crematorum, reliquiis credatur poſſe utiles confici medelas? *Aj.*

19. *Ex omnibus bonis... tempeſtiva morte.* Evaneſcente libertate apud Romanos, ſubito graſſata eſt doctrina de ſuicidio. Bruti, Caſſii, Utiſſensis, et Porciæ exemplis veſtigia impreſſa quæ in ætatem longam duravere et vivendi poenitentiam generoſiſſimis animis intulerant. Poſt Plinianam ætatem obtinuit minus auctoritatis melancholia, nec plus duravit diſciplinæ feralis imperium quam amiſſæ rei publicæ memoria: quanquam sæpe ipſi ſibi manus ſolebant conſcire qui, purpura aſſumpta, jam in eo erant ut vincerentur, traderentur, aut qui ab imperatore damnati erant. *Aj.*

III. 1. *Valeantne aliquid verba et incantamenta carminum.* Reſ de qua hodie apud ſolas anus diſputandum. Sed olim quæſtio fuit. Hinc Vindicianus: « Sume igitur medicum pro tempore, proque labore, Ætate atque habitu, ſumma ratione paratus, Gramine ſeu malis ægro præſtare medelam, Carmine

ſeu potius. Namque eſt reſ certa ſaluti Carmen, ab occultis tribuens miracula verbis. » Hinc et Euripid. in Hippolyto coronato: *Νοσῦσα δ' αὖ πῶς τὴν νόσον καταστέρου. Εἰσὶν δ' ἐπιφθάλ, καὶ λόγοι θαλακτῆροι. Φανίσταί τι τῆσδε φάρμακον νόσου. Aj.*

2. *Quod ſi v. est*, etc. Voss. tres, Gud. Acad. « acceptum fieri oportere. » Sic l. XXXIV, 14: « quamobrem culpa et ejuſ non natura fiat accepta »; et eodem: « in Cappadocia tantum quæſtio eſt, aquæ aut terræ fiat acceptum »; l. VIII, 17: « Nam quæ de infantibus ferarum lacte nutritis, quum eſſent expoſiti, produntur, ſicut de conditoribus noſtris a lupa, magnitudini fatorum accepta fieri æquius, quam ferarum naturæ, arbitror. » Sic enim Chifflet. et Voſſiani duo, ubi vulgo etiam *ferri*. Scio tamen, lib. II, 7: « huic omnia expenſa, huic feruntur accepta »; et l. XII, 18: « quæ hoc acceptum ſuperis ferat. » Plinius alter, lib. II, epist. 4: « quidquid mihi pater tuus debuit, acceptum tibi ferri jubeo. » Ubi tamen membranæ Acad. non ſpernendæ, « acceptum tibi fieri. » Nam et ſic, lib. VI, ep. xxxiv: « tu tamen meruiſti, ut acceptum tibi fieret ». Gron.

3. *Homini.* MSS. dant *acceptum fieri.* HARD.

acceptum ferri oportere conveniet. Sed viritum sapientissimi cujusque respuit fides. In universum vero omnibus horis credit vita, nec sentit⁴. Quippe victimas⁵ cædi

4. *Credit vita nec sentit.* Credit vulgi opinio valere verba, vel certa cognitione et rerum sensu id persuasum habet. DALB.

5. *Quippe victimas, etc.* Lego ego: « Quippe victimas cædi sine precatione non videtur, referri ad Deos, rite consuli. » Ubi τὸ « non videtur victimas cædi sine precatione »: idem est, ac « non videmus victimas cædi. » Et statim sequitur: « Præterea alia sunt verba impetrati, alii depulsorii, alia commendationis. » Vide Salmas. p. 585 b. — Et sane in sacris, apud antiquos, sacerdotes primum precabantur: mox hostiam mola, vino, costo, thure mactabant: deinde libabant, e sympulo fictili, vel ligneo vinum gustantes, et adstantibus propinantes: tum victimariis seu cultrariis, popis, agonibus immolari, et excoriari victimam jubebant, ac excepto pateris sanguine, mortuam proscindi: hinc exta inspiciebant, et, si litatum fuisset, postea reddebant, id est, diis, quod debetur, ministris adstantibus partiebantur: ac postremo epulabantur, carne perpetuo tosta vel assa, nisi ex ariete, quæ elixabatur. His peractis, Græci λαῶν ἀφισιν denunciabant: Romani vero, licet proclamabant, eos qui adstiterant, dimittentes. Alex. ab Alex. IV, cap. 17. Vide et quod notatum est c. XXIV, 9, et XXXIV, 12. DAL. — *Quippe victimas, etc.* Hæc corruptissima exclamat Salmasius ad Solinum, pag. 585, nec senten-

tiam ullam, bona quæ sit, efficere: veteres libros omnes legere, « referri adeo rite consuli »: restituentum autem, « quippe victimas cædi sine precatione non videtur, referri ad deos, rite consuli. » At hoc mihi multo molestius ad aures accidit. Quod ille omnibus in vett. libris esse ait, exstat etiam in nostris, sed sequioribus. Vosianus nihil demutat, nisi quod habet *aut deos pro nec deos*. Utam autem particulam recipias, plane erit sententiæ: « sine precatione cædi victimas referre (i. prodesse sacrificia, vel cædi utiliter victimas) aut deos rite consuli non videtur ». Item, « sine precatione non videtur referre (id est, nihil jurare putatur, nihil prodesse vulgo creditur) cædi victimas, nec videtur deos rite consuli. » Quo significat necessario preces adhibendas. Unde apparet etiam error Jac. Gutherii, lib. IV de jure Pont. cap. 14, qui « victimas cædi sine precatione non videri referre », accipit quasi diceretur, nihil interesse, preces ad sacrificium fundarentur, annon; eoque τὸ *referre* delet. Quis est qui confiteatur sese ignorasse, *refert*, esse interdum, ad rem pertinet, juvat, utile est? Plautus Curcul. IV, 3: « Quid refert me fecisse regibus, ut mihi obedirent, si hic me hodie umbraticus deriserit? » Epidico, lib. II, « nam quid te igitur retulit Beneficium esse oratione, si ad rem auxilium emortuum est? » in hoc

sine precatione⁶ non videtur referre⁷, nec Deos rite consuli. Præterea alia sunt verba impetritis⁸, alia depul-

tamen tota difficultas: « Non videtur ferre victimas cædi sine precatione », est, non videtur ad rem pertinere, nihil agitur sacrificando sine precibus. GRON.

6. *Sine precatione.* Ejus initium fiebat a Jano et Vesta, ut per eos aditus pateret ad Jovem Opt. Max. Apollinem, Vulcanum, Mercurium et reliquos, ut volentes ac propitii sacris adessent et precationi qui in eundem Janum fiebat. Alex. ab Alex. IV, cap. 17. DALZC.

7. *Referre.* Male Dalec. Pinum, sanctum, ac legitimum esse. Sensus est: Non videtur prodesse, nihil juvare vulgo creditur; non videtur ad rem, ut rite peragenda est, pertinere; nihil enim agitur, sacrificando, sine precibus. Quoad scripturam, libri omnes editi, nec *Deos rite consuli*: cætera cum optimæ notæ exemplari Reg. 2 plane congruunt. Ut intelligas quanti sit facienda Salmasii emendatio, ita legendis in Solin. pag. 685: « quippe victimas cædi sine precatione non videtur, referri ad Deos, rite consuli. » Quanti quoque Jac. Gutherii interpretatio qui de jure Pontif. IV, 14, pag. 431, sic accipit, quasi diceretur nihil interesse, preces ad sacrificium funderentur, annon: ideoque τὸ *referre* delet. HARD.

8. *Impetritis.* Impetrato rem divinam fieri solitam M. Valerius scribit lib. I, cap. 1, quum aliquid foret inquirendum extis vel sortibus, addo et auspicio: precatione, quum commendandum: voto, quum

exposcendum: gratulatione, quum solvendum. Impetrato vero contineri eorum precationes quæ ostentis aut fulguribus denuntiantur. Vide Turn. Advers. 18, cap. 10, lib. XXXIII. *Impetratum* est quasi in petra fixum, ratum, firmum, stabile, augurio, extis; sortibus impetratum. Plaut. in *Asinaria*, « impetratum, inauguratum est quodvis admittunt aves. » Vide Festum. DALZC. — *Impetritis.* Sic libri omnes conditivi, moxque *depulsorius*, non ut editi, « impetrantis et depulsoris. » Impetratum dixere quondam auspices, pro *impetratum*. Impetrata sacra, quæ lætis prosperisque fulguribus evocandis, aliisque auspiciis sunt addicta: conciliandorum numinum causa, ut certa, firma, ac secura, petentibus denuntiarent: depulsoria, quæ sunt ostentis omnibus averruncandis seu depellendis dicata. Quid vero commentationis sacra sint, nondum exploratum. *Commendationis* forte legi satius fuerit, quum Val. Max. statim initio lib. I dicat: « Prisco instituto rebus divinis operam dari, quum aliquid commendandum est, precatione... quum inquirendum vel extis, vel sortibus, impetrato: quum solemniter peragendum, sacrificio: quo etiam ostentorum ac fulminum denuntiationes procurantur. » Quæ tria ipsa sacrorum genera videntur esse, quæ Plinius modo recenset. Impetratum et in Plauti fabula leges, quæ *Asinaria* inscribitur, act. II, scen. 1, vs. 11. HARD.

soriis⁹, alia commentationis : vidimusque certis precationibus obsecrasse summos magistratus. Et ne quid verborum prætereatur, aut præposterum dicatur, de¹⁰ scripto præire aliquem : rursusque alium custodem dari qui attendat : alium vero¹¹ præponi, qui¹² faveri linguis jubeat : tibicinem¹³ canere, ne quid aliud exaudiatur¹⁴: utra-

9. *Depulsoriis.* Depulsoria, aut, ut est apud Valerium, depulsa, ad portenta pertinebant, quæ conceptis verbis depellebantur et avertebantur. Quod idem Valerius scribit, precatione diis quod salvum esse volebant, commendabant. Turn. *Advers.* lib. XXIII, c. 10, et lib. V, cap. 18. DALZC.

10. *De.* Recitare et quasi prælegere. Hujus moris exempla vel unus Latinus linguae Thesaurus plura suppeditabit. Subintellige porro hoc loco « præire aliquem alicui. » Nam verbum infiniti modi *præire*, ante se accusativum hunc *aliquem* habet, non regit, admittitve post se. HARD.

11. *Aliam vero præponi*, etc. Verba illa fuerunt, εὐφημαίτε, σιγάτε, favete linguis. Ovidius: « Prospera lux oritur, linguis animisque favete: Nunc dicenda bono sunt bona verba die. » Cicero de *Divinat.* II. Euripid. in *Ione*: Στόματ' εὐφαιμον προουσιτ' αγαθῶν, Φήμας ὡς αγαθὰς τοῖς ἰθιλοῦσι Γλώσσας ἰθιὰς ἀποφαινεῖν. Attius in *OEnomao* apud Nonium: « Per urbem, ut omnes qui arcana aeternumque accolunt Cives, omnibus faustis augustam adhibeant Faventiam, ore obscena dicta segregent. » DALZC.

12. *Qui.* Ita libri omnes. Turnebo magis placet *favere*, Seneca lib. de *vita beata*, c. 26: « Favete

linguis: Hoc verbum, non ut plerique existimant, a favore trahitur: sed imperatur silentium, ut rite peragi possit sacrum, nulla voce mala obstrepente. » Quæ Plinii quoque hoc loco mens est. Aliter forte Festus, verbo *faventia*: « præcones clamantes, inquit, populum sacrificiis favere jubebant: favere enim est bona fari. Ac veteres poetæ pro silere usi sunt favere. » H.

13. *Tibicinem.* Ovid. *Fast.* VI, v. 657, lepide: « Temporibus Veterum tibicinis usus avorum Magnus, et in magno semper honore fuit. Cantabat fanis, cantabat tibia ludis, Cantabat mœstis tibia funeribus. » Iterumque: « Quæritur in scena cava tibia: quæritur aris. » Hostias apud Romanos ad tibicinem immolatas, hæc Tullii quoque verba testantur in *Rullum* II, n. 82: « Erant hostiæ majores, in foro constitutæ, quæ... probatæ, ad tibicinem et præconem immolabantur. » Et in consecratione solitum adhiberi tibicinem, idem est auctor, orat. pro *Domo sua*, n. 125. Sacra peragentem cum adstante tibicine lapis antiquus exhibet, apud Gruter. pag. 1007, nummique Domitiani, quibus hæc adjecta epigraphe cos. XIII. LVD. DALZC. F. « Ludos sæculares fecit. » H.

14. *Exaudiatur.* Ab eo qui precatur, quod ejus mentem occupet

que¹⁵ memoria insigni, quoties ipsæ diræ¹⁶ obstrepentes nocuerint, quotiesve precatio erraverit: sic repente extis adimi¹⁷ capita vel corda, aut geminari victima stante.
 3 Durat¹⁸ immenso exemplo Deciorum patris filique, quo se devovere, carmen¹⁹. Exstat²⁰ Tucciæ Vestalis incestæ

et avertat. DALEC. — *Exaudiatur.* Ab eo qui sacra peragit: ne quid mentem ejus a precatone avocet.

15. *Utraque.* Est illud utrumque sane dignum memoria; notatum in Annalibus esse, quoties, etc. H.

16. *Ipsæ diræ.* Ut Crasso apud Ciceronem, de Divinat. lib. I. DALEC. — *Quoties.* Vel diræ obscenæque volucres: vel execrationes potius, ut cap. seq. imprecationesque, quæ ab inimicis effundebantur horrendæ, deos quosdam inauditos compellantibus, quibus quicumque devotus erat, credebatur maximo affici infortunio. Cicero de Divinat. I, num. 29: «M. Crasso quid acciderit vidimus, dirarum obnuntiatione neglecta.»

17. *Adimi capita.* «Caput jecinoris, inquit Livius, a familiari parte cæsum dicitur aruspex ostendisse.» Caput id, venarum hepatis truncus est, aut portæ ingredientis, aut cavæ prodeuntis. Familiaris pars fuit interior, nempe cava, sive sima: hostilis exterior, nimirum gibba. Hepatis ἄσπευς (fibras), Cicero, de Divinat. lib. II, *fissa* vocat. Vide Turn. Advers. c. 18, V, XI, et 27. DALEC.

18. *Durat.* Carmen quo se Decius pater devovit, exstat apud Liv. VIII, pag. 139, alterum quo filius, X, p. 180. H.—*Durantque,* Gronov. et vulgg. *Durat* deest in codice Dalec.

19. *Carmen.* Precatio, qua se devovit ad Vesperim Decius pater, exstat apud Liv. decad. I, l. VIII. Eodem carmine, sed adjectis præterea quibusdam execrationibus ac dirarum minis, filius se devovit apud eundem auctorem, lib. X ejusdem decad. Apud Græcos eadem pietate erga patriam Menæceus Creontis filius vitam et sanguinem Thebanis suis largitus est, gladioque se transfixum e muris præcipitem dedit, auctore Cicer. Tusc. I. Papinius Thebaid. X: «Sanguine nunc spargit turre, ac mœnia lustrat. Sequæ super medias acies, nondum ense remisso. Jecit, et in sævos cadere est conatus Achivos.» DALEC.

20. *Exstat.* Τυξία, Tuciã vocat Dion. Halic. Ant. II, pag. 129, ubi hoc ipsum refert, quod Plinius. Val. Max. VIII, 1, num. 5, pag. 369: «Eodem auxilii genere Tusciæ virginis Vestalis incesti criminis reæ castitas infamiæ nube obscurata emersit: quæ conscientia certæ sinceritatis suæ, spem salutis ancipiti argumento ausa petere est. Arrepto enim cribro, Vesta, inquit, si sacris tuis sacras semper admovi manus, effice ut hoc hauriam e Tiberi aquam, et in ædem tuam perferam. Audacter et temere jactis votis sacerdotis, rerum ipsa natura cessit.» Meminerit et Augustin. de Civ. Dei, X, 16; Ter-

precatio, qua usa aquam in cribro tulit, anno Urbis¹¹ DCIX. Boario²² vero in foro Græcum Græcamque defossos, aut aliarum gentium, cum quibus tum res esset, etiam²³ nostra ætas vidit. Cujus sacri precationem, qua solet præire⁴ Quindecimvirum²⁴ collegii magister, si quis legat, profecto vim carminum fateatur, ea omnia approbantibus octingen-

tullian. in Apol. c. 22. Est apud Patinum, pag. 75, n. 3, post Ursinum, nummus argenteus, sic inscriptus: C. CLODIVS C. F. Caput deæ Floræ, cinctum floribus: retro, flos, vel papaver. Vestalis capite velato sedet, lucernam dextra tenet. Epigraphe: VESTALIS. Sententia est: Caius Clodius, Tribunus plebis, ut videtur, Caii filius, pariter Tribuni plebis. VESTALES inclusit Septetis. Percussus hic nummus est sub P. Clodio Marci filio Tribuno plebis, qui memoriam rei gestæ ab uno celeberrimo e majoribus suis, sic revocavit. HARD.

21. A. U. DCIX. Constans hæc est librorum omnium, sive editt. sive MSS. lectio: frustra enitente Paulo Merula, in Ennium, pag. 177, annum U. DXIX substituere, ex epitome Liviana, lib. XX, ubi sic legitur: Tutia Virgo Vestalis incestus damnata est. Bellum Illyriis, etc. Gestum enim id bellum ponitur anno DXXV. Verum aliam esse Tucciam a Tutia haud temere affirmamus: quum Tutiam Livius incestus damnatam; Tucciam Plinius, Dionysius Halicarn. aliique quos appellavimus, criminis suspicionem liberatam prodant, hausta cribro aqua, et longo perlata spatio: quod miraculum Livii etiam Epitomator delibasset, si de Tu-

tia vere affirmari potuisset. HARD.

22. Boario in foro Græcum Græcamque defossos. In vetusto exemplari, Boario vero in foro Græcum Græcamve defossa: lectione notanda pro Grammaticis: P. Boario vero in foro, etc. Livius, lib. II, decad. 3. Plutarchus in problemate, Cur Bletonensis interdictum sit a Romanis, ne hominem immolarent. Idem in Marcello. Vide Brod. lib. V, cap. 10. DALEG. — Boario. Fuit in Urbis regione octava, in qua et forum rom. HARD.

23. Etiam. Plutarchus, qui non Græcum Græcamque modo, sed et Gallum simul Gallamque defossos refert, id quoque haud multis ante se annis contigisse ait, ἐν πολλοῖς ἔτεσιν ἐμπεροσθαι, in Quæst. Rom. p. 283, ut ad Vespasiani tempora referendum id videatur, vel certe Neronis. Sed et illud prius accidisse Livius narrat XXII, p. 225. H.

24. Quindecimvirum. Erant tria apud Romanos veteres amplissima collegia sacerdotum. Pontificum videlicet, augurum, et decem, vel quindecimvirorum sacris faciundis, qui Sibyllini vocabantur. His deinde et quartum accessit aruspicum. A Sylla quindecimviri instituti sunt, quum prius decem omnino forent: ad hos ludorum sæcularium procuratio pertinebat. HARD.

se : hoc ergo dicitis, Romani? hic templum Jovis optimi maximi futurum est : hic caput invenimus : constantissima Annalium affirmatione, transiturum fuisse fatum in Etruriam, ni præmoniti a filio vatis legati romani respondissent : non plane hic, sed Romæ inventum caput dicimus. Iterum⁵ id accidisse tradunt, quum in fastigium ejusdem delubri præparatæ⁶ quadrigæ fictiles in fornace crevissent : et iterum simili modo retentum augurium. Hæc satis sint, exemplis ut appareat, ostentorum vires et in nostra potestate esse : ac prout quæque accepta sint, ita valere. In augurum certe disciplina constat, neque diras, neque ulla auspicia pertinere ad eos, qui quamque rem ingredienti, observare⁷ se ea negave-

5. *Iterum.* Curram figlinum Tuscis opificibus Jovis Capitolini fastigio imponendum Tarquinius locarat, qui in fornace in tantam molem excrevit, ὡςτε μόλις ἐξαιρηθῆναι τὴν ὄροφὴν ἀποσκευασαμένην τοῦ καμίνου, καὶ τῶν τοίχων περιαιρθέντων, ita ut fornacis ablato culmine, parietibusque dejectis, ægre educeretur. Id quia visum est vatibus cæleste felicitatis prodigium iis, penes quos ea quadriga foret, statuere Veientes repentibus Romanis non tradere, inquit Plutarch. in Poplic. pag. 103; mox tamen alio augurio territi, quod retulimus VIII, 65, dedidere. Sic panis, quem Macedonum regina Perdicaæ famulo coquebat, quum in furno cresceret, duplo majorquam erat, regnum ei portendit, ut est auctor Herodot. Urania, VIII, n. 137, pag. 508, Διπλήσιος ἐγένετο αὐτός ἰωυτεῦ. ΗΑΡΝ.

6. *Præparatæ quadrigæ,* etc. Hanc historiam vide fuse narratam a

Plutarcho in Poplicola. Victor. lib. XVII, c. 18. Festus in voce *Ratumena*. DALC.

7. *Observare.* Vel, ut in aliis codicibus legitur, *observasse se*. Vidit hunc Veterum morem Servius, ad hos Maronis versus, statim initio Æneidos XI : « Æneas (quam et sociis dare tempus humanis Præcipitant curæ, turbataque funere mens est :) Vota Deum primo victor solvebat Eoo. » « Consuetudo, inquit, Romana fuit, ut polluti funere minime sacrificarent. Si tamen contingeret, ut uno eodemque tempore funestaretur quis, et cogeretur operam dare sacrificiis, elaborabat ut ante sacra compleret, quam funus agnosceret. Unde etiam Horatius Pulvillus, in Capitolii dedicatione, quum ab inimicis ei filius nunciaretur extinctus, ut quidam putant, falso, ut alii, pro vero, ait, Cadaver sit : nec voluit funus agnoscere, donec templa dedicaret. Secundum quem

rint : quo munere divinæ indulgentiæ majus nullum est. Quid? non et legum ipsarum⁸ in duodecim tabulis verba sunt⁹? qui fruges excantassit¹⁰. Et alibi, qui malum carmen incantassit. Verrius Flaccus auctores ponit, quibus credat, in oppugnationibus¹¹ ante omnia solitum a Ro-

ritum etiam Æneas inducitur ante operam dare sacrificiis, et sic ad sociorum et Pallantis sepulcrum revertit. - HARD.

8. *Quid? non et legum ipsarum.* Neque Romæ solum et decemviralis ignorantis temporibus deliramentis anilibus refertæ leges; sed neoterica etiam ætate, ne longe exempla quæramus, multa contra fascinores, incantatores, succubos, incubos regum auctoritas decreverat. Quæ tandem in Francia, Anglia, Germania abolevit ratio et humani generis conscientia; sed Hispania servat religiosissime; arcam, ut aiunt, Domini nefarie tactam arbitrata, si tandem Veterum commentis et somniis dæmonographorum aliquis vale dicat. A.

9. *In duodecim tabulis verba sunt.* Versus ii sunt: - Ne pelliendo alienas segetes excantanto: Ne incantanto, ne agrum defraudanto: Ne frugem aratro quæsitam noctu furtim depascunto. Puberes si secanto, Cereri eos suspendunto. Impuberes arbitrato prætoris verberanto. Ac noxam duplionem (noxæ deinde talionem) decernunto. - Gaudentius Merula, cap. 4, 1. Vid. supra, lib. XVIII, cap. 3; Rævardus, cap. 23, in leges XII tab. Seneca, Natur. Quæst. VI, cap. 7; Apuleius, apologia 1. Maleficos hos indemnatos unicuique licebat interdum. Scalig. in Fest.

VIII.

ultima voce earum, quæ a P. incipiunt. DALRG.

10. *Qui fruges exc.* Vulg. *excantasset.* Aptior, ut sentio, lectio erit, *excantassit*: verbum antiquum ab *excanto, excantasso*: ut a *levo, levasso*, ap. Cic. Catone M. *curamve levasso*. PINT. — *Qui.* Tabula VIII, cap. 2. Excantare hoc loco est magicis carminibus obligare, seu impedire quominus quid crescat, adolescat, vel in maturitatem perducatur, imbribus forte intempetivis attractis, vel bonis necessariisque repulsis. Quod Seneca Nat. Qu. IV, 7, de ea re agens, sic docet: - Apud nos, inquit, in XII tabulis cavetur: Ne quis alienos fructus excantassit: Rudis adhuc antiquitas credebatur, et attrahi imbres cantibus, et repelli: quorum nihil posse fieri tam palam est, ut hujus rei causa nullius philosophi schola intranda sit. - De incantamenti ejuscemodi multa erudite congerit Gothofredus, in Cod. Theod. L. tit. 16, de maleficiis, etc. pag. 117. HARD.

11. *In oppugnationibus*, etc. Ad eum ritum Macrob. et Servius pertinere volunt hos versus Virgiliti: - Excessere omnes adytis, arisque relictis, Di quibus imperium hoc steterat. - Muretus tamen Var. V, c. 19, ejus loci abstrusorem sensum monstrat, ex Æschylo et ejus scholiaste petitur. DALRG. —

manis sacerdotibus evocari Deum, cujus in tutela id oppidum esset : promittique illi eundem, aut¹² ampliorem apud Romanos cultum. Et durat in Pontificum disciplina id sacrum ; constatque¹³ ideo occultatum, in cujus Dei tutela⁵ Roma esset, ne qui hostium simili modo agerent. Defigi¹⁴ quidem diris deprecationibus nemo non metuit.

Macrob. Saturn. III, 9 : « constat omnes urbes in alicujus Dei esse tutela, moremque romanum arcanum, et multis ignotum fuisse, ut quum obsiderent urbem hostium, eamque jam capi posse confiderent, ORTO CARMINE evocarent Deos tutelares : quod haud aliter urbem capi posse non crederent : aut etiam si posset, nefas existimarent Deos habere captivos. Nam propterea ipsi Romani, et Deum in cujus tutela urbs Roma est, et ipsius urbis latinum nomen ignotum esse voluerunt. » HARR.

12. *Aut ampliorem ap. Romanos cultum.* Olim, *ampl. locum ap. R. cultumve.* Sed nec τὸ locum, nec τὸ ve exhibentur in Vossiano, sed tantum : « promittique illi eundem aut ampliorem, etc. », ut exhibemus. GRON.

13. *Constatque.* Sic Macrobius loco allato. Sed et ignotos aliarum similiter urbium Deos, ex carmine in obsidionibus præcini solito a pontifice, intelligi sane potest : cujus hæc formula est, ex Sammonico, et Furio, quos Macrobius appellat auctores, Sat. III, 9, p. 405 : « si Deus, si Dea est, cui populus civitasque Carthaginiensis est in tutela, teque maxime ille qui urbis hujus populique tutelam recepisti, precor, venerorque, veniamque a vobis precor, ut vos

populum, civitatemque Carthaginiensium deseratis : loca, templa, sacra, urbemque eorum relinquatis, absque his habeatis : eique populo, civitatisque metum, formidinem, oblivionemque injiciatis, proditique Romam ad meosque veniatis : nostraque vobis loca, templa, sacra, urbs acceptior probatorque sit : mihi quoque populoque rom. militibusque meis præpositi sitis, ut sciamus intelligamusque. Si ita feceritis, voveo vobis templa ludosque facturum. » Plutarch. in Qu. R. pag. 278 : « cur tutelarem Romæ Deum, masne sit an femina, dicere nefas est : quum Valerium Soranum male periisse narrent, qui illud edidisset. » Huc spectat vetus apud Gruterum inscriptio, pag. 7, si tamen vetus : SIVE. DEO. SIVE. DEAE. G. TER. DEXTER. *Ignoto Deo*, quo sensu sacrificasse Athenienses dicti sint ab Apostolo Paulo, exposuimus in Commentariis, quos in Acta adjuvante Deo conscripsimus. H.

14. *Defigi.* Simili, si memini, forma loquendi usus Seneca, in libris de Beneficiis : « execraris enim illum, et caput sanctum dira imprecatione defigis. » Sane defigendi verbum sortilegorum est. Paulus, Sentent. 5, tit. 23, ex MSS. « qui sacra impia, nocturnave, ut quem obcantarent, defi-

Huc pertinet ovorum¹⁵, ut exsorbuerit quisque, calyces, cochlearumque, protinus frangi, aut eosdem¹⁶ cochlearibus perforari. Hinc¹⁷ Theocriti apud Græcos, Catulli apud nos, proximeque Virgilii incantamentorum amatoria imitatio. Figlinarum opera multi rumpi credunt tali modo: non

gerent, obligarent, fecerint, etc. » Apuleius, lib. de Virt. Herb. c. de Leontopodio: « si quis devotus defixusque fuerit in suis nuptiis, sic eum resolves. » Vetus interpres Horatii: « ita te defigam novis et insolitis maleficiis, ut mentem nunquam recipias. » Glossæ Philoxeni: *Defixiones, νεκρομαντῶν παραδιδόμεναι*. Has porro execrationes vim eam habere Romani arbitrabantur, nemo ut sic devotus posset evadere. Seneca idem ep. 94, p. 418: « Nocent qui exsecrantur: nam et horum imprecatio falsos nobis metus inserit, etc. » Horat. Epod. 5, v. 89: « Diris agam vos: dira detestatio Nulla expiatur victima. » Execrationum formulas vide apud Brissonium, lib. I, cap. 1, pag. 110. HARD.

15. *Huc pertinet ovorum*. Veteres quum nomina, simulacra, testæ ovorum acu perforarentur, hoc veneficio et maleficio aliquos lædi putabant. Ovidius: « Sagaque Phœnicea defixit nomina cera, Et medium tennes in jecur urget acus. » Itaque ne hoc eveniret, ovorum, cochlearumque putamina frangebant et pertundebant, ut maleficium occuparent et averterent. TURNER. — *Huc*. Quum nomina, vel simulacra, vel ovorum testæ acu pungebantur, hoc veneficio lædi homines existimabant. Id maleficium ut occuparent, averterent

que, ipsi ovorum, cochlearumque putamina frangebant: qui mos hodieque alicubi durat, ut ipsi vidimus. HARD.

16. *Aut eosdem cochlearibus perforari*. Duo illa verba, *eosdem cochlearibus*, falso inserta mihi videntur. ΠΙΝΤ. — *Cochlearibus*. Horum jam olim usus in sorbendis ovis et cochleis. Martialis, in Xenii, XIV, ep. 121, cujus lemma, *Cochlearia*, subintellige, ligula: « Sum cochleis habilis: sed non minus utilis ovis, etc. » HARD.

17. *Hinc*. Ex uno Virgilio disce reliquos: cujus Ecloga octava, a v. 64, est incantamentorum amatoria cantilena: « Effer aquam, et molli cinge hæc altaria vitta, Verbenasque adole pingues, et mascula thura: Conjugis ut magicis sanos avertere sacris Experiar sensus: nihil hic nisi carmina desunt. Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim. Carmina vel cælo possunt deducere lunam: Carminebus Circe socios mutavit Ulyssæi: Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis, etc. » Præclarior tamen Theocritus, non styli modo et poetici œstri impetu, quem nostras RACINÆ quam maxime demirabatur et antiquitatis fervidissimum monumentum dicitabat, sed et incantamentorum habita ratione. Illa in Theocriti operibus ordine est secunda. AJ.

pauci etiam serpentes¹⁸ ipsas recanere¹⁹: et hunc unum illis esse intellectum, contrahique²⁰ Marsorum cantu, etiam
 6 in nocturna quiete. Etiam parietes incendiolorum²¹ deprecationibus conscribuntur²². Neque est facile dictu, externa verba atque ineffabilia abrogent fidem validius, an²³ latina inopinata, et quæ ridicula videri cogit animus²⁴, semper aliquid immensum exspectans, ac dignum Deo movendo, immo vero quod numini imperet. Dixit²⁵ Homerus, profluvium sanguinis vulnerato femine Ulysem²⁶ inhibuisse

18. *Serpentes*. Ita Reg. et 2, alii- que optimæ notæ codices, non, ut editi, *incantari*. Ut cantu angues rumpi Veteres existimarunt: sic angues ipsos censebant, si præsentirent, recanere, et incantationem referre ac diluere. Nec recanere modo, sed et præcanere, quum veneficium subodorati angues, ante occuparent. Tibull. I, ecl. 8: « Cantus et iratæ detinet anguis iter. » In sacris ipsis codicibus, Ps. 57, mentio est, « aspidis surdæ, et obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, et venefici, incantantis sapienter »: hoc est, incantatoris in ea arte experti, ac periti. HARD.

19. *Recanere*. Turnebus sic legit; et is sensus est, retorquere et dissolvere incantationem. Cantu ut rumpi angues prisci putabant, sic angues ipsos credebant, si præsentirent, recanere, sive incantationem diluere ac exsolvere. Lucilius, Satyr. lib. XX: « Jam disrumpetur medius: jam ut Marsus colubras Disrumpit cantu, venas quum extenderit omnes. » Eo loco colubram dicit poeta feminino genere. DALRG.

20. *Contrahique*. Congregari. H. 21. *Incendiorum*. Ad deprecandam

de depellendaque incendia. HARD.

22. *Conscribuntur*. Lego *circumscribuntur*, hoc est, definiuntur, terminantur, ne flamma longius evagetur. Deprecatio illa ex Afranio nota fuit, si in pariete scriberetur *Arse Vorse*. Vide Festum in dictione *Arse*. DALRG.

23. *An*. Cujusmodi plurima habet Marc. Emp. lib. de med. et ante eum Cato, de R. R. passim.

24. *Et quæ ridicula videri cogit animus*. Vossianus: *et quæ inridicula*. Non temere est. Plautus Casina, V, 2: « Ita nunc pudeo, atque ita nunc paveo, atque ita nunc inridiculo sumus ambo. » Penulo, V, 4: « Neque ab juventute ibi inridiculo habitæ. » Quemadmodum *irridere* est ridere, ita *inridiculus* est ridiculus. GRON.

25. *Dixit*. Ulyssis humerum carmine sanasse filios Autolyçi, et inhibuisse sanguinem scribit Homerus Odyss. T, v. 457, ἐπαοιδῆ δ' αἶμα μάλαινον ἔσχετον. Plinius *ἔσχετον* legit, ut ab ipso Ulysse carmen pronunciatum indicaret. H.

26. *Ulyzem inhibuisse carmine*. Homerus Odyss. T, de Autolyçi filiis id scribit, non de Ulysse, cui tum aper dextrum humerum sau-

carmine : Theophrastus²⁷, ischiadicos sanari²⁸. Cato prodidit luxatis membris²⁹ carmen auxiliare, M. Varro poda-

ciaverat : ... ἰσχιοῦ δ' αἶμα μί-
λαινον ἔσχετον, inquit. DALRG.

27. *Theophrastus*. Libro de entusiasmō. DALRG. — *Theophrastus*. Opere de ἰσχυοσισμῶ, ut quidem docent Athen. XIV, pag. 624, et Apollon. in Hist. Mir. cap. 49. Vide etiam Gellium, IV, 13, pag. 320; Martianum Capellam, IX, p. 213, ubi multa de Musicæ vi ac laude. Cæli. Aurel. I, 5, ubi de Phrygio, Dorio, cæterisque numeris ac modis, ad sanandum morbum insanis utilibus. HARD.

28. *Ischiadicos sanari*. Ἀνόσους διατελεῖν εἰ καταλήσῃσι τις ἐπὶ τοῦ πόνου, τῇ φρυγικῇ ἀρμονίᾳ, sine morbo permanere, si quis quum dolore vexatur, concentu Phrygio tibiam inflet. Athen. l. XIII. DAL.

29. *Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliare*. Sic Voss. ut et Chiff. *auxiliari*. Optime prius Ovid. Met. VII : « Neve parum valeant a se data gramina, carmen Auxiliare canit. » GROS. — Ut MSS. omnes Reg. Colbert. Chifflet. non, ut editi, *auxiliari*. Sic etiam Ovid. Met. VII, v. 137 : « Neve parum valeant a se data gramina, carmen Auxiliare canit, secretasque advocat artes. » Sic etiam nomen auxiliare a Q. Sereno Samonico traditur, medico, ut credunt, Basilidiano, in remedium hemitritæi, scriptum græcis characteribus : est enim C pro Σ usitatum, etiam in nummis antiquis, a temporibus Domitiani præsertim. Sic ergo Serenus : « Inscribe chartæ quod dicitur ABRACADABRA : Sæpius

et subter repetis : sed detrahe summam, Et magis atque magis desint elementa figuris Singula, quæ semper rapies, et singula figes, Donec in angustum redigatur littera conum. » Figura nimirum hujusmodi delineanda a Samonico præcipitur :

ABPΑΣΑΔΑΒΡΑ

ABPΑΣΑΔΑΒΡ

ABPΑΣΑΔΑΒ

ABPΑΣΑΔΑ

ABPΑΣΑΔ

ABPΑΣΑ

ABPΑΣ

ABP

AB

A

Hoc artificio conditum illud vocabulum est, ut primum quidem ex litteris singularibus existat hæc sententia gemina : « Deus unus, in personis trinus, homines salvat per crucem. Pater, Filius, Spiritus Sanctus Dominus Deus unus est. »

A Ab

Pater

B Ben

Filius

P Rouach ha-

Spiritus Sanctus

kodesch

A Ἀνθρώπους

homines

Σ σώζει

salvat

A ἅγιον

per sacram

Δ δένδρον

arborem

A Ab

Pater

B Ben

Filius

P Rouach ha-

Spiritus Sanctus.

kodesch

A Adonai

Dominus Deus

unus est.

Est enim ἅγιον δένδρον sacra arbor,

gris. Cæsarem dictatorem post unum ancipitem vehiculi

per metaphrasin pro cruce positum. Priore loco hæc nomina : « Pater, Filius, Spiritus Sanctus », posita sunt pro eo quod est, « Deus unus in personis trinus » : posteriore loco eadem sunt pro distinctis ipsis singulatim personis posita. Deinde ab ea littera A quæ conii acumen efficit, ascendendo sursum latere sinistro, eadem rursus occurrit

A	Ab	אב
B	Ben	בן
P	Rouach	רוח
	hakodesch	הקדש
A	ἀνθρώπος	
Σ	σώζει	
A	ἅγιος	
Ξ	ξύλον.	

Nam crux περιφρασιῶς ἅγιον ξύλον sacrum lignum, ut supra ἅγιον δένδρον *sacra arbor* est. Apparet autem quamobrem nihil fere intersit, utrum ABPAΣAΞ scribatur, ut plerumque vox ea occurrit : an ABPAΞAΞ, ut etiam occurrit interdum. In gemmis antiquis insculptum persæpe reperitur, sed sculptura recentiore multo, ac longo rudioris operæ, quam sit in eodem lapide insculpta effigies, si qua sit. In aversa deinde parte gemmarum sculptum illud plerumque nomen est, rarius in antica superficie; ne videlicet rudior illius nominis sculptura elegantiæ imaginis, quæ est multo vetustior, et operæ sive artis exquisitioris, minime responderet. Et ab otiosis quidem hominibus nunc piæ, nunc ridiculæ imagini in lapide sculptæ, nomen illud adjunctum occurrit. Amuleti vice fuisse in-

sententiæ, atque in basi, seu primo versu integro. Similis artificii est nomen famosum ABPAΣAΞ : quod videtur habere hanc sententiæ, singulis litteris singulas voces, partim Hebræas, partim Græcas exhibitibus, superiori similem : « Deus unus ac trinus homines salvat per cruce » :

(Pater)	Deus
(Filius)	unus
(Spiritus)	in tribus
	sanct.		personis.
	homines		
	salvat		
(sacro)	per cruce.
	ligno		

sculptæ eo nomine gemmæ creduntur ab hominibus haud satis suspiciosi : quoniam in una legitur, quæ est in Museo Canonicorum regularium S. Genovefæ Parisiensis : ABPAΞAΞ. ΔΔΩΝΑΙ. ΔΔΙΜΟΝΩΝ. ΔΞΞΙΑΙ. ΔΥΝΑΜΕΙΣ. ΦΥΛΑΞΑΤΕ. ΟΥΑΒΙΑΝ (pro ΟΥΑΠΙΑΝ) ΠΑΥΛΙΑΝΑ. ΑΠΟ. ΠΑΝΤΟC. ΚΑΚΟΥ. ΔΔΙΜΟΝΟC. « Domine Deus : spirituum dextræ Virtutes, servate Ulpiam Paulinam ab omni maligno dæmone. » ΗΑΒ. — Ipse Abracax, Abracad, Abraca, Abrasax vel Abraxas, quocumque istius nomen modo sive finxeris, sive depraveris, Deus fuit quem Basilidii commenti sunt, secunda post Christum natum ætate, hæretici superstitionibus addicti Orientalium virorum et putido mysticismo. Abraxas ergo e Diis summis unus videbatur, cujus sub imperio, et

casum³⁰, ferunt semper, ut primum consedisset, id quod plerosque nunc facere scimus, carmine ter repetito securitatem itinerum aucupari solitum.

V. Libet¹ hanc partem singulorum quoque conscientia¹ r coarguere. Cur enim primum anni incipientis³ diem lætis

nata plurimi debebant demones quibus id mandatum ut cælos quinque et sexaginta ultra trecentos temperarent. Virtutes quoque iis assignabantur tricenis quinque et sexaginta, tot scilicet quot in anno dies. Satagant alii utrum id errori ansam præstiterit quod Abraxæ nomen, si litteras pro numerabilibus notis acceperis, 365 efficiat (nam Z, 200; P, 100; E, 60; B unus et A triplex, 5), an aliis e causis delirium manaverit. Cæterum potes utiliter meminisse Salsasium, qui tamen Ægyptium Deum Abraxam esse contendit, de ipsius figura multa scripsisse. Cf. et D. MONTFAUCON, *Ant. expliq.* t. II. A7. — Cato. Locum retulimus XVII, cap. ult. HARD.

30. *Casum*. De eo casu Suet. in Julio, xxxvii: «Gallici triumphi die Velabrum prætervehens, pæne curru excussus est, axe diffracto, etc.» Vide et Dionem, XLIII, p. 224. HARD.

V. 1. *Licet hanc in partem singulorum quoque conscientiam coarguere*. Voss. quoque, ut Chiffi. *Libet hanc partem*, neglecta et præpositione: sed Vossianus insuper *conscientia*. Egrege, « Libet, inquit, hanc partem singulorum quoque conscientia coarguere. » Et quæ sequuntur, sunt, quæ singuli se facere sibi erant conscii. GAON. — *Libet*. Placet hanc doctrinam partem iis rebus confirmare, quæ singuli

se facere sibi sunt conscii. HARD.

2. *Primum anni incipientis*, etc.

Præcisæ sæculis anni primus dies fuerunt Kalend. Martiæ: itaque tum novum ignem Vestales accendebant, lauræ virides in consulium fascibus, ædibus Regis sacrorum, Flaminum, Vestalium, curia, pro veteribus mutabantur, magistris merces solvebatur, vectigalia locabantur, matronæ feriis Matronalibus servis conas apponebant, viri mulieribus dona mittebant, ut Saturnalibus mulieres viris, comitia celebrabantur. Alexander ab Alexandro, lib. III, cap. 24. DALRG. — *Cur*. Ad Kalendas Martias perperam hæc Delecampius transtulit, quum ad Januarias spectent, teste Ovidio, ad Janum, Fast. I, v. 175: « At cur læta tuis dicuntur verba Kalendis, Et damus alternas accipimusque preces? Tum Deus incumbens baculo, quem dextra gerebat: Omina principii, inquit, inesse solent. » Et de Ponto, IV, el. 4, v. 23: « Ergo ubi, Jane biceps, longum reseraveris annum, Pulsus et a sacro mense December erit.... Curia te excipiet, patresque ex more vocati Intendent aures ad tua verba suas. Hos ubi facundo tua vox hilaraverit ore, Utque solet, tulerit prospera verba dies, etc. » Prudentio quoque contra Symmach. I, v. 237: « Jano etiam celebri de mense litatur Auspicii epulisque sacris, etc. » Certe jam

precationibus invicem faustum ominamur? Cur³ publicis lustris etiam nomina victimas⁴ ducentium prospera legimus? Cur et fascinationibus adoratione peculiari occurrimus alii, græcam Nemesin invocantes⁵: cu-

tum a primordiis fere urbis Romæ Numa rege instituyente, Januarius anni mensis primus est habitus, ut refert Macrob. Sat. I, 13, p. 250. Columella, XI, 2, et ipse Ovid. Fast. I, 149: « Bruma novi prima est, veterisque novissima Solis: Principium capiunt Phœbus et annus idem. » Romuli quidem ætate principium anni ductum est a Martio: sed id antiquatum a Numa, Naso testatur, Fast. III, 7. 251. De strenis Kalendarum Januarii frequens apud Suetonium mentio, in Augusto et in Tiberio. Vide Lexic. Jurid. verbo *Kal. Jan. H.* — Cæterum vides et in nostros usque dies id moris prorogatum; quamquam non primo ubique anni ineuntis die salutandi vices fausta precatio, sed exeuntis hebdomade ultima, ac præsertim die quo natus Christus est, 25 dec. A7.

3. *Cur.* Inter ea quæ boni omnis gratia superstiose magis quam religiose servabantur, haud postremum id fuit, quod « quum Censor populum lustraret », inquit Cicero, de Divin. I, n. 102, « bonis nominibus qui hostias ducerent, eligebantur. » Quod idem in delectu Consules observabant, ut primus miles fieret bono nomine. In publicorum quoque vectigalium locatione, Lucrinus, propter lucri sonum nomini in hærentem, primus locabatur: quod Festus tradit, aliisque exemplis omnium religionem observationem confirmat. « La-

cus, inquit, Lucrinus in vectigalibus publicis primus locatur fruendus, omnis boni gratia: ut in delectu censeve primi nominantur Valerius, Salvius, Statorius. » Vide plura apud Brisson. de Form. I, pag. 14 et 92. Augusto utique apud Actium descendentem in aciem omen victoriæ fuisse fertur agasonis occursus, cui nomen Eutyclus, cum asino, cui Nicon erat, ut est a Tranquillo notatum in Augusto, c. cxvi: « Prospera nomina, bona nomina », nomina sunt bene ominata. HARD.

4. *Nomina victimas, etc.* In sacris Veteres quædam bona nomina dicis causa proferebant: in nuptiis Caiam, Cæciliam, et Thalassionem: in capienda Vestali, Amatam: Nonis Caprotinis, Caium, Marcum, Lucium: in censu vel delectu faciundo, Valesium, Salvium, Statorium: in Saliari carmine, ut ait Varro, de Ling. Lat. lib. V, Luciam, Volumniam, et Mamurium Veturium; ac, ut ait Cicero, in lustranda colonia ab eo, qui deduceret, et quum imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis nominibus qui hostias deducerent eligebantur. Quod idem in delectu consules observant, ut primus miles fiat, bono nomine. Plutarchus in Quæst. Rom. p. 30 et 31. DAL.

5. *Nemesin invocantes.* Quæ fuerit Nemesis vide apud Rhod. fuse disputatum, XI, 19. Pausanias scribit pictam illam coronam gestare,

jus⁶ ob id Romæ simulacrum in Capitolio⁷ est, quamvis latinum nomen non sit? Cur ad mentionem defunctorum⁸, testamur memoriam eorum a nobis non sollicitari? Cur impares⁹ numeros ad omnia vehementiores credimus: »

in qua spectantur corvi et fortunæ imagunculæ : dextra fraxineum gestare ramum, sinistra phialam, Æthiopiis. insculptis. Aristoteles Nemesin esse vult indignationem conceptam ex improborum prosperis rebus, sicut misericordiam, dolorem ex adversis bonorum. Apuleio X Asini, Ceres est. DAL. — *Græcam*. Arrogantiæ, insolentiæque vindicem Deam. Vide Constantinum in Lexico, verbo Νέμεσις. Alii esse Fortunam aiunt. Favent antiqui lapides apud Gruter. pag. 80 : DEAE. NEMESI. SIVE FORTVNÆ. VIRGINI. VICTRICI. SANCTÆ. DEAE. NEMESI. Et p. 73 : FORTVNÆ RHAMNUSIÆ. Est enim Rhamnusia Nemesis, ut dicemus, XXXVI, 4. Invidiam esse alii arbitrantur. Ausonius : « Ecce ubi se cumulat mea purpura (mitibus audi Auribus hoc, Nemesis :) post me dignatur oriri Augustus Consul. » HARD.

6. *Cujus*. Ad fascinationes amoliendas. HARD.

7. *Capitolio*. Plinius, de Nemesi, XI, 103 : « Quæ Dea latinum nomen, inquit, ne in Capitolio quidem invenit. » HARD. — Plinio id mirum videbatur; nam nec Diis majorum gentium duntaxat aliud græcæ, aliud latine nomen impositum fuit (v. g. Ζεύς, Jupiter; Ἄρτεμις, Diana; Ἀφροδίτη, Venus; Ἑρμῆς, Mercurius; Ἅδης, Pluto, etc.), sed et minoribus: sic Ἐρίς, Discordia; Εἰρήνη, Pax; Ἰότης, Juventus. AR.

8. *Cur ad mentionem defunctorum*.

Ῥωμαῖοι, inquit Plutarch. in Cicero, μὴ βουλόμενοι δυσφημαῖν, ἐξίναί τε λέγουσιν, τὸ τεθνάναι. Dixerunt et Græci ταύτης τῆς εὐφραμίας χάριν, ἀπέχεσθαι, quemadmodum et Latini *abire*, mortis mentione abstinentes, et de eo, qui obiisset, *visit*. Hinc lethum ἀπὸ τῆς λήθης, quod ii minime sollicitandi, et a quiete avocandi, quamvis Priscianus a *leo*, *levi* ducat. Græcis etiam qui vita migrarunt, μακαρίται dicuntur, bonæ scævæ omine, et πλείονας potius quam νεκροί, unde πολυάνδριον, sepulcretum, Latinis *letho dati*. Festus « Ollus Quiris letho datus est. » Cicero, de legibus, III : « Manium jura sancta sunt. Hos letho datos divos habent. » SCALIG. — *Cur ad*. Etiam et apud nos vulgus pacem jam mortuos precatur, ubi eorum mentio incidit. *Dieu lui fasse paix*. Et hos μακαρίτας dicimus. Horatius : « omnes composui : Felices. » Sollicitare manes et Seneca dixit in Octavia, act. I, sc. 3. HARD.

9. *Cur impares*. Festus : « imparum numerum antiqui prosperiorem hominibus esse crediderunt. » Virgil. Ecl. 8 : « Numero Deus impar gaudet. » Ubi Servius : « Impar numerus immortalis, quia dividi integer non potest: par numerus mortalis, quia dividi potest. Licet Varro dicat Pythagoreos putare imparum numerum habere finem, parem esse infinitum: ideo medendi causa, multarumque re-

idque¹⁰ in febribus dierum observatione intelligitur? Cur ad primitias pomorum¹¹, hæc vetera esse dicimus, alia nova optamus? Cur sternumentis salutamus¹²? quod etiam

rum, impares numeros servari. • Quare etiam in illis ἐπιδαῖς, περι-ἀπτοις, et amuletis, quibus suos libros Marc. Empiricus, Apuleius, Alexander Trallianus, et alii refererunt, frequens is numerus occurrit. Vide Gellium, I, 10: « ne si de numero multum loquimur », ut ait Augustin. de Civit. Dei, XI, 13, « mensuram et pondus negligere judicemur. » HARD. — An id ipse Noster intellexerit quæ hic spargit, in incerto mihi videtur. Verba inania hic pro rebus esse quis non hodie fatebitur? Quamquam forte non hæc ita aspernanda, ut duas notulas vel tres non subjiciamus; 1^o nempe e Pythagoreorum quidem ista manasse fontibus, qui dum formulis tentant non quidem algebricis, sed et geometricis et arithmetici astrorum vias et mundi vices assequi, poetice et italice, ut sic loquar, vim describunt formularum et numeralium notarum: unde plebi litteratorum mox creditum formulas et numeros revera esse, et vi quasi corporea aut certe substantiali pollere; 2^o in mathematicis notabiles in primis quos numeros *primos* vocamus *nombres premiers*; atqui istos impares esse, modo 2 excipias, quia nempe omnes pares divisorem τὸ 2 habeant; 3^o demum in formulis vero imparibus sæpe non esse locum numeris, quum e multiplicationibus confecta primas partes habeant; porro e multiplicationibus confecta ut plurimum paria sunt. *Aj.*

10. *Idque.* Cels. III, 4, ubi de febrium curatione agit: « Est autem alia, inquit, de diebus ipsis dubitatio: quoniam antiqui potissimum impares sequebantur, eosque, tamquam tunc de ægris judicaretur, χρισίμους nominabant. Hi erant dies tertius, quintus, septimus, quartus decimus, vicesimus primus: ita ut summa potentia septimo, deinde quarto decimo, deinde uni et vigesimo daretur. Itaque sic ægros nutriebant, ut dierum imparium accessiones exspectarent, etc. » Scripsit libros tres de diebus decretoriis Galen. tom. VIII, quos consule. HARD.

11. *Ad primitias pomorum.* Meditrinalibus ovum et vetus vinum libantes ac degustantes medicinas gratia dicebant, « novum vetus vinum bibo, novo veteri morbo medeor. » Varr. Idem fere Athenis fieri solitum ἐν τοῖς πιδουγίσις, seu Vinalibus Plutarchus tradit Sympos. l. III, quæst. 7; de Meditrinalibus idem Verrius Flaccus. SCAL. — *Cur.* Simile quoddam carmen tritum antiquitus sermone vulgi, in vini novi degustatione, recitat Brisson. de Form. I, p. 91. HARD.

12. *Cur sternumentis salutamus.* Captatis auguriis sternumenta quum superveniunt, illa sive bona, sive mala sint, confirmant et rata faciunt. Apud Homerum Penelope prociis infortunium minante, Telemachus sternutat. Hippia sternutanti dens excussus magnam calamitatem portendit. Xenophontem

Tiberium Cæsarem, tristissimum (ut constat) hominum, in vehiculo exegisse tradunt. Et ¹³ aliqui nomine quoque consalutare, religiosius putant. Quin ¹⁴ et absentes tinnitu aurium ¹⁵ præsentire sermones de se, receptum est. Attalus ¹⁶ affirmat, scorpione viso, si quis dicat duo, cohiberi,

concionantem duces milites creant, quoniam eo loquente quidam sternutasset. Matutina sternutamenta tristia et infelicia: meridiana præcipue a nare dextra, læta et prospera putaverunt. Alex. ab. Alex. II, cap. 26. Vide quod notatum est infra cap. 6. Plutarchus lib. de Homero sternutationem felicem et lætam esse tradit. Ea scilicet causa est cur sternutantes salutamus. Vide Jan. Dusam super Arbitrum, lib. II, cap. 4. SCAL. — *Cur sternutamenti salutamus?* Men. Acad. et Gud. salutamus. Andeg. *cur sternutamenti salutamus.* Ex Chiff. afferunt: « alia sternutamenti salutamus. » Præcipuus noster manu prima: « alia sternuentis salutamus. » Posterior manus inducto τῷ alia superposuit cur, tum litteram M voci sequenti, quasi interjiciendam inter V et E, ut fieret sternuentis. Sed vera lectio est: « cur sternuentes salutamus? » Catullus, « dextram sternuit approbationem. » Ovidius, « Sternuit et lumen. » Γνωξ. — *Cur stern.* Sic MSS. Reg. Colb. Ch. et Parm. ed. non, ut reliquæ, salutamus. Quin et sternuentes, magis arrideret. Vide Aristotelem, s. 33, probl. 7 et 9, p. 829, ubi docet cur sacra res sit habita sternutatio. Cur sternutamenta salutentur Athen. II. Vide et Xenoph. Κύρου παιδ. III. HARD.

13. Et. Sternuentes, inquit,

appellato nomine proprio consalutant. Petronius in Sat. pag. 353: « Giton collectoris spiritus plenus, ter continuo ita sternutavit, ut grabatum concuteret: ad quem motum Eumolpus conversus, salvere Gitona jubet. » Græci non nomine compellabant, sed verbis aliis, ut Ζεῦ, σῶσον, *Jupiter, servato.* Ammian. in Anthol. Epigr. II, c. 13: Οὐ δύναται τῇ χειρὶ Πρόβλος τὴν ῥῖν' ἀπομύσσειν, Τῆς ῥινὸς γὰρ ἔχει τὴν χεῖρα μικροτέρην. Οὐδὲ λήγσει, Ζεῦ σῶσον, εἰάν πταρῆ· οὐ γὰρ ἀκούει Τῆς ῥινὸς, πολὺ γὰρ τῆς ἀκοῆς ἀπέχει. « Mungendo Procli manus est nec idonea naso, Quid mirum? naso nam minor ipsa manus. Nec sibi sternutans, sit, sit, bene: quippe nec audit Nasum qui tantum distat ab auriculis. » HARD.

14. Quin. Aristænetus, Epist. II: Οὐκ ἔδοξαι σοὶ τὰ ἴσα, ἔτι σου μετὰ δακρύων ἐμνήμην. « Non tibi tinniebant aures, quum tui lacrymans meminissem? » Virgilius, aut quisquis est alius, in Catalectis: « Garrula, quid totis resonans mihi noctibus auris, Nescio quem dicis nunc meminisse mei? » Et illud etiam adjiciebant, si auris sinistra tinniret, inimicum nostri tum meminisse; amicum, si dextera. H.

15. Tinnitu aurium. In catalectis vetus poeta, vide supra et adnotata inf. in c. 6 proximum. SCAL.

16. Attalus. Nemphe Philometor.

nec vibrare ictus. Et quoniam scorpio admonuit, in
 3 Africa ¹⁷ nemo destinat aliquid, nisi præfatus Africam. In
 cæteris vero gentibus, Deos ante obtestatur, ut velint.
 Nam si mensa adsit, annulum ¹⁸ ponere tralatitium videmus.
 Quin ¹⁹ etiam multas religiones pollere manifestum est.
 Alius saliva post aurem digito relata, sollicitudinem ²⁰ animi
 propitiat. Pollices, quum faveamus ²¹, premere etiam pro-
 verbio jubemur. In adorando dexteram ²² ad osculum

17. *In Africa.* Nemo in Africa aliquid agere destinat, quin prius hanc vocem efferat, Africa: « vel paræmiam, semper Africa aliquid apportat novi. » HARD.

18. *Annulum.* Sic MSS. Reg. 2, et Ch. Prius ridicule, *nullum ponere.* HARD.

19. *Quin.* Sic laudati codices. Editi, *etiam quoniam*, ut et Reg. 1. Forte pro, « Et jam, quoniam... manifestum est, alius saliva, etc. » HARD.

20. *Sollicitudinem.* Ejus rei quæ sollicitum habet animum, prosperum procurat eventum. HARD.

21. *Pollices, quum faveamus.* Vide Ang. Polit. Misc. cap. 42. Eo pertinet Glyceræ dictum apud Menandrum, τὸς δακτύλους ἐμαυτῆς πιζουσα, ἢ ἂν κραδίῳ τὸ θέατρον. Turn. Advers. lib. II, c. 6. DALEC. — *Pollices.* Antiquitus in pollice, inquit Erasmus Ch. I, cent. 8, ad. 46, favoris erat, studiique significatio. Qui faveret, pollicem premebat: qui minus faveret, pollicem convertebat. Qui gestus in proverbium abierunt: ut jam premere pollicem dicatur, qui quoquo pacto favet: convertere, qui male vult. Juvenalis: « Converso pollice vulgi Quemlibet occidant populariter. »

Certe presso ad medium digitum pollice, et in indicem relapso, sonitum dare consuevimus, et vel sic favorem significare. HARD.

22. *In adorando dexteram.* Apuleius lib. IV Asini, de formosa virgine, quam ut Deam mirabantur, « Multi, inquit, denique civium admoventes oribus suis dextram, priore digito in erectum pollicem residente, ut ipsam prorsus deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur. » Idem in Apologia prima: « Si fauam aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratia manum labris admovere. » Adi Pet. Pith. advers. I, cap. 7; Barn. Briss. form. I. DALEC. — *In.* Sive, ut loquuntur alii, manum ori: sive, ut Apul. Metam. IV, dextram oribus admovemus. Sicut apud Orientis populos veneratio ostendebatur variis flectendi corporis formis: ita apud Græcos manum ad os admovendo, quod proprie est προσκυνῆν, a κύω et κυνίω, quod est osculari. Nec aliud significat latinum *adorare*, non ab *orare* id est, *precarî*, factum, ut imperiti homines existimant: sed ab eo quod manus admoveatur ori. Lucianus φιλῆσαι δεξιάν dixit: Galli quoque, *baiser les mains.* De eo ritu

referimus, totumque corpus circumagimus²³: quod in lævum fecisse, Galliæ²⁴ religiosius credunt. Fulgetras²⁵ pop-

vide Brisson, de Form. I, p. 37 et seq. Et ea his adjice, si lubet, quæ Muretus habet Varr. lectt. X, 1: « Quam vetus sit consuetudo, in honore alicui habendo, manum suam ad os admovendi. » Veri tamen similis est, adorandi verbo Plinium hoc loco adorationem Numinum intellexisse, æque quam altero hujus orationis membro, sive circumlacione corporis. Hunc ipsum adorandi luminaria cæli ritum apud nationes Johes ipse respicit, 31, 26, seq. « Si vidi solem quum fulgeret, et lunam incedentem clare: et lætatum est in abscondito cor meum, et osculatus sum manum meam ore meo. » Pervasis hæc idololatria, sive cultus solis ac lunæ in Judæam ipsam sub Manasse, ex 4 Reg. 23, 5. H.

23. *Totumque corpus circumagimus.* Cælestis vertiginis quadam imagine, vel, quod Ægyptiæ rotæ significabant, quia nihil in rebus humanis constans et stabile sit. Rhod. XII, cap. 2. Plaut. « Quo me vertam nescio. PA. Si Deos salutas, dextrosam censeo. » Pithæus, I, cap. 7. In symbolis Pythagoricis προσκύνει περιφερόμενος. Suetonius in Vitellio, c. 11: « Lucius Vitellius primus Caium Cæsarem adorari ut Deum instituit, quum reversus ex Syria non aliter adire ausus esset, quam capite velato, circumvertensque se, deinde procumbens. » DALGC. — *Circumagimus.* Præceptum id Numæ fuit, ut auctor Plutarch. in ejus vita, p. 69: Προσκύνειν περιφερόμενους,

« Circumage te, quum Deos adoras: » cujus moris varias ibi causas affert, quas tu vide, si vacat. H.

24. *Galliæ.* Hujus gallicæ adorationis typum exhibet marmor perantiquum quod parieti adfixum est Divonæ Cædurcorum, explicatum proluxe a Joh. Bapt. Bello de Templ. augur. 1x, p. 172. Romani e contrario a dextra sinistram versus in orbem convertebant sese: quod et a nostris sacerdotibus in suis ad aram conversionibus hodie religiosissime observatur: aliter atque prisci illi Galli, qui sinistrorsum, et a læva dextram versus circumagebantur. Quod et, opinor, Posidonius intellexit, quum de Celtis agens, apud Athen. IV, p. 152: Τὸς θεοὺς προσκυνοῦσιν, inquit, ἐπὶ τὰ δεξιά στραφόμενοι. Romani moris Plautus commemoravit in Curcul. act. I, sc. 1, v. 69: « Quo me vortam, nescio. PA. Si Deos salutas, dextro versus censeo. » HARD.

25. *Fulgetras*, etc. Tenuibus sibilis ore emissis. Alexander ab Alexand. lib. V, cap. 13, vel, leviter complosis manibus cavis, velut ad deliniendum Jovem iratum. Turneb. Adv. lib. IV, c. 6. Manus cavæ complosæ poppysmum efficiunt. Ea vox fictitia est ad soni expressionem. Aristophanes, ἐν Σφηξί, κἀν ἀστράφω ποππύζουσι. Interpres adnotat, ἔθος ταῦτο γεγονέναι. Sophocles, ποππύζεται ζευγλατρὶς. Dexippo Commentariis in Categorias Arist. ἐπὶ ποππυσμάτων ἀναθρόος ἐστὶ τις ψῆφος. Politianus, Miscellaneorum cap. 33. DALGC. — *Ful-*

4 *pysmis* adorare, consensus gentium est. *Incendia*²⁶ inter epulas nominata, aquis sub *mensas* profusis abominamur. Recedente aliquo ab epulis, simul verri solum: aut bibente conviva, *mensam* vel repositorium tolli²⁷, inauspicatissimum iudicatur. *Servii Sulpitii principis*²⁸ viri com-

getras. Hoc est, complosione manuum. Περπύζω enim non modo est sibilo, hoc est, labris compressis acutiorem quemdam oris sonum edo: sed et demulceo, blande atrecto; quomodo equos nondum perdomitos adulamur: denique collis manibus inter se plausum edo. Apud Aristophanem in *Vesp.* pag. 474, Philocleo quidam senex ita loquitur, ut se dicat poppyssantibus fulguraturum. Tunc interpret antiquissimus morem hunc esse ait, uti ad fulgetras poppyssetur. Verba senis hæc sunt: Κἄν ἀσράψω Περπύζουσι. Tum interpret hæc: ἴθως γὰρ ταῖς ἀσπραταῖς περπύζουσιν. Quasi complosis manibus ad delinendum Jovem. Hæbd.

26. *Incendia*. Ita Reg. 1. At Reg. 2 et Ch. *sub mensam*. At non aqua solum, sed mero etiam profuso incendiis occurrere sese significabant. Petron. in fragm. Sat. pag. 279: « Hæc dicente eo gallus galinaceus cantavit: qua voce confusus Trimalchio, vinum sub mensam jussit effundi, lucernamque etiam mero spargi: imo anulum trajecit in dexteram manum: et Non sine causa, inquit, hic huccino signum dedit: nam aut incendium oportet fiat, aut aliquis in vicinia animum abjiciat. Longe a nobis, etc.» Hæc videtur fuisse abominandi, seu deprecandi incendii formula. H.

27. *Mensam vel repositorium tolli*.

Mensas Turnebus, lib. XXI, cap. 22, exponit fercula, magidas, lances. Ego vero præterea panis quadras, et abacos, quibus imponebatur e lance sumptus cibus discindendus et mandendus. Virg. « Heus etiam *mensas* consumimus, inquit Iulus. » Hac superstitione persuasi Græci sub epularum finem ἀγαθοῦ δαίμονος poculum, merum circumferebant, ac bibebant, deinde protinus auferri *mensam* jubebant. Itaque Dionysius quum auream *mensam* ex Æsculapii feno vellet tollere, tanquam veteris instituti studiosus, ad boni dæmonis poculum invitavit Vict. lib. I, cap. 1. DALEG.

28. *Servii Sulpitii principis*, etc. Quod ex *Servii* commentatione tradit Plinius, Scaliger apud Festum, in voce, *Mensa migrare*, intelligi vult de mensis in templis Deorum positis, super quibus sacrificio peracto epulabantur. Oratio tamen Plinii spectare potius videtur ad privatas epulas. *Mensas* hic accipio, quadram, cui obsonium e lance et patina sumptum imponebant, ac frustatim concidebant, ut mundius et commodius manducarent: vulgo *trancoirs*, *assiettes*. Ea fiebant ex argento, ære, stanno, et alia ejusmodi materia, panis velut abaco superaddito, qui obsoniorum pingue exciperet, et quem comesse ominosum fuit, ut

mentatio est, quamobrem mensa linquenda non sit: nondum enim plures²⁹, quam convivæ, numerabantur. Nam sternumento revocari ferculum mensamve, si non postea gustetur aliquid, inter diras habetur, aut omnino non esse³⁰. Hæc instituere illi, qui omnibus negotiis horisque⁵ interesse credebant Deos: et ideo placatos etiam vitii nostris reliquerunt. Quin et repente conticescere convivium³¹ adnotatum est, non nisi in pari præsentium numero: isque³² famæ³³ labor est, ad quemcumque eorum pertinens. Cibum etiam e manu prolapsus³⁴ reddebatur, utique per mensas: vetabantque munditiarum causa deflare.

vel ex superiori versu Virgillii intelligitur. Eo pertinet poetæ hemistichium, « miserum est aliena vivere quadra. » Linquebant mensam, qui festinata voracitate inquinassent, quod incivile est. Suberat fortassis et hæc superstitiosa cogitatio, mensas nec Deorum esse mutandas, nec nostras, quæ illas repræsentant. DALZC.

29. *Nondum enim plures.* Mensæ non mutabantur, quod luxuriosa posteritas excogitavit in singulos ferculorum missus, ut constat ex Alex. apud Athenæum, lib. IX, et Plutarcho in vita Pelopidæ: sed convivarum cuique sua, et tantum semel dabatur. DALZC. — *Non. Mensæ* videlicet. Mores temporum suorum scilicet sugillat, quum mensæ plures, quam convivæ forent, ad ostentationem luxus, sumptusque profusi, sternerentur. Libris omnibus invitit Fulvius Ursinus in append. ad Petrum Ciacon. pag. 145, legit « Nondum enim plures, quam tres convivæ. » HARD.

30. *Aut omnino non esse.* Non edere. HARD.

31. *Conticescere convivium.* Convivas. HARD.

32. *Isque.* Tunc vero singulorum convivarum fama periclitatur: nam in quemlibet ejus silentii culpa confertur. HARD.

33. *Famæ labor est.* Augurium est, convivarum quemcumque famæ et existimationis periculum subiturum. DALZC.

34. *Cibus etiam e manu prolapsus,* etc. Quidam contrarium existimant, quæ inter epulas e mensa decidunt, heroibus sacra esse, unde symbolum Pythagoricum, τὰ πρὸς ἡμᾶς μὴ ἀναπίσθαι. Ideoque nec tollenda, nec gustanda. Alex. ab Alexand. V, cap. 22. Fuit et inauspicatum, convivam atra veste indutum accumbere: quod Vatinius Cicero exprobravit. PIET.—Lumen in lucernis accensum sponte emori sinebant: exstinxisset religiosum fuit, ut et mensam sic vacuum tollere, quin aliquid superesset reliqui. DALZC.

Et sunt condita³⁵ auguria, quid loquenti cogitanti id acciderit: inter execratissima, si Pontifici accidat³⁶ Ditis causa epulanti³⁷. In mensa utique id reponi, adolericque

35. *Condita*. Certa, statutaque diversa auguria, prout quid loqueretur, aut cogitaret is, cui accidisset. HARD.

36. *Quid loquenti cogitanti id acciderit inter execratissima*. Si Pontifici accidat Ditis causa epulanti, etc. Erratum esse existimo in ordine verborum, et legendum sic esse, ut duo illa verba, *inter execratissima*, principium præbeant colo sequenti: « Inter execratissima, si pontifici accidat Ditis causa epulanti, etc. » Considerandumque an hoc loco scribendum sit non *accidat*, sed *quid cadat*, aut aliud simile. Alioqui fatendum habebimus locum esse hiantem, ut nonnullos alios hoc capite. De cætero non postremæ quæstionis esset, inquirere quid significet, *Ditis causa*, quod non apud Plinium modo, sed JCTos etiam invenio. Nam et lib. XIII Digestorum titulo Commodati vel contra, Cæii verba sunt: « Sæpe enim ad hoc commodantur pecuniæ, ut Ditis gratia numerationis loco intercedant; » quem locum nonnulli quo volunt, detorquentes, corrumpere nituntur; et libro undetricesimo, tit. 5: « Excusantur, inquit Ulpianus, servi, qui auxilium tulerunt sine dolo malo. Nam si finxit se quis auxilium ferre, vel Ditis gratia tulit, nihil hoc commentum ei proderit. » PINT.

37. *Ditis causa epulanti*. Turneb. Advers. lib. XIII, cap. 26, legit: *dicitis causa*, ex manuscripto. Quum inaugurationes et sacra fierent, epulis interesse solebant quondam

pontifices, ad vetustatisque memoriam et imitationem quibusdam in sacris epulatio retinebatur: quod aiebant, *dicitis causa* fieri. Constantinus exponit, *dicitis causa* expiationis causa. Ἀποσιώσις ἕνεκα, δίκης, vel δικαίου χάριν; nimirum, ut omen triste averterent, sacris rite peractis quum epulabantur. Interpretatio hæc ex Capro grammatico, et Modestino jurisconsulto petita est. Duar. Annivers. I, c. 47, exponit, « non serio, non vere, sed perfunctorie tantum, et per simulationem. » Vide locum. Olim in mancipationibus interveniebat, et quod ait Juriscons. l. 4, ff. commodati, commodabatur pecunia, nempe sestertius nummus, ut Ditis gratia numerationis loco intercederet, præsertim in donationibus, quæ fiebant per emancipationem. Græci exponunt νόμου χάριν, ut satisfiat juris solemnitatibus; vel λόγου χάριν, nempe, *verbi gratia*, ut dicere possint se numerasse, ac, ut inquit Cicero, se emisse, Cujac. Observ. lib. X, cap. 37; Arnob. princ. lib. IV, Adv. gen. *Dicitis causa* clarissime usurpat pro boni lætique omnis gratia. DAL.—*Ditis*. In epulis feralibus. Tamen Reg. 1 et 2, *dicitis causa*, quod est forte sincerius, quasi δίκης ἕνεκα, hoc est, νόμου χάριν, perfunctorie, ac per simulationem. De ea voce vide Vossium, in Etymolog. verbo *dica*. « *Dicitis causa* fiebant quædam, inquit Varro, de Lingua latina, lib. V, neque item facta, neque item dicta semper. » HARD.

ad³⁸ Larem, piatio est³⁹. Medicamenta, priusquam adhibeantur, in mensa forte deposita negant prodesse. Ungues⁴⁰ 6
 resecari nundinis Romanis tacenti, atque⁴¹ a digito indice, multorum⁴² pecuniæ religiosum est. Capillum vero contractari, contra defluvia ac dolores capitis XVII luna, atque XXIX. Pagana⁴³ lege in plerisque Italiæ prædiis cavetur, ne mulieres per itinera ambulantes torquant fusos aut omnino detectos ferant, quoniam adversetur id omnium spei, præcipueque frugum. M. Servilius⁴⁴ Nonianus, princeps civitatis, 7
 non pridem in metu lippitudinis, priusquam ipse eam no-

38. *Ad Laribus offerri solitæ primitiæ epularum*: quod Horatius innuit, lib. II, satyr. 5, vers. 23: « dulcia poma, Et quoscumque feret cultus tibi fundus honores, Ante Larem gustet venerabilior Lare dives. » HARD.

39. *Piatio est. Piaculo dignum, ejus inauspicati infelicisque ominis et angurii purgatio, lustratio, expiatio, deprecatio, averruncatio. Nam Laribus rerum primitias offerebant, non quod homines ac convivæ gustare dedignati fuissent. Quin et ipsas primitias semel in mensa depositas, Laribus, jam ab homine contractatas, et tanquam inquinatas, sacrificare piaculum erat.* DALEGAMP. — *Piatio est. Expiatio « infelicis ominis, auguriique mali depulsio, averruncatio est. »* HARD.

40. *Ungues. Similis superstitionis illud, quod refert Æsius quidam apud Petron. in satyr. pag. 369: « Audio, inquit, non licere cuiquam mortalium in nave, neque ungues, neque capillos deponere, nisi quum pelago ventus irascitur. »* HARD.

VIII.

41. *Atque a digito indice multorum pecuniæ religiosum est. Præpositionem ignorant MSS.*

42. *Multorum. Nundinantium scilicet. Hoc est, male his cedebant res, sive emerent, sive venderent. Quod suspicabatur Gronovius legi commodius posse, « Atque digito indice moveri pecuniæ religiosum est. » Audacius multo est quam ut sic lacescenti textum faveamus. AJ.*

43. *Pagana. Quæ in pagis scilicet obtinebat. Inde et paganalia sacra, quorum peculiaris ratio fuit. De voce paganus multa eruditi disputant, quæ sunt ab instituto nostro, et argumento eo in quo sumus, longe abhorrentia. Consule, si otium est, quæ de eo argumento congerit Gothofred. in Cod. Theod. lib. XVI, t. 10 de paganis, pag. 251 et sq. H. — Ne mulieres. Hanc vocem mulieres, quæ sbeat a multis, restituimus, quia mox defusus agitur.*

44. *M. Servilius. M. Servilius Rufus Nonianus consulatum gessit cum C. Sestio, extremis fere Tiberii Imp. temporibus, ut quidem Fasti Consulares produunt. HARD.*

3

minaret, aliisque ei prædiceret, duabus litteris græcis P et A⁴⁵, chartam inscriptam, circumligatam lino, subnectebat collo: Mutianus ter consul, eadem observatione viventem muscam in linteolo albo: his remediis carere ipsos lippitudine prædicantes⁴⁶. Carmina⁴⁷ quædam exstant contra grandines, contraque morborum genera, contraque ambusta, quædam etiam experta: sed prodendo obstat ingens verecundia in tanta animorum varietate. Quapropter de his, ut libitum cuique fuerit, opinetur.

VI. (III.) Hominum¹ monstrificas naturas et veneficos aspectus, diximus in portentis gentium, et multas animalium proprietates, quæ repeti supervacuum est. Quorundam hominum tota corpora prosunt: ut ex his familiis quæ sunt terrori serpentibus, tactu ipso levant percussos, suctuve modico². Quorum e genere sunt Psylli, Marsi-

45. *Duabus litteris græcis P et A...* subnectebat collo. Quid hæ sibi litteræ voluerint nec scio, nec fructuose aliquis scire pervelit. Nam ad lippitudinem spectare vix videntur, quum lippus sit proprie λημάλιος, λῆμα vero lippitudo. Aλ.

46. *Prædicantes.* Servilius, et Mutianus. Hæd.

47. *Carmina.* Plura tibi suggeret Marc. Emp. Etiam e sacris paginis repetita, Fernelius de abditis Rerum Caus. II, pag. 90, seq. H.

VI. 1. *Hominum.* Lib. VII, 2. H.

2. *Suctuve modico.* Leg. *suctuve medico*, id est, medicato. Validus enim succus ille est, non mediocris. Primum enim saliva tangebatur vulnus, ne serperet: deinde venenum carminibus et verbis eliciebatur. Hæc si non juvisent, suctu valido extractum expuebatur. Apud Lucanum, lib. IX, de hac re elegantissimi versus exstant. Vetus exem-

plar habet, *tumido*, itaque fortassis legi potest, *tumidos*, ut percussos tantum Psylli curent solo tactu, jam vero tumentes suctu. CHIFFL. — *Suctuve.* Sic etiam Reg. 1 cod. In Reg. 2, et Chiff. *tumido*, male. Deterius vero Chiff. ipse, « suctuve medico. » Egregie in eam rem Celsus, V, 27, cujus verba ex parte tantum retulimus, II, v. 2: « Ad serpentium morsus, inquit, homo adhibendus est, qui vulnus exsugat. Neque hercules scientiam præcipuam habent hi qui Psylli nominantur, sed audaciam usu ipso confirmatam. Nam venenum serpentis, ut quædam etiam venatoria venena, quibus Galli præcipue utuntur, non gustu, sed in vulnere nocent. Ideoque colubra tuto estur, ictus ejus occidit. Et si stupente ea, quod per quædam medicamenta circulatorios faciunt, in os digitum quis indidit, neque percussus est, nulla in ea

que³, et qui Ophiogenes⁴ vocantur in insula Cypro⁵: ex

saliva noxa est. Ergo quisquis exemplum psylli secutus, id vulnus exsuxerit, et ipse tutus erit, et tutum hominem præstabit. » HARR.

3. *Quorum e genere sunt Psylli Marsique, et qui Ophiogenes vocantur in insula Cypro.* Si hic locus cum altero Plinii conferatur, apertissimum fiet hunc locum insigniter depravatum esse. Scribendum igitur: « Quorum e genere sunt Psylli Marsique, et qui Ophiogenes vocantur in Hellesponti Pario. » Eat autem Parium celebre Asiæ oppidum ad Hellespontum magnæ mentionis apud geographos omnes, et plerosque ex historicis ac poetis. Plinius, lib. VII, cap. 2: « Crates, inquit, Pergamenus in Hellesponto circa Parium, genus hominum fuisse tradit, quos Ophiogenes vocant, serpentium ictus contactu levare solitos, et manu imposita venena extrahere corpori. Similis et in Africa Psyllorum gens fuit. Horum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus, cujus odore sopirent eas. » Et in nostro apogr. non *Cypro* habetur, sed *Paro*: facili lapsu, unius litterulæ omissione. Stolidi videlicet librarii seu correctores pro *Hellespon*, substituerunt *insula*, pro *tipario, Cypro*. Sed quid opus est citare codicis antiqui fidem? Audi Strabonem, gravissimum ac diligentissimum auctorem, ad hunc modum, lib. XIII, de Pario et Ophiogenibus disserentem: « Parium civitas est juxta mare quæ majorem portum habet quam Priapus ex ea aucta. Nam Pariani, Attalicis obsequentes, sub quibus est ager Priapensis, multum ex horum regione

absciderunt, permittentibus quidem illis. Hoc in loco fixerunt Ophiogenas cognationem quamdam cum serpentibus habere, proditum est enim mares serpentium morsibus remedio esse, si eos continuo attigerint, quemadmodum incantatores: ac primo livorem transferri, postea tumorem ac dolorem sedare. Gentis hujus auctorem tradunt herodem quemdam ex serpente immutatam, qui fortassis unus aliquis fuit ex Libycis Psyllis. Vis autem ea aliquandiu in genus permansit. » PINT.—*Quorum.* Vide quæ diximus lib. VII, cap. 2. De Marsis convenit; quos Marrubios vocat Poeta, « Quin et Marrubia venit de gente sacerdos. » DALEC.

4. *Ophiogenes.* Ap. Prisc. lib. X, Varro primo Rerum humanarum *Pharios* vocat. « Ut habent, inquit, Pharii, qui vocantur ὀφιογενεῖς, et in Africa Psylli, quorum ophiogenistum si arbitrantur suppositum esse aliquid in stirpe, admovent ut pungat colubra. Si non sit, mori quum pupugerit: si de gente sit, vivere. » Meminit horum Ælianus, de Animalibus, lib. XIII, capite 39. DALEC.

5. *In insula Cypro.* Leg. *Paro*. Et pro *suctuve modico*, leg. *suctuve humido*, salivosum suctum ita vocat: nam saliva præcipue medebantur. SALM. 348, a. — *In.* De hac voce ὀφιογενεῖς diximus VII, 2: « Crates... genus hominum fuisse tradit, quos Ophiogenes vocat, etc. » *In.* Sic libri omnes editi et MSS. præter Chiff. et Reg. 2, in quibus *insula Paro* legitur, haud dubio errore. Nam etsi de Pario Hellespon-

qua familia legatus Evagon nomine, a consulibus Romæ in dolium serpentium conjectus⁶ experimenti causa, circummulcentibus linguis miraculum præbuit⁷. Signum ejus familiæ est, si modo adhuc durat, vernis temporibus odoris virus. Atque eorum sudor quoque medebatur, non modo saliva. Nam⁸ in insula Nili Tentyri nascentes tanto sunt crocodilis terrori, ut vocem quoque eorum fugiant. Horum⁹ omnium generum in sua repugnantia interventum quoque mederi constat: sicuti aggravari vulnera introitu eorum, qui umquam fuerint serpentium, canisve dente læsi. Idem gallinarum incubitus, pecorum fetus, abortu vitiant. Tantum remanet virus¹⁰, excepto¹¹ semel

ti oppido paria Varro prodiderit, ipseque Plinius, VII, 2; de Paro tamen insula nihil apud cæteros scriptores compertum adhuc ejuscemodi est. Neque quidquam idcirco causæ est, cur Plinium Salmasius in jus vocet, in Solinum, p. 348; quasi præpostere Parios, de quibus Varro, Pari insulæ incolas esse arbitratus sit: quum id ex vitioso tantum uno, vel forsitan altero exemplari colligat: et ipse Plinius de Pario Hellesponti recte accepit, VII, proxime appellato: ac denique Cyprum, non Parum, libri cæteri præ se ferant: in qua existisse olim ejuscemodi Ὀφιογενεῖς; ex eo simile veri videtur, quod Ophiussa ipsa olim cognominata est, teste Ovidio, Metam. X, 229: « Ipsa suas urbes Ophiussaque arva parabat Deserere alma Venus. » HARD.

6. *In dolium serpentium conjectus.* Voss. *in nidulum serpentium.* Quidam m. p. *in dolum.* GROMOV.

7. *Ex qua familia legatus...* miraculum præbuit. Dolendum est nobis quod nec consules signaverit

quorum imperio id tentatum, nec auctores suos afferat. AZ.

8. *Nam in insula Nili Tentyri nascentes, tanto sunt, etc.* In nostro exemplari, « nam in insula Nili Tentyricenses tanto sunt, etc. » Scribo, « Nam in insula Nili Tentyritæ gens tanto sunt, etc. » Plinius ipse, lib. VIII, cap. 25: « Quin et gens est huic belluæ adversa in ipso Nilo Tentyritæ, ab insula in qua habitant appellata. » ΠΙΝΤ.— *Nam.* Vide quæ diximus VIII, 38. HARD.

9. *Horum omnium generum in sua repugnantia interventum quoque mederi constat.* Verisimilior lectio: « Horum omni vi sua repurgantium interventum, etc. » DALRG. — *Horum.* Homines horum omnium generum si intervenerint, mederi eos constat « vel sola præsentia, demorsis a serpentibus, » quibus adversantur. H.

10. *Tantum remanet virus excepto semel malo.* Scribo: « Tantum remanet virus ex accepto semel malo, » ex antiquo exemplari, et paulo post aspergi, non inspergi. DALRG.

11. *Excepto.* Ex accepto semel

malo, ut venefici fiant venena passi. Remedio est, ablu prius manus eorum, aquaque illa eos, quibus medearis, inspergi. Rursus a scorpione aliquando percussi, numquam postea a crabronibus, vespis, apibusve feriuntur. Minus miretur¹² hoc qui sciat, vestem a tineis non attingi, quæ fuerit in funere : serpentes ægre¹³ præterquam læva manu extrahi. (iv.) E Pythagoræ¹⁴ inventis non temere fallere, impositivorum nominum impari vocalium nu-

veneno tantum virus sese in corpus insinuat, ut omnia veneno deinde ipsi inficiant, qui venenum excipere semel. HARD.

12. *Minus miretur... fuerit in funere.* Res falsa omnino est, modo de his vestibus sermo sit quas a tineis attractari vulgare est. Az.

13. *Serpentes ægre... extrahi.* Utraque extrahuntur ægre, quum omnium fere cutis lubrica sit; nec non periculose, si viperinum sit genus. Az.

14. *Pythagoræ inventis non temere fallere.* Vossianus, « E Pythagoræ inventis non temere fallere. » Neque aliter codex Ferdinandi Nonii. Ponit idem considerandum, an sit peccatum in serie ac dispositione verborum? quantum enim assequatur conjectura, scribi debere hoc pacto : « E Pythagoræ inventis, non temere fallere impositivorum nominum clauditates oculorumve orbitates ac similes casus, impari vocalium numerum dextris, etc. » Quid sibi velit, ignoro: nihil autem in Plinio trahendum esse satis acceptum habeo. Initium hujus capituli pendet a fine præcedentis, quippe quum harum sectionum auctor ipse non fuerit. Intelliges igitur inde, qui sciat illud ex inventis Pythagoræ

non temere fallere. Quod illud? Nempe prout impositivum cujusque nomen vocalibus constet paribus imparibusve, si cui eveniat, ut claudus fiat aut cocles, si nomen ejus impositivo sint impares vocales, dextro pede claudum aut oculo dextro captum fore; si pares lævis. *Oculive*, Chiffi. et Vossianus, non *oculorumve*. ΓΡΟΝΟΝ. — *Pythagoræ inventis non temere fallere, impositivorum nominum impari vocalium numerum, clauditates, oculorum orbitatem, ac similes casus dextris assignare partibus, parem lævis.* In scripto exemplari, cum præpositione *e* legitur, *e Pythagoræ inventis*. Considerandum vero an sit peccatum in serie et dispositione verborum: nam ut conjectura assequor, scribi debet hoc pacto : « E Pythagoræ inventis, non temere fallere impositivorum nominum clauditates, oculorumve orbitatem, ac similes casus impari vocalium numerum dextris assignare partibus, parem lævis. » ΠΙΝΤ.—*E Pythagoræ*. Subintellige, *sciat*, ex antecedente periodo. Unde planum fit, quam imperite egerint Pliniani editores, qui distracta præpostere auctoris sententia, ab his verbis novum caput auspicati sunt. E Pythagoræ vero inventis

inerum, clauditates, oculive orbitatem, ac similes casus dextris assignare partibus, parem lævis. Ferunt difficiles partus statim solvi, quum quis tectum, in quo sit gravida, transmiserit lapide, vel missili, ex his, qui tria animalia singulis ictibus interfecerint, hominem, aprum, ursum. 4 Probabilius id facit hasta¹⁵ velitaris, evulsa e corpore hominis, si terram non attigerit. Eosdem enim illata¹⁶ effectus habet. Sic et sagittas corpore eductas, si terram non attigerint, subjectas cubantibus, amatorium esse, Orpheus et Archelaus scribunt. Quin¹⁷ et comitalem morbum sanari cibo e carne feræ occisæ eodem ferro, quo homo interfectus sit. Quorumdam partes medicæ sunt, sicuti diximus de Pyrrhi regis pollice. Et Elide solebat¹⁸ ostendi Pelopis costa¹⁹, quam eburneam affirmabant. Nævos in facie tondere, religiosum habent etiam nunc multi.

istud raro fallit, quo docet in nominibus quæ imponuntur fere, si sit impar vocalium numerus, portendere ea clauditates, orbitatem oculorum similesque casus (*siquidem ii futuri sint*), a dextra parte fore: si par a læva. HARD.

15. *Hasta velitaris*. Celibarem quoque olim vocaverunt, ea soliti comam in fronte sponsarum digere, ac discriminare, vel argumento quod sponsas maritorum imperio subditas esse conveniat, vel augurio felici, quod fortes strenuosque belatores parituræ sint. Alex. ab Alex. lib. II, cap. 5. DALEC. — *Hasta*. Ea est quæ ad velites pertinet. Sunt autem velites, qui et expediti cognominati, milites armaturæ levioris. HARD.

16. *Illata*. In domum illata. H.

17. *Quin*. Plin. Val. II, 58, ad comitiales: « Dantur item carnes

edendæ bestiæ occisæ eo ferramento quo homo occisus est. » Scrib. Larg. Comp. Medic. cap. 2, num. 13: « Item hinnulei cervi coagululum... benefacit ad morbum comitalem... Hoc remedium qui monstravit, dixit ad rem pertinere, occidi hinnulum cultro quo gladiator jugulatus sit. » HARD.

18. *Elide solebat ostendi Pelopis costa*. Voss. *Pelopis ostiliani*. Quatuor alii *ostilia* vel *hostilia*. Lege: *Pelopis scapula*. Humerus, ὠμοπλάτη. ΓΕΩΡΓΟΥ.

19. *Pelopis costa*. Pausanias in Eliacis opertæ scoptulæ Pelopis mentionem facit, nullam autem huius eburnæ costæ. DALEC. — *Pelopis*. Tantalus is filius fuit, a quo Peloponnesus cognominata. « Humero Pelops insignis eburno » a Virgilio dicitur, Georg. III, vers. 7. Costam eburneam non memini

VII. Hominum¹ vero in primis jejunam salivam, contra serpentes præsidio esse, docuimus. Sed et alios efficaces ejus usus recognoscat vita². Despuimus comitiales³ mor-

me alibi legere. In R. 1 et 2, non *costam*, sed *hostiliam* vidimus. Quid si *scapula* legas? De Pyrrhi regis pollice, vide supra VII, 2. HARD.

VII. 1. *Hominum*. Lib. VII, 2. Insigne est in eam rem quod habet Albertus M. de Animal. lib. VII, tract. 2, cap. 5, pag. 236: « Sed de mirabilibus, inquit, quæ visa sunt in talibus, est unum quod refert Aristoteles, in libro de regimine dominorum, quem scripsit ad Alexandrum: quod videlicet puella fuit missa Alexandro, ex cujus morsu moriebantur homines, sicut ex morsu serpentium: et humor salivæ in ipsa fuit venenum. Et possibilitas hujus probatur ex eo quod sagitta intincta in salivam hominis jejuni intoxicatur, quando vulnerat alium. Et quod unicuique saliva propria est medicamen contra venenum, et alteri non est salutaris, etc. » Sola jejuni hominis saliva, absque ulla incantatione, scorpionem interemptum scire se ait Ætius de Re medica, II, 107, pag. 65. Habdarrahmanus Ægyptius, interprete Echhellensi, cap. 1, pag. 1: « Si quis jejunus expuit super scorpionem, interimit illum. Item sputum jejuni si morsibus serpentium, et tumoribus applicatur, etc. » HARD.

2. *Sed et alios. . . recognoscat vita*. Quam vim salivæ tribuunt ad elevandam ulcerum malignitatem, illius sane origo est, quod sodii et potassialis hydrochlorati salivæ inest; at vis illa quantula est, si est! Ar.

3. *Despuimus comitiales morbos*. Plautus in Captivis: « Ægio, hic homo rabiosus habitus est in Aulide. Ne tu quod fabulatur in aures immittas tuas, Nam isthic hostis insectatus est domi matrem et patrem, Et illic isti qui insputatur morbus, interdum venit. » DALEC. — *Despuimus*. Abominamur, a nobis ejus morbi contagium deprecatur. Plaut. in Captivis, act. III, sc. 4, vers. 21: « Et eum morbum mihi esse, ut qui me opus sit insputarier. » Heg. « Ne verere, multos iste morbus homines macerat: Quibus insputari salutis fuit. » Apul. in Apol. « In cubiculo despuuntur caduci comitiales. » Theophrast. in Char. de superstitioso: *Μαινόμενον τε ἰδὼν ἢ ἐπιληπτον, φρίξας εἰς κόλπον πύσαι*. « Rabiosum intuens aut comitiales, horrescens in sinum despuuit. » Neque hunc morbum modo, sed et ea quæ abominabantur, ne evenirent, vel obiter audita, despuebant. Plaut. in Asinar. act. I, sc. 1, v. 25: « Neque hercle ego istud dico, neque dictum volo. Teque obsecro hercle, ut, quæ locutus, despuas, etc. » Seneca in Consol. ad Marciam, c. 9: « Quis non si admoneatur ut de suis cogitet, tamquam dirum non respuat, et in capita inimicorum, aut ipsius intempestivi monitoris abire illa jubeat? » H. — *Despuimus comitiales morbos*. Ἐπιληψιν sic posse vitari (morbum aīo sacrum et majorem Cels. morbum sonticum Gell. morbum caducum Parac.) ob id forte creditum, quod

bos, hoc est, contagia regerimus. Simili⁴ modo et fascinationes⁵ repercutimus, dextræque⁶ clauditis occursum. Veniam quoque a Deis spei alicujus audacioris⁷ petimus, in sinum spuendo. Etiam eadem ratione terna despuere deprecatione⁸, in omni medicina mos est, atque ita effectus adjuvare: incipientes furunculos ter præsignare jejuna saliva⁹. Mirum dicemus¹⁰, sed experimento facile: si quem pœniteat ictus eminus cominusve illati, et statim exspuat mediam in manum, qua percussit, levatur illico percussus a pœna. Hoc sæpe delumbata quadrupede ap-

multam salivam ore exspuant qui hac laborant miserrima peste. Veteres autem potuere, dum perpetuo effectus in causam trahunt ejectæ salivæ, quæ quidem effectus est, assignare causam levaminis. *As.*

4. *Simili.* Ad fascinum similiter depellendum id Veteres usurpare soliti. *Juven. satyr. 5, vers. 112* (vide infra not. 7). Ubi vetus Scholiastes: «Propter fascinum verborum ter sibi in sinu spuunt, et videntur fascinum arcere, ut *Persius de matertera*: Vel incipiunt multa sibi promittentes, in sinum spueri, etc.» *Tibullus I, eleg. 2*: «Ter cane, ter dictis exspue carminibus.» Et *Theocriti idyllio 7*: ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρεῖς εἰς ἑμὸν ἔπτυσα κόλπον. *HARD.*

5. *Fascinationes.* De iis *Plutarchus, Sympos. Quæst. lib. V, 7. DALEC.*

6. *Dextræque.* Si quis occurrat dextro pede claudus, omen adversum abominamur exspuendo. *H.*

7. *Spei alicujus audacioris.* Frustra *Pintianus* vendit audaciores. Neque enim emimus vel titivillitio. *Spes audacior est, quæ Justino spes improba;*

lib. XXII: «Qui spe improba regnum totius Africæ amplexus;» *l. XXIX*: «Imperium spe improba totius orbis amplexi.» *Γραρον.*—*Spei.* Ii certe, qui spe aliqua ducti insolentius paulo se efferunt, et qui sunt jactantiores, spueri similiter in sinum solent. Quæ sententia *Juven. est, Sat. 5, v. 112*: «Tunc immensa cavi spirant mendacia folles, Conspuiturque sinus.» *Diogenianus, Cent. IV, prov. 82*: «Εἰς κόλπον οὐ πτύει. Ἐπὶ τῶν μεγαλαύχων. *Libanius, ep. 191, ad Modestum*: Οὐ μὴν τὰς γὰρ ἀπίδας δεῖδειν, ἀλλ' εἰσι καὶ λαμπραί. Πρῶτον δὲ εἰς κόλπον, τῇ παροιμίᾳ παιδόμενος. *Vide Erasm. Chil. I, cent. 6. HARD.*

8. *Deprecatione.* *MSS. omnes, prædicatione. HARD.*

9. *Jejuna saliva.* *Jejuni oris saliva. HARD.*

10. *Mirum dicemus, sed experimento facile.* *Cavillari* videtur *Noxter* dum ad experimenta nos mittit de talibus narrans, nec rem falsam ipse pronuntiat. Nonne dixeris nec ab ipso experimentum intentatum, nec male indagationem cecis-
sisse? *As.*

probat, statim a tali remedio correcto animalis ingressu. Quidem vero aggravant ictus¹¹, ante conatum simili modo saliva in manu ingesta. Credamus¹² ergo lichenas leprasque jejunaë illitu assiduo arceri : item lippitudines, matutina quotidie velut inunctione : carcinomata, malo¹³ terræ subacto : cervicis¹⁴ dolorem, saliva jejuni dextra manu ad dextrum poplitem relata, læva ad sinistrum : si¹⁵ quod animal aurem intraverit, et inspuatur, exire. Inter amu-³ leta est, editæ quemque urinæ inspuere : similiter in calceamentum dextri pedis, antequam induatur : item quum quis transeat locum, in quo aliquod periculum adierit. Marcion¹⁶ Smyrnæus, qui de simplicibus¹⁷ effectibus scripsit, rumpi¹⁸ scolopendras marinas sputo tra-

11. *Aggravant ictus. . . in manu ingesta.* Res iterum falsa. Durat quidem illa in manus inspuendi consuetudo, dum aliquid conantur laboriosum ac difficile : sed hinc laborem levare fabula est et anilis imaginatio. *AJ.*

12. *Credamus.* Salivæ scilicet. Credidit sane Galen. de fac. simp. Med. X, 2, pag. 287. *HARD.* — *Credamus lichenas,* etc. Quæ Neoterici pathematon observatores dartes dictitant, Noster appellat lichenas, non Romanorum sane tempore in talem numerum et tot in species abisse visos, quam ætate hac nostra fieri videmus. *AJ.*

13. *Malo.* Aristolochiam intelligit, quod malum terræ vidimus appellari XXV, 54. *HARD.*

14. *Cervicis.* Plin. Val. I, 54 : « In cervicum dolore, inquit, poplites utiliter fricantur; et e diverso in poplitum dolore cervicem fricari remedium est. » Salivam ille adjectere prætermisit. Diligentior Marc. Emp. cap. XVII, pag. 127 : « Ad

cervicum dolores, inquit, remedium physicum sic: jejunus dextram manum saliva tange, et dextrum poplitem perfrica : deinde sinistra manu sinistrum : et hoc ter per singulos poplites facito : statim remediabis. » *HARD.*

15. *Si.* Plin. Val. I, 9, et Marc. Emp. cap. IX, pag. 81. *HARD.* — *Si quod animal. . . exire.* Potest tunc animal depelli, non vi incantamenti et *iyngis* cujusdam, sed dum pressus a te ut salivam ejicias aer introrsum agit. *AJ.*

16. *Marcion.* Ita libri sane omnes, etiam MSS. sed errore haud dubio, ut in Indice auctorum monuimus. *HARD.*

17. *De simplicibus effectibus scripsit.* Simplicium. Sic Galenus suos libros inscripsit : περι τῆς τῶν ἀπλῶν δυνάμεως. *DALEC.* — *De.* Ita MSS. Rectius forte, *de simplicium.* Ut Galenus libros inscripsit undecim, περι κράσεων τε καὶ δυνάμεων τῶν ἀπλῶν φαρμάκων. *HARD.*

18. *Rumpi.* Id enim prodidit Æ-

dit : item rubetas, aliasque ranas : Opilius, serpentes, si¹⁹ quis in hiatum earum exspuat. Salpe²⁰, torporem sedari quocumque membro instupente, si quis in sinum exspuat :
4 aut si superior palpebra saliva tangatur. Nos si hæc, et illa credamus rite fieri²¹ : extranei interventu, aut si dormiens spectetur infans, a nutrice terna²² adspui :

lianus, Hist Anim. IV, 22, et VII, 26. Hæd.

19. Si. Vide Galen. de simplici Med. fac. X, pag. 288. Saliva hominis scorpionem obtorpescere scribit Ælianus, Hist. Anim. IX, 4; interire viperam idem Hist. Anim. II, 24. Hæd.

20. Salpe. . . si quis in sinum exspuat. Veteres in sinum exspuebant, id rati contra incantamenta valere. Theocritus, hoc quod supra modo laudavimus Idyllio II: τρις τις ἐμὸν ἔπτυσσεν κἀλπεν. Sed neque id e vero est. Az.

21. Nos si hæc et illa credamus rite fieri. Omnes quinque : « Eos hæc credamus rite extremi extranei. Tam si. » « Et illa, fieri, » nusquam. Deinde optimus : « quanquam illos religione mutuatur. » Locus est egregius et dignus quem assequamur. Quod sic tentabam : « Eis hæc credamus : item extranei interventu, aut si dormiens spectetur infans, a nutrice terna adspui. Quanquam illos religione tutatur et Fascinus, imperatorum quoque, non solum infantium custos : qui deus inter sacra romana a Vestalibus colitur ; et currus triumphantium, sub his pendens, defendit medicus invidiæ : jubetque eosdem respicere similis medicina linguæ, ut sit exorata Fortuna gloriæ, a tergo carnificem. » Dixerat superius ? « Cre-

damus ergo et lichenas leprasque, etc. » Huic respondes, eis (Marcioni, Opilio, Salpæ) hæc credamus, et quod sequitur. Illos puta infantes, quos adspuendo terna tutari volunt nutrices, religione tutatur et Fascinus, cujus insigne amuletum, suspensum e collo gerebant. Jubetque eosdem recipere etiam Vossianus, Johannisque Andræ et hanc secutæ editiones : sed quem sensum eorum fingunt Turn. et Dalec. nulli, opinor, sano probaverint (vid. 23) : et frequenter hæc duo verba confudisse librariorum observavimus. Fascinus autem sub curru pendens jubere sive recipere sive respicere quemadmodum potest dici ? At similis Fascino medicina linguæ, id est, servus publicus, alter invidiæ medicus (qui portatur eodem curru, et identidem canit, respice post te) quum ibidem sit κώδων et μάστιξ, instrumentum carnificis, quomodo jubeat triumphantes a tergo respicere carnificem, facile mihi capere videor. Mirum autem, in quatuor codd. eandem lacunam continenti scriptura dissimulari. Sic enim omnes præter optimum : « qui Deus inter sagora eadem strigmenta a halneis et ideo miscent suppuratoriis, etc. » Media desint. Acad. inter sacra eadem strigmenta. ΓΡΟΝΟΝ.

22. Terna. Ter adspui cum terna precatione. Sic paulo ante, « terna

quamquam illos religione tutatur²³ et Fascinus²⁴, imperatorum quoque, non solum infantium custos, qui Deus inter sacra romana a Vestalibus colitur, et currus triumphantium, sub²⁵ his pendens, defendit medicus²⁶ invidiæ: jubetque eosdem recipere²⁷ similis medicina

despuere prædicatione in omni medicina mos est, etc. » HARD.

23. *Religione mutatur.* Turnebus scriptum invenit in antiquis exemplaribus, *religione mu tueatur.* Ea syllaba Veteres utebantur, ad invidiæ, mali, fascini depulsionem, itemque ad imperandum et ominandum silentium. Lucilius, « Nec laudare hominem quemquam, nec mu facere unquam. » Mu facere, muti-
re. DALRG. — *Quamquam.* Nutricem simul et infantem. In libris hactenus editis, *quamquam religione mutatur et fascinus.* In antiquis exemplaribus legisse se Turnebus ait, *religione mutaetur.* Unde nos effingebamus olim, *religione eum tutatur,* infantem videlicet, de quo dictum est antea proxime. Sed in Reg. 2 codd. vidimus, « quamquam illos religione mutuatur et fascinus: » quæ sunt sinceræ lectionis haud obscura vestigia, quam representamus. H.

24. *Fascinus.* Fascinum, pudendum virile, quod fascinum depelleret, collo appensum puerorum. Varro: « Pueris turpicula res quædam in collo suspenditur, ne quid obsit, bonæ scævæ causa. » Turneb. IX, cap. 28. Appendebatur olim triumphantium curru Fascinus deus, ut in auctores fascinum rejiceret, eosdemque fascinum et invidiam recipere juberet. Vide Rhodig. lib. IV, cap. 6. Vide quod annotatum est supra lib. IX, cap. 49,

et II, 7. DALRG. — *Et.* Hoc est, non nutricum modo cura tutantur infantes, sed et fascinus, religione sua, cujus insigne amuletum suspensum e collo gerebant. Alii et ex annulo appendebant. Iconem vide apud Th. Bartholinum l. de puerper. vett. pag. 161. HARD.

25. *Sub.* Subter currum triumphantium appensus, ad repellendam invidiam. HARD.

26. *Medicus.* Invidiæ magnam esse vim ad nocendum antiqui existimabant: quum eam vel ipso afflatu et contagione maleficam, et venenatam esse, et hominibus, quibus male vellet, obesse graviter censerent. Hinc Horatius, epist. I 24, vers. 37: « Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat, non odio obscuro morsuque venenat. » Idcirco ad eam repellendam, de collo puerorum, et de triumphantium curru suspendebant amuleta. Nullum hic locum habent obscenæ conjectationes, quas ad explanandum hunc locum ex Varrone, Glossariis, librisque aliis, Critici congesserunt. HARD.

27. *Jubetque eosdem respicere.* Lege, « jubetque invidiam recipere. » Appendebatur enim Fascinus deus ut in auctores fascinum et invidiam recipere juberet. Vel, « jubetque eos deum se respicere: » nimirum humanam suam sortem cogitare,

linguæ, ut sit exorata a tergo²⁸ Fortuna gloriæ carnifex.

ac conditionem, quæ triumphî gloria et honoribus elata, deum tamen currui suo subjectum et pendulum habet: nisi quis malit ad triumphantium morem referre, quibus quidam a tergo stans, identidem clamabat et inculcabat: « Respice post te, hominem te esse memento. » Septimius Florens in Apol. Rhod. lib. III, cap. 7. Juvenal. satyr. 9: « . . . magnæque coronæ Tantum orbem, quanto cervix non sufficit ulla. Quippe tenet sudans hunc publicus, et sibi consul Ne placeat, curru servus portatur eodem. » DALC. — *Similis*. Non dicit aliam similem, sed hanc ipsam, hoc est, Fascinum ipsum, currui appensum triumphantium, similiter ventosæ eorum linguæ mederi: jubet enim eos de victoria sua silere, tantumque in se recipere, sive curam eam suscipere, ut Fortunam subsequente æque propitiâ experiantur, ac fuit antea: dent operam, ne ab invidis, qui nemini desunt, de adepto gloriæ culmine dejiciantur. Nam per eos sæpe Fortuna priorem gloriam jugulat et exstinguit. Hæc genuina Plinii sententia est. Nullus hic servus aut carnifex, quem nonnulli confinxere; qui a tergo triumphantis adsisteret, moneretque identidem, ut se ipsum cognosceret, ne tanta gloria superbiret. Tertull. in Apol. cap. 33, p. 28: « Non enim Deum Imperatorem dicam, vel quia mentiri nescio, vel quia illum deridere non audeo, vel quia nec ipse se Deum volet dici... Hominem se esse etiam triumphans in illo sublimissimo curru admonetur: suggeritur enim ei a

tergo, Respice post te, Hominem te memento. » Nullus hic servus publicus (sic enim Juvenalis appellat, Sat. 10, vers. 41; Isidor. Orig. XVIII, 2, carnificem vocat), nullus, inquam, qui jubet triumphantem respicere fascinum, cavere sibi a fascino invidentium, quo labefactari tota triumphî gloria potest. Servum a tergo triumphantis coronam sustinuisse Plinius ipse auctor est, XXXIII, 4. Meminit hujusce moris et Tzetzes Chiliad. XIII, Hist. 461, v. 52, sed adjecta fabula: Καὶ πῶς ἐπὶ τοῦ ἀρματαὶ δημοσίως οὐκίτης Ὀπίσθεν τοῦτου ἱστανταὶ τὸν ζέφρανον ἀνίχων, καὶ λέγων τούτῳ πρὸς τὸ εὖς καὶ τὸ, κατόπιν βλέπει. « Et quomodo in curru publicus minister pone hunc stat coronam sustinens, et dicens ei istud in aurem: A tergo respice. » *Jubet*. Perturbata hactenus hujus loci interpunctio, crucem sicut interpretibus, criticisque, Turnebo, Rhodigino, Dalecampio, cæterisque. Sic enim legebatur: *Jubetque eosdem recipere*. Sic utique libri omnes habent MSS. et editi ante Dalecampium, qui primus rescripsit, *respicere*. Mox nova instituta periodo, *Similis medicina linguæ: quæ divulsa nullam probabilem efficere sententiam queunt*. Libri etiam omnes, conspirante consensu, *carnifex* exhibent, id quod ipsa loci sententia postulat, non, ut quidam emendant, *carnificem*. Nam hæc vox, *carnifex*, in contextu Pliniano, ad Fortunam pertinet. HARD.

²⁸ Ut sit exorata a tergo, etc. Leg. ex Vet. « Similis medicina linguæ, et, ut sit exorata fortuna

VIII. Morsus¹ hominis inter asperrimos quoque numeratur. Medentur sordes ex auribus: ac ne quis miretur etiam scorpionum ictibus serpentiumque, statim inpositæ. Melius e percussi auribus prosunt: ita² et reduvias sanari. Serpentium vero ictum, contusi dentis humani farina.

IX. Capillus¹ puerorum, qui primum decisus est, podagræ impetus dicitur levare circumligatus: et² in totum impubium³ impositus. Virorum⁴ quoque capillus

gloriæ a tergo carnifex. • Nam in triumphantes convitia jactabant. *Exoratum gloriæ fortunam* dicit, id est, propitiam. DALRC.

VIII. 1. *Morsus*. Cels. XXVI, 27: « Sequitur, ut de vulneribus dicam, quæ morsu fiunt, interdum hominis, interdum simiæ, sæpe canis... Omnis autem fere morsus habet quoddam virus. » Plin. Val. III, 57: « Hominis morsui... sordes ex humidis auribus illinuntur plagæ. » HARD.— *Morsus hominis... numeratur*. E recentibus BICHAT credidit vix morsu amentis amore aliquid venenum stillare in vulnus. De multis sane id persuasum olim habuere feris salivam illapsam plagæ acrem, malignam, et veneno parem; quod primo quidem cogitandum fuit intuentibus quæ funesta sæpe simplicem morsum consequebantur. Sed nunc convenit inter istarum rerum peritos satis esse ad hæc giguenda et vehementiore ictu laceram cutem et læsiones varias musculorum, tendonum, nervorum, vasculorum, immo et ossium, inprimis si magnus atque iratus hostis assultet, qualis v. g. aut molossus in furorem actus, aut equus qui vel fame laboraverit diu.

Quam vero puerile e cerumine pharmacum existimandum sit, vix monendus es. AJ.

2. *Ita*. Abscessus circa radices unguium, Latini reduvias vocant, Græci παρωνυχίαν. Festus: « Redivia... morbus est, quum cutis extra unguis se solvit, quia redivire solvere est. » Ejusdem medicamenti meminit et Marc. Emp. 18, pag. 108: « Paronychiæ stercus ex auriculis impone, et linteolum superalliga, mirabere remedium. » H.

IX. 1. *Capillus*. Totidem verbis Marc. Emp. 36, pag. 246. Sext. Plat. 17, de puero, tit. 3, Ad podagram: « Pueri primi capilli a natiuitate si pedibus dolentibus impositi fuerint, sanabuntur. » H. — *Capillus puerorum*, etc. Quæ sequuntur fabulis etiam propiora quam illa quæ prius fabulosa attextuit. Notas igitur jam inutiles adumbraturi non sumus, nisi quum forte aliquid verum occurrit. AJ.

2. *Et*. Et universe omnium impubium capillus impositus iuvat. H.

3. *Impubium*. Sic Naso, *impubibus annis*, Metam. IX, 418. H.

4. *Virorum quoque capillus*. Habdarrahmanus Ægyptius, interprete Ecchellensi, c. 1, n. 5: « Capilli

canis morsibus medetur ex aceto : et⁵ capitum vulneribus ex oleo aut vino. Si credimus, a revulso cruci, quartanis. Combustus æque capillus, carcinomati. Pueri⁶ qui primus ceciderit dens, ut terram non attingat, inclusus in armillam, et assidue in brachio habitus, muliebrium locorum dolores prohibet. Pollex in pede alligatusque proximo a digito, tumores inguinum sedat. In⁷ manu dextra duo medii lino leviter colligati, destillationes atque lippitudines arcent. Quin⁸ et ejectus lapillus calculoso, alligatus supra pubem, levare cæteros dicitur, ac⁹ jocineris etiam dolores; ac celeritatem partus facere. Addidit Granius, efficaciorum ad hoc esse ferro exemptum. Partus¹⁰ accelerat

hominis aceto madefacti, si statim applicantur morsui canis, præsentem offerunt utilitatem. » HARD. — Et revera hoc fit, nec sane mirandum, sed fit aceti dote quæ cauterizantis vice est, inutuli admodum capillamento. AJ.

5. Et. Quælibet vulnera hominum capillis cum thure contusis æquo pondere glutinari, prodidit Theod. Prisc. I, 19. HARD.

6. Pueri. Alios in usus hunc pueri dentem Sext. Platonius adhibet, tit. 4 : « Pueri dens annorum septem, inclusus auro aut argento, et in brachio suspensus, efficit ne mulier concipiat. » HARD.

7. In. Marc. Emp. 10, p. 87 : « Si in manu dextra, inquit, duo digiti medii lino simul copulentur, statim proderit adversus pituitam, et gravedinem, et destillationem narium. » Plin. Val. I, 28 : « Ad stillationem narium ex humore : In manu dextra duo digiti medii lino alligati inter se, destillationem compescunt. » HARD.

8. Quin. Sic libri omnes editi,

et manu exarati : etiam in quibusdam exemplaribus Dalecampius legi dicit : *Quin ex ejectis* : ejectosque interpretetur, cæso matris utero natos. Astute nimis excogitatum id sane, ac difficile nimis inventum remedium. Cave tu quidquam immites, receptam scripturam defendente et explicante Marc. Emp. 26, pag. 183 : « Lapis, inquit, ex vesica hominis qualibet curatione sublatus, si teratur, et ex vini cyathis tribus calculoso potui detur, lapides vesicæ humanæ innatos efficaciter dissolvere creditur. » Haddarrahmano quoque Ægyptio, interprete Echellensi, cap. 1, num. 38 : « Item si suspendes super laborantem calculis vesicæ calculos, quos alius egressit, comminuentur calculi, et curabitur laborans. » H.

9. Ac. Marc. Emp. 22, pag. 158 : « Ad dolorem jocineris physicum remedium sic : calculus, sive lapillus, qui a calculoso fuerit ejectus, super jecur dolentis alligatus, statim proderit. » HARD.

10. Partus accelerat vicinos. Voss.

vicinos, ex quo¹¹ quæque conceperit, si cinctu suo soluto feminam cinxerit, dein solverit, adjecta¹² precatione se vinxisse, eumdem et soluturum, atque abierit.

X. Sanguine¹ ipsius hominis, ex quacumque parte emisso, efficacissime anginam illini tradunt Orpheus et Archelaus: item ora, comitali² morbo lapsorum: exsurgere enim protinus. Quidam³ si pollices pedum pungantur, exque his guttæ referantur in faciem: aut si virgo dextro pollice attingat: hac conjectura censentes virgines⁴ carnes edendas. Æschines⁵ Atheniensis excrementorum cinere anginis medebatur, et tonsillis, uvisque, et carcinomatis. Hoc medicamentum vocabat botryon⁶. Multa⁷ genera morborum primo coitu solvuntur, primoque

partus celerat hecemos. Aut. hærentes. GROS.

11. *Ex quo.* Vir ipse, ex quo mulier quæque conceperit. HARD.

12. *Adjecta.* Hoc est, hac formula: « Te vixi, te quoque solvam. » HARD.

X. 1. *Sanguine.* Plin. Val. I, 52. HARD.

2. *Comitali morbo lapsorum.* Ex Chifflet. notant malo cum lapsorum. Voss. conlapsorum. GROS.

3. *Quidam.* Similis Habdarrahmani præceptio, interprete Echelensi, cap. 1, num. 22: « Maniaci curatio ita fit: Incide maniaci hominis pollices, sanguinem inde effluentem excipe, commisce cum farina, etc. » Item Theodori Prisc. IV: « In ipsis vero commotionibus, si sanguinem de ejus pedum digitis elicias quoquo pacto, et ejus frontem ex eo tangas, et labia: continuo exsurgit. » HARD.

4. *Virgines.* Quod virginem vel uno tactu prodesse intellexerint,

idcirco catulorum carnes, qui ante coitum cæsi fuerint, edendas comitalibus morbis præcipiunt. HARD.

5. *Æschines.* In libris ad hunc diem editis, ex crematorum cinere legitur, insigni menda; quem præter codices Reg. 2 et Ch. editionesque Venetam et Parmensem, quæ sunt omnium vetustissimæ, in quibus excrementorum diserte legitur, emendat egregie locus Sexti Platonici, cap. 17, de puero, tit. 9, ad canceromata: « Hominis sterces combustum, inquit, et in ulcera cancerosa et insanabilia adspersum; eo pro magno remedio utitor, quod melius appellatur botrys. » HARD.

6. *Hoc medic. vocabat botryon.* Sexto Platónico, *Botrys*, de puero, c. 17, non quod uvæ morbo medeatur, ut putat Humelbergius: hanc enim uvam nemo botryn appellat: sed quod uvæ forsân maturæ modo nigrescat. HARD.

7. *Multa.* Hoc etiam Hippocrates prodidit, S. III, aph. 28, quem

feminarum mense. Aut si hoc non contingit, longinqua fiunt, maximeque⁸ comitiales. Quin et a serpente ac scorpione percussos coitu levare produunt: verum feminas Venere ea lædi. Oculorum⁹ vitia fieri negant, nec lippire eos, qui quum pedes lavant, aqua¹⁰ inde ter oculos tangant.

XI. Immatura morte raptorum manu, strumas, parotidas, guttura, tactu sanari affirmant. Quidam vero cujuscumque defuncti, dumtaxat sui sexus, læva manu aversa. Et e ligno fulgure icto, rejectis post terga manibus demorderi aliquid, et ad dentem qui doleat, admodum veri, remedio esse produunt. Sunt¹ qui præcipiant dentem suffiri dente hominis sui sexus: et eum qui caninus vo-

Celsus, II, 1, sic interpretatur: « Si qua etiam genera morborum in infantem inciderunt, ac neque pubertate, neque primis coitibus, neque in femina primis menstruis finita sunt, fere longa sunt. » Vide quæ diximus VII, 51. HARD. — *Multa... mense.* Id verum quadamtenus, quanquam nec in ista inquisitum satis, et vix possis decernere an quod semel evenit postea sit successurum feliciter. AJ.

8. *Maximeque.* Cels. de comitiali morbo, III, 23: « Sæpe eum, si remedia non sustulerunt, in pueris, Veneris, in puellis, menstruorum initium tollit. » Scrib. Larg. de morbo comitiali, comp. 18: « Illud tamen, inquit, non oportet ignorare... pueros vel virgines liberari post complexum et devirginationem. » Cæl. Aurel. Chron. de epilepsie morbo, I, 4, quosdam ait « vel usum venereum, vel contra eunuchismum faciendum probare: quod ipse paulo post improbat. Et paulo ante: « Solet hæc passio pubertatis tempore, sive novæ pur-

gationis in feminis... facile detergi: quod si minime evenerit, plerumque patienti consenescit, etc. » Cæterum, ut id corollarii vice adjiciam, *morbus comitalis*, ut Celsus animadvertit, II, 8, « post annum quintum et vicesimum ortus, ægre curatur: multoque ægrius is qui post quadragesimum annum cepit: adeo ut in ea ætate aliquid in natura spei, vix quidquam in medicina sit. » HARD.

9. *Oculorum.* Marc. Emp. totidem verbis, 5, pag. 56, et Sext. Platon. de puero, etc. 17, tit. 5, *ad lippitudinem oculorum.* HARD.

10. *Aqua inde ter oculos tangant.* Eadem commendatur ad ventris dolores, lib. XXX, cap. 7. DALIC.

XI. 1. *Sunt.* Innocentior paulo Habdarrahmani Ægyptii medicina, cap. 1, p. 35: « Si osse demortui hominis tanges dentes dolores inferentes, curabuntur. » Et n. 40: « Molarem hominis demortui dentem si suspendes super hominem laborantem dentium doloribus, dolores illi mitigabuntur. » HARD.

cetur, insepulto exemptum adalligari. Terram² e calvaria, psilothrum esse palpebrarum tradunt. Herba vero, si qua ibi genita sit, commanducata, dentes cadere. Ulcera non serpere osse hominis circumscripta. Alii e tribus puteis pari mensura aquas miscent, et prolibant novo fictili: reliquum dant in tertianis accessu³ febrium bibendum. Idem⁴ in quartanis fragmentum clavi a cruce, involutum lana, collo subnectunt; aut spartum e cruce: liberatoque condunt caverna, quam sol non attingat.

XII. Magorum¹ hæc commenta sunt: Ut cotem, qua ferramenta sæpe exacuta sint, subjectam ignari cervicalibus, de² veneficio deficientis, evocare indicium, ut ipse dicat quid sibi datum sit, et ubi, et quo tempore: auctorem tamen non nominare. Fulmine utique percusso, circumactum in vulnus hominem loqui protinus constat. Inguinibus³ medentur aliqui, licium⁴ telæ detractum alligantes novenis septenisve nodis, ad singulos nominantes viduam aliquam, atque ita inguini adalligantes. Licio et clavum⁵ aliudve, quod quis calcaverit, alligatum ipsos jubent gerere, ne sit dolori vulnus. Verrucas avellunt a

2. *Terram e calvaria.* Vel quæ intra calvariam reperitur, vel qua calvaria obducitur. DALEC.

3. *Accessu.* Sic MSS. Reg. 2, et alii. In Ch. a decessu. HARD.

4. *Idem.* Plin. Val. III, 6: « Quartanæ curandæ: caput clavi, quo aliquis in cruce fixus est, alligatur panno. » HARD.

XII. 1. *Magorum.* Allata nempe superiore capite remedia, ut et ea quæ hoc ipso dicentur. HARD.

2. *De.* Si quis ex veneficio tabe deficiat, cogetur vel sic indicare, ac dicere non quis insidias pharmaco oblato struxerit, sed quid, ubi... cur, quomodo, quando, obtule-

rit. Quod prius dicunt, nulli etiam sceptico dubitabile est. Ar.

3. *Inguinibus.* Inguinum panis et bubonibus. DALEC.—Hæc totidem verbis Plin. Val. II, 43, et Marc. Emp. 32, pag. 225. HARD.

4. *Licium.* Filum, stamen. H.

5. *Atque ita inguina alligantes licio. Et clavum.* Voss. *inguini adalligantes licio.* Forte: « licium telæ detractum alligantes novenis septenisve nodis, ad singulos nominantes viduam aliquam, atque ita inguini adalligantes. Licio et clavum aliudve, quod quis calcaverit, alligatum ipsos jubent gerere, ne sit dolori vulnus. » GRON.

vicesima luna, in⁶ limitibus supini ipsam intuentes, ultra caput manibus porrectis, et quidquid apprehendere, eo fricantes. Clavum corporis, quum cadit stella, si quis dstringat, vel cito sanari aiunt, cardinibus ostiorum aceto affuso: lutum fronti illitum, capitis dolorem sedare: item laqueum suspendiosi circumdatum temporibus. Si quid e pisce hæserit faucibus, in aquam demissis frigidam pedibus, cadere. Si⁷ vero ex aliis ossibus, impositis capiti ex eodem pisce ossiculis. Si panis hæreat, ex eodem in utramque aurem addito pane.

XIII. Quin et sordes hominis in magnis fecere remediis quæstuosorum gymnasia¹ Græcorum: quippe² ea strigmenta molliunt, calefaciunt, discutiunt, complent, sudore et oleo medicinam facientibus. Vulvis inflammatis contractisque admoventur³. Sic et menses⁴ cient: sedis in-

6. *In.* In semitis, viisque transversis agrorum. HARD.

7. *Si.* Non e piscium modo, sed etiam ex animalium ossibus. In libris hactenus editis, ex eodem osse ossiculis. In Reg. 2 et Ch. ex eodem vase: quos ultro codices sequuti sumus. Favet Marc. Emp. XV, p. 112: « Si de pisce os faucibus hæserit, spinam mediam ejusdem piscis infringes: et aliquam partem ex ea, pollice et medicinali digito, super verticem ejus, cujus os vel spina hærebit, appones: sed utilius erit, si nescienti id facias. » HARD.

XIII. 1. *Gymnasia.* Plinius supra XV, 5, ubi de oleo: « Usum ejus ad luxuriam vertere Græci, vitiorum omnium genitores, in Gymnasiis publicando. Notum est, magistratus honoris ejus octogenis strigmentis olei vendidisse. » HARD.

2. *Quippe.* Ita sordes appellabant, quæ dstringebantur, deradebanturque de athletarum corpore: constabant sudore et oleo: et quod medicatam vim haberent, diligenter colligebantur, magnoque venum ibant. Val. Max. IX, 14: « Gymnicorum servo strigmenta gymnasii colligenti. » Eisdem porro in medicando vires strigmentis gymnasiarum Dioscorides attribuit, I, 36. Ad maturandas certe duritias, collectiones, strumas, a Theod. Prisc. de furunculis, lib. I, commendantur hæc « sordes de parietibus palæstræ collectæ. » HARD.—Immerito et hinc plus periculi, quam auxili. Nam si cui delicatior cutis, panis et ulcera hinc facile orientur. AJ.

3. *Contractisque admoventur.* In alterutrum latus reclinatis: sursum procurrentibus. DALEC.

4. *Menses.* Menstrua, καταμηνία.

flammationes et condylomata leniunt : item nervorum dolores, luxata, articulorum nodos. Efficaciora⁵ ad eadem, strigmenta a balineis, et ideo miscentur suppuratoriis medicamentis. Nam⁶ illa, quæ sunt e ceromate permixta cœno, articulos tantum molliunt, calefaciunt, discutiunt efficacius : sed ad cætera minus valent. Excedit fidem⁷ impudens cura, qua sordes⁷ virilitatis contra scorpionum ictus singularis remedii, celeberrimi auctores clamant. Rursus in feminis, quas infantium alvo⁸ editas in utero ipso contra sterilitatem subdi censent : meconium⁹ vocant. Immo¹⁰ etiam ipsos gymnasiolorum rasere parietes ; et illæ quoque sordes excafactoriam vim habere dicuntur :

5. *Efficaciora.* De his eadem Diosc. I, 34, ex Crateva, a quo hausit et Plinius. HARD.

6. *Nam.* Κήρωμα unguentum est, quod fit subacta oleo cera, permixtoque luto : hoc luctatores ungebantur, in eo palæstræ aut gymnasii loco, qui ceromatis etiam nomen inde habuit. De his idem Diosc. I, 35 : Ὁ δὲ ἐκ τῆς παλαιστράς προσυλαφῶς τὴν κόριν, ἰσικῶς δὲ ῥύπω, τὰς περὶ τοὺς κονδύλους συστροφῆς ἐπιπίθμενος ὠφελῆ, etc. « Quæ vero strigmenta in palæstris pulverem sibi adscivere, similia sordibus, articulorum collectiones ac nodos imposita juvant. » HARD.

7. *Qua sordes.* Sordes virilis seminis. HARD.

8. *Quas infantium alvo,* etc. Lege, « quas reddunt infantibus alvo, ex utero editi, contra, etc. » μηκόνιον excrementum nigrum, et fetidum, quod pueri nati primum emittunt : vulgo, *le sirop de l'enfant.* DALBO.

9. *Meconium.* Cf. Arist. H. A. I, VI, c. 13 ; Reines. in varr. lectt. I, II,

c. 7, p. 174.—*Meconium.* Μηκόνιον excrementum quod primum emittunt pueri, quod cruentum est, atrum, fœdique odoris. Arist. H. A. VII, 13, pag. 844, de infante primum nascente : Ἀρίστωι δὲ περιττώματα τὰ μὲν εὐθὺς, τὰ δὲ διαταχέων, πάντα δ' ἐν ἡμέρᾳ· καὶ τοῦτο τὸ περιττώμα πλέον ἢ τοῦ παιδὸς κατὰ μέγεθος· ὁ καλοῦσι αἱ γυναῖκες μηκόνιον. Χρῶμα δὲ τούτου αἱματώδες, καὶ σφόδρα μίλαν, καὶ πιττώδες· μετὰ δὲ τοῦτο, ἤδη γαλακτώδες. « Emittit etiam excrementa quidam illico, quidam haud multo post : omnes autem intra diem. Cujus excrementa quantitas major quam pro pueri magnitudine : quod appellat mulieres papaverculum. Color ejus cruentus, ac valde ater, et piceus : post illud, mox lacteus. » HARD.

10. *Immo.* Diosc. I, 36, totidem verbis : Καὶ ὁ ἐν τοῖς τῶν γυμνασίων τοίχοις ῥύπος, καὶ ὁ ἀπὸ τῶν ἀνδριάντων, θερμαίνει δὲ καὶ διαχθεῖ τὰ δύσπεπτα φύματα, etc. HARD.

panos discutiunt. Ulceribus senum puerorumque¹¹, et desquamatis ambustisve illinuntur.

XIV. Eo minus omitti convenit ab animo hominis pendentes medicinas. Abstinere¹ cibo omni, aut potu, alias tantum aut carne, alias balineis, quum quid eorum postulet valetudo, in praesentissimis remediis habetur. His remediis adnumeratur exercitatio², intentio³ vocis, ungui⁴,

11. *Ulceribus senum puerorumque.* Voss. *quoque rarumque.* An *puerperarumque.* GROS. — *Ulceribus.* I. c. Πρὸς ὄλην πρᾶσθουρικὰ ἀρμόζει, etc. HARD.

XIV. 1. *Abstinere.* Ita Reg. 1 et editi. Reg. 2 et Ch. *abstinere se cibo.* Balineis quando utendum, quando abstinendum sit, ex Celso perdisces, II, 17, *de sudore.* Idem scite admodum, III, 2: « Igitur si quid morbi incidit, omnium optima sunt, quies, et abstinencia. Si quid bibendum, aqua... Solaque abstinencia sine periculo medetur... Et si leviora indicia fuerint, satis sit a vino tantum abstinere, quod subtractum, plus quam si cibo quid dematur, adjuvat. Si paulo graviora sint, non aquam tantum bibere, sed etiam cibo carnem subtrahere... Satisque sit, tum ex toto a cibo, a vino, ab omni motu corporis abstinere, quum vehementer notæ terruerunt. » Rursum, IV, 2, in dolore capitis: « Satius est abstinere a cibo, si fieri potest, etiam a potione: si non potest, aquam bibere, etc. » HARD. — *Abstinere cibo omni, aut potu, ... in praesentissimis remediis habetur.* Quod medicis dicitur a græco sermone δῆαιτα; neque ullus est qui hanc methodum ac viam plurimum valere nesciat.

Dehinc multa quæ sequuntur vera sunt. AS.

2. *Exercitatio.* Exercitationum genera hæc sunt apud Galen. de San. tuenda, II, 8, pag. 83, lucta, pugilatus, cursus, saltatio, disci jactus, pilæ ludus, et similia. Exercitationis simul et laboris nomine censentur, remigatio, fossio, aratio, gestatio oneris, equitatio, venatio, longior ambulatio, etc. H.

3. *Intentio.* Sive ut Celsus ait, I, 2, *clara lectio.* Et cap. 8: « Si quis stomacho laborat, legere clare debet: post lectionem ambulare, etc. » Et mox: « Prodest adversus tardam concoctionem clare legere, etc. » Denique, IV, 4, de tussi: « Oportet lectione uti vehementi: quæ primo impeditur a tussi, post eam vincit. » Hoc vocis exercitium, inquit Cæl. Aurel. Chron. I, 1, Græci ἀναφώνησιν vocant. HARD.

4. *Ungui.* Sive ut nunc obtinet usus loquendi, *ungi.* Cels. I, 2: « Exercitationem recte sequitur unctio, etc. » — *Ungui.* *Unguiet unguo* dici pro *ungi*, *ungoque*, vetusto more, ex Prisciano scimus. In libris hactenus editis, *ungue fricari*, absurde: nam disparia ac diversa sanitatis tuendæ remedia nunc præscribuntur, neque ungue frictio peragitur, sed manuum injectu,

fricari cum ratione. Vehemens⁵ enim fricatio spissat, lenis mollit : multa adimit corpus, auget modica. In primis vero prodest ambulatio⁶, gestatio⁷, et ea pluribus modis. Equitatio stomacho et⁸ coxis utilissima : phthisi navi-

circumactaque, τῶν χειρῶν ταῖς ἐπιβλαῖς τε καὶ παραγωγαῖς αἱ ἀνατρήσεις γίνονται, inquit Gal. de Sanit. tuenda, II, 3, pag. 70. Frictione vero unctio præmitti solita erat, ut docet idem, II, 69. Et Cels. I, 3 : « Tum multo oleo ungi, leniterque perfricari, etc. » Et de tabe, lib. III, 22 : « Præter hæc convenit ambulare locis quam minime frigidis, sole vitato... si infirmior est, gestari, ungi, perfricari, si potest, maxime per se ipsum, sæpius eodem die... Tum paulatim cibi dandi, adjectis exercitationibus, unctionibus, frictionibusque. » Iterumque, IV, 5 : « Post exercitationem opus est unctione, frictione, balneo quoque nonnumquam, etc. » *Ungui* porro hoc loco ut scriberemus, codex R. 2, admoovit, et Chiffi. cum Galeno. HARD.

5. *Vehemens*. Totidem verbis Cels. ex Hipp. II, 14 : « Neque dubitare potest, inquit, quin latius quidem et dilucidius, ubi et quomodo frictione utendum esset, Asclepiades præceperit : nihil tamen reperit, quod non a vetustissimo auctore Hippocrate, paucis verbis comprehensum sit : qui dixit, frictione, si vehemens sit, durari corpus : si lenis, molliri : si multa, minui : si modica, impleri, etc. » HARD.

6. *Ambulatio*. Plaut. in Curcul. act. II, sc. 1 : « Ambula : id lieni

optimam est. » Cujusmodi porro debeat esse ambulatio, Celsus declarat, I, 2 : « Commode vero, inquit, exercent clara lectio, arma, pila, cursus, ambulatio : atque hæc non utique plana, commodior est : siquidem melius adscensus quoque et descensus cum quadam varietate corpus moveat : nisi tamen id perquam imbecillum est : melior autem est sub divo, quam in porticu : melior, si caput patitur, in sole, quam in umbra : melior in umbra, quam parietes, aut viridaria efficiunt, quam quæ tecto subest : melior recta, quam flexuosa. » HARD.

7. *Gestatio*. Exercitatio est, qua gestamur, aut vehimur, equo, lectica, etc. De ea satis elegans Senecæ locus, initio ep. 55 : « A gestatione quam maxime venio, non minus fatigatus, quam si tantum ambulassem, quantum sedi. Labor est enim et diu ferri : ac nescio an eo major, quia contra naturam est, quæ pedes dedit, ut per nos ambularem : oculos, ut per nos videremus, etc. » HARD.

8. *Et*. Celsus, II, 15 : « Genera autem gestationis plura sunt adhibenda, quæ sint et pro viribus cujusque, et pro opibus... Gestationum lenissima est navi, vel in portu, vel in flumine : vehementior, in alto mari, navi : vel lectica aut scamno : acrior, vehiculo. Atque hæc ipsa et intendi et leniri possunt. Si nihil horum est, suspendi

gatio⁹: longis morbis locorum mutatio¹⁰. Item somno mēderi sibi, aut lectulo, aut rara vomitione¹¹. Supini cubitus oculis conducunt, at proni tussibus, in latera adversum destillationes. Aristoteles¹² et Fabianus plurimum somnari circa ver¹³ et autumnum tradunt, magisque supino cubitu, at prono nihil. Theophrastus¹⁴ celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius a supinis. Sol¹⁵ quoque

debet et moveri, etc. » Hippocratis græca sunt e libro κατ' ἰατρικῶν, sive de officina medici, quæ Galenus recitat de Sanit. tuenda, II, 3, tom. VI, pag. 70 : Ἀνάτριψις δὲναται λύσαι, δῆσαι, σαρκῶσαι, μινυθῆσαι ἢ σκληρᾶ, δῆσαι ἢ κλιχῆ, λύσαι ἢ πολλῆ, μινυθῆσαι μετρίη, σκληρῶσαι. Quorum effectuum dissimilium dispares causas ibidem persequitur. HARD.

9. *Phthisi navigatio*. Præsertim in mari. DALEC. — *Phthisi*. Vide quæ dicturi sumus, XXXI, 33. H.

10. *Longis morbis locorum mutatio*. Hippocr. aphor. 20, c. 5, lib. VII Epid. DALEC. — Ecce verba Γῆν μεταμίσθιν, σύμπερον ἐπὶ τοῖσι μακροῖσι νοσήμασι. HARD.

11. *Rara vomitione*. Nam frequens et continuata ventriculum offendit. DALEC. — *Aut*. De ea multa Cels. I, 3, et II, 13. HARD.

12. *Aristoteles*. Vide Plutarch. Symp. Qu. VIII, 10, pag. 734 : « Cur autumnalibus somniis minimum fidei sit habendum. » HARD. — *Aristoteles et Fabianus... tradunt... cubitu*. An ver et autumnus in somnia verè valeant, et quatenus valeant, in incerto est; at supino cubitu frequentius somnari verum esse videtur. Suspicio tamen pro somnio acceptum σάπε δειδῶται, quod

supinis et in lævum latus cubantibus perpetuum accidit. *Az*.

13. *Somnari circa vernum*. Plut. Sympos. VIII, quæst. 10. Somnia Veteres e terra nasci crediderunt, mittique ab inferis et Manibus. Inde Euripidi in Hecuba, terra μελανοπερύγων μήτηρ ὄντιζων. Inde Homero et Virgilio figmentum de duabus somniorum portis apud iuferos. Turnebus, XXVIII, c. 46. DAL.

14. *Theophrastus*. Ita nunc in libro περὶ ὕπνου καὶ ἐνοπιῶν, de somno et somniis, cujus Laertius meminit V. HARD. — *Theophrastus... difficilium a supinis*. Vere, et hoc in causa, quod cubantis in dextrum latus stomachum minime fel comprimat; et laboris minus ad coquendum jam necesse sit. *Az*.

15. *Sol*. Nam ut superius dictum est, optime in sole, si caput patitur, inambulatio est. In libris hactenus editis *solum quoque* legebatur : *solum* alii, ex conjectura substituere ausi, hoc est, vas in quo sedentes lavantur. Verum et Chiffli. codex, teste Dalecampio, et probatissimi alii, quos vidimus, *sol* incredibili consensu exhibent: in quem unum sane id commode cadit, ut remediorum maximum appelleretur. Sed præter exemplarium auctoritatem maximum emendationi

remediorum maximum ab ipso sibi præstari potest, sicut¹⁶ linteorum strigiliumque vehementia : perfundere¹⁷ caput calida ante balnearum vaporationem, et postea frigida, saluberrimum intelligitur. Item¹⁸ præsumere cibis, et interponere frigidam, ejusdemque potu somnos antecedere, et si libeat, interrumpere. Notandum, nullum aliud animal calidos potus sequi, ideoque non esse na-

nostræ pondus addit Corn. Celsi testimonium : quo auctore didicimus id quod a Plinio deinde adjicitur : de perfundendo capite, calida, frigidaque, tum solum, vel tum certe inprimis adhiberi oportere, quum accepta a sole aliqua offensio fuerit : qui quum sit per se quidem remediorum maximum, si nimium tamen eo utare, nocere potest. Sic enim ille, I, 3 : « Si quis vero exustus in sole est, huic in balneum protinus eundem est, perfundendumque oleo corpus et caput. Deinde in solium bene calidum descendendum : tum multa aqua per caput infundenda, prius calida, dein frigida. » Ubi et solium ipsum, et calida, frigidaque contra exustionem a sole remedium est. Et capite quidem proxime subsequente, etiam citra solis injuriam quæ sunt balnei leges explanans, perfundi pariter calida frigidaque caput præcipit : verum ibi solium abdicat : plane ut utrumlibet ex iis locum spectes, *solium* hoc loco dicere minime possis : sic enim Celsus : « Si in balneum venit, sub veste primum paulum in tepidario insudare ; ibi ungi : tum transire in calidarium : ubi sudabit, in solium non descendere ; sed multa calida aqua per caput se totum perfunde-

re : tum tepida uti, dein frigida : diutiusque ea caput, quam cæteras partes perfundere : deinde id aliquamdiu perfricare, novissime detergere, et ungere. Capiti nihil æque prodest, atque aqua frigida, etc. » Sol certe inter remedia recensetur ab eodem, III, 21 : « Paulatim, inquit, evocandus est æger ad exercitationes, frictiones, solem, sudationes, navigationes, et idoneos cibos, donec ex toto convalescat. » Et IV, 16 : « Exercitationes... et cum his sol, ignis, balneum. » HARD.

16. *Sicut.* Uncti oleo Veteres strigilibus radebantur sudantes : deinde linteis ad id paratis tergebantur. Apul. Asin. aur. II : « Ac simul ex promptuario oleum unctui, et lintea tersui, et cætera huic eidem usui profer ociter, et hospitem meum produc ad proximas balneas. » Hanc frictionem sibi quisque præstare poterat, uti ex Celso quoque intelligimus, IV, 4. HARD.

17. *Perfundere.* Cels. I, 2, totidem verbis. In balneis e calida in frigidam transire solitos olim, testis Aristides sacr. serm. tom. I, orat. 2, pag. 515. HARD.

18. *Item.* Ante cibos frigidam aquam præsumere, et inter cibos interponere. Vide Cels. I, 8. H.

turales. Mero¹⁹ ante somnos colluere ora, propter halitus²⁰: frigida matutinis impari numero²¹ ad cavendos dentium dolores: item posca oculos contra lippitudines, certa experimenta sunt (v): sicut totius corporis²² vale-

19. *Mero ante somnos colluere ora propter halitus.* Voss. *propter nolitus.* Quod Acad. et Menapius reddiderunt *propter anhelitus.* Non videtur tamen satis rationis, quare discedatur a vulgari, quod in And. est et Gudiano. ΓΡΟΧ. — *Mero.* Plin. Val. I, 33: « Ad fœtorem oris: Dormitum vadens... vino suavi os colluat. » Et cap. 29: « Nero quoque ante somnos colluere ora propter halitum fœtidum utile dicit. » Insulse is apud Nostrum pro mero, Nero, legit. HARD. — *Mero ante somnos colluere ora.* Hinc Flaccus Serm. lib. II, sat. 1, 8: « Transnanto Tiberim, somno quibus est opus alto, Irriguumque mero sub noctem corpus habent. » AJ.

20. *Halitus.* Putres, aut alioqui fumosos a cibo, dum coquantur in ventriculo, exhalantes. DALEC.

21. *Impari numero.* Semel, ter, quinquies, etc. DALEC. — *Impari.* Ter, quinquies, etc. Numerus ille superstitione non caret, quam Celsus jure neglexit, I, 2: « Ubi expectectus est aliquis, paulum intermittere: deinde, nisi hiems est, fovere os multa aqua frigida debet. » HARD.

22. *Sicut totius corporis valetudini in varietate victus observata.* Dalec. « valetudinem juvari ratione victus observata », longe a mente Plinii digressus. Acad. *victus et observata.* Chifflet. tres Vossiani, Gudianusque: *inobservata.* Scribe: « sicut

totius corporis valetudini varietatem victus inobservatam. » Intelligendum enim ex præcedenti capite (neque enim eam distinctionem agnoscit liber fidelissimus) « saluberrimam esse certa experimenta sunt. » Vox, qualis Suet. Ang. LXXVI: « Vescebaturque et ante cœnam, quocumque tempore et loco stomachus desiderasset. Ex hac inobservantia nonnunquam vel ante initium, vel post dimissum convivium solus cœnabat, quum pleno convivio nihil tangeret. » Sed Suetonius loquitur de permissa sibi ab illo principe licentia tantummodo, quod ad tempus cibi sumendi, et ventrem ei fuisse salarium, ut parasitus apud Plautum, et de Persis Ammianus jocantur. Nimis enim laxè interpretantur indifferentem circa rationem victus animum, contrarium morositati certis legibus adstrictæ. Plinii mentem recte cepit et Hermolaus Barbarus. ΓΡΟΧ. — *Sicut.* Sic totius corporis valetudinem promitti non observantibus varietatem victus, certum experimentum est. Apparet divulsa præpostere hactenus hæc fuisse a superioribus, ut inde novi capitis initium sumeretur. Habet etiam hanc legem Celsus, II, 1: « Sanus homo, qui et hene valet, et suæ spontis est, nullis obligare se legibus debet... Hunc oportet varium habere vitæ genus, modo ruri esse, modo in urbe, sæpiusque in agro... Modo

tudini in varietatem victus inobservatam. Hippocrates²³ 4 tradit non prandentium exta celerius senescere²⁴. Verum²⁵ id remediis cecinit, non epulis : quippe multo utilissima est temperantia in cibis. L. Lucullus²⁶ hanc de se præfecturam servo dederat : ultimoque²⁷ probro

ungi, modo id ipsum negligere : nullum cibi genus fugere, quo populus utatur: interdum in convivio esse, interdum ab eo se retrahere : modo plus justo, modo non amplius assumere, etc. » Sunt sane plerumque valetudinarii qui certo ciborum genere quasi ad mensuram vescuntur. HÆRD.

23. Hippocrates. Vide Galen. in lib. Hippocr. de Rat. Vict. in Morb. acutis, Comm. 2, t. XI, p. 50, seqq.

24. *Extâ celerius senescere.* Dolore præcordia torqueri, veluti suspensis visceribus. DALÆC.

25. *Verum.* Non hæc præcipit Hippocrates, inquit, ad crapulam, vel ut helluari adhortetur, sed ad remedia: ut ab illa scilicet exactiore, ne scrupuliosiore, victus norma recedatur, quæ cibos observat. H.

26. *L. Lucullus hanc de se præfecturam servo dederat.* In antiquo codice: *A. Lucius* legitur, non *L. Lucullus*, et *mensæ* forte aptius legeretur, quam *de se*. Porro non dissimulabo, ut alias consuevi, videri mihi hæc verba, et quæ sequuntur usque in finem capituli, falso Plinio attribui: scripta forte in margine libri, et in contextum a librario per ignorantiam inserta: neque enim ad præsentem materiam faciunt. ΠΙΝΤ. — Vid. not. 27. Hic satis, si annotarinus de Lucullo minime dubitandum, tum quod iste in conviviis magnificus fuerit

nec sobrius, tum quod nullus inter triumphales viros narratur *A. Lucius. A.*

27. *Ultimoque probro manus in cibis triumphali seni deducebatur.* In eod. « Ultimoque probrum manus in cibis. Triumphali sede utebatur; et mox paulo, *pudenda res*, non *pudenda re.* ΠΙΝΤ. — *Ultimoque probro manus in cibis triumphali seni deducebatur.* Hoc a Gelenio, quum esset, « majus in cibis triumphalibus sedenti dicebatur », aut « in cibis triumphalibus », quod ex Hermolao, ni fallor, admissum est. Pintiani liber, « ultimoque probrum manus in cibis triumphali sede utebatur. » Sensus procul dubio deprehendit Gelenius. Sed Vossianus præcipit: « ultimoque probro manus cibis triumphali seni dejiciebatur. » Est ibi quidem etiam *probrum et dejiciebatur*: verum hic Hermolao digitus ad ista. Idem Chiffletiana membrana significat. Idem Voss. duo alii Acad. et Gud. qui, « ultimoque probro manus in cibis triumphalis enim dejiciebatur. » *Pudenda re*, omnes: male Pintianus *res*, immemor illius de quo supra, 22, 7, *magno solatio*, et moris Plinio frequentissimi. Pejus idem, *hanc mensæ*, pro, *hanc de se*, quod tamen adeo placuit auctori, ut id maluerit, quam *in se*: et merito. Pessime omnem hunc locum falsum suspicatur attribui Plinio, et quam forte

manus in cibus triumphali seni dejiciebatur²⁸, vel in Capitolio epulanti, pudenda²⁹ re, servo³⁰ suo facilius parere, quam sibi.

XV. (VI.) Sternumenta¹ pinna gravedinem emendant:

in margine libri adscriptus esset, a librario per ignorantiam huc insertum, quippe qui ad præsentem materiam nihil faciat. Nescio quo pacto vir præstantissimus iniquior est narratiunculis et fabellis, quibus operis sui severitatem condidit Plinius, tam suavis et delicatis, ut facile Siculas et Sybariticas mensas præ illis spernas. Hanc autem satis tuetur auctor ipse, lib. XXXV, 18, uno vocabulo, quum ait *rectorem L. Luculli*. Sic enim et Voss. Acad. Gudianus, Menagius: nam Andegav. nos destituit cum fine fere libri XXXII. GAOX.

28. *Dejiciebatur*. Retinebatur. Sic MSS. non ut editi auctore Gelenio, *deducebatur*. HARD.

29. *Pudenda*. Sic etiam MSS. editique Pliniani istud moris est, pro *pudenda res*. Sic alibi, *Magno solatio*, similesque formulæ passim obviæ. HARD.

30. *Servo suo facilius parere*. Medico fortassis: nam eo sæculo inter servitia habebantur medici. Heronem Luculli servum domino gratissimum auctor memorat, lib. XXXVI, cap. 18. Nominatur et Callisthenes inter Luculli servos, quem pharmaco herum suum dementasse, animoque alienasse, vulgus suspicabatur. DALEC.

XV. 1. *Sternumenta*, etc. In tabula sic locus hic citatur: «sternumenta capitis gravedinem levant. » Unde apparet hic pro voce

pinna, legendum, *capitis*. Alii legunt *capitis et narium*. Nam κόρυζα, quam Latini *gravedinem* vocant, fluxio est a capite in nares, ut βράγχος in fauces, κατάρρεος in pulmonem. DALEC. — *Sternumenta*. Sternumentum pinnæ motu excitatum gravedinem capitis sanat, excusso vel sic humore qui destillat e capite. Hanc vocem *pinna*, quam libri omnes etiam MSS. exhibent, concoquere Dalecampius non potuit: maluit itaque, *sternumenta capitis gravedinem* legere. Alii, ipso-tem ita prodente, *capitis et narium*: utrique contra exemplarium fidem, sententiamque scriptoris, cui lucem affert Philosophi locus, c. s. 35, probl. 8, pag. 834: Διὰ τί πτερῶ τὰς ῥίνας κινίσαντες πτάρνυνται... Ὡσαύτως καὶ ἐπὶ πταρμῶ τῶ πτερῶ διαθερμάναντες, διελύσασιν εἰς πνεῦμα πλείονος δὲ γινόμενου ἐξέωσαν. «Cur naribus penna tentatis sternumentum movetur... Sternumenti quoque ratio eadem est: quum enim penna movemus ac tepefacimus nares, humor in spiritum solvitur, quem mox redundantem expellimus.» Et alter Hipp. de Morb. Mul. II, text. 18, p. 547: Ἐς δὲ τὰς ῥίνας... πτερὸν δεξιῆ βάψαι, καὶ καθῆραι· διαλεῖψαι δὲ τὰς ῥίνας· ἢ τοῦ πταρμικοῦ προσθεῖναι, etc. «Si nares vero... aut pennam aceto tingito, et immittito, naresque illinito: aut sternutatorium apponito.» HARD.

et si quis mulæ nares², ut tradunt, osculo attingat, sternumenta³ et singultum. Ob hoc Varro suadet⁴ palmam alterna manu scalpere. Plerisque⁵ annulum e sinistra in longissimum dexteræ digitum transferre, aut in aquam ferventem manus immergere. Theophrastus⁶ senes laboriosius sternuere dicit.

2. *Et si quis muris nares*, etc. *Lege*: « Et si quis muli nares, ut tradunt, etc. » Vide Reines. Var. lect. lib. III, cap. 15, pag. 585 et 586. — *Et*. Et hoc, inquit, emendat gravedinem. Libri vulgati, *si quis muris nares*, ita refingente barbaro Barbaro. Nam in Parmensi, *Si quis mucro nares*. In Reg. 1, *Si que mutare nares*. In Reg. 2, *Si quis mutare nares*. In Ch. *Si quis mutare nares*. Ut *mulæ* scriberemus, fecit imprimis auctoritas clarorum viro- rum, præter vestigia sinceræ scripturæ, quæ sunt haud obscura: auctor libri qui Kirani falso inscribitur, II, pag. 79: « Si quis habet frigidum catarrhum, et osculatus fuerit nares burdonis, sanatur, etiamsi coryzam habet. » Ad foetorem narium idem commendat Marc. Emp. 10, pag. 86: « Cui nares foetebunt, inquit, remediabitur, si uares muli osculetur: similiter proderit mulieri, si nares mulæ basiaverit. » Quibus e testimoniis intelliges obiter mulum quoque burdonem vocari quamquam alii de asino accipi volunt: qua de re Du-Cangii glossarium consule. H.

3. *Sternumenta*. Subintellige, emendat, ex antecedentibus, Arist. c. 33, probl. 5, p. 829, et probl. 17, pag. 831: Διὰ τί τοὺς λυγμοὺς οἱ παρμῶν παύουσιν: nempe Hippocratem sequitur, cujus est hic

Aph. 13, c. 6: Ἰπὸ λυγμοῦ ἔχομένου παρμῶν ἐπιγενόμενοι, λύουσι τὸν λυγμὸν. « A singultu cohibito quæ sternumenta fiunt, solvunt singultum. » Celsus quoque cujus hoc effatum, I, 8, cui lemma: « Quæ notæ in quoquo morbi genere, etc. » *Singultus*, inquit, *sternutamento* finitur. Ubi et illud animadversione dignum, quod adjicit: « In pulmonis morbo periculosum etiam, quod alias salutare habetur, sternutamentum esse. » Et Marc. Emp. cap. 17, p. 126: « Singultus compecit sternutamentum in tempore excitatum. » HARD.

4. *Ob hoc Varro suadet palmam*. Ut singultus sedetur, vel sternutatio. De singultu intelligendum puto. DALEC. — *Ob*. Vel ut Ch. et Reg. 2, *ad hoc*, unde sensus omnine idem.

5. *Plerisque*. Nempe ad comprimendos singultus. Marc. Emp. l. c. « In aquam calidam, inquit, manus missæ, diuque illic retentæ, singultus crebriores inhibere dicuntur. Annulus in sinistra manu in medio digito positus, vel ibidem translatus, singultus statim compecit. » HARD.

6. *Theophrastus*. Forte in eo opere quod inscripsit, προελημάτων συναγωγῆν, *collectionem problematum*, cujus meminit Laert. V. Sic enim Arist. c. 33, probl. 12, pag. 830,

- 1 XVI. Venerem damnavit Democritus¹, ut in qua homo alius exsiliret ex homine². Est³ hercule raritas ejus utilior. Athletæ tamen torpentes restituuntur Venere; vox revocatur quum e candida declinat in fuscam. Medetur⁴ et lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis ac melancholicis.
- 1 XVII. Assidere gravidis, vel quum remedium alicui adhibeatur, digitis pectinatim inter se implexis, veneficium est : idque compertum tradunt Alcmena Herculem pariente. Pejus, si circa unum ambove genua. Item poplites alternis genibus imponi. Ideo hæc in conciliis ducum potestatumve fieri vetuere majores, velut omnem actum impediencia. Vetuere et sacris, votisve, simili modo
2 interesse. Capita¹ autem aperiri adspectu magistratum, non venerationis causa jussere², sed (ut Varro auctor est)

ipsam istud proponit : Διὰ τί προσβύται χαλιπῶς πτάρνυνται. « Cur senes laboriosius sternunt? » H.

XVI. 1. *Venerem damnavit Democritus*. Huc pertinet quod ait Pythagoras, Venere tunc esse utendum, quum reipsa fieri vis infirmior, et quod Celsus ait, raram concubitus corpus excitare, frequentem solvere. De raro concubitu *ισάζουσι, και άκμάζουσι*, inquit Aristot. III Ethicor. ad Nicomach. Homer. vero ult. Iliad. Τέκνον έμὸν, τέο μέχρις οδυρόμενος και άχειύων Σήν έδειαι κραδίην, μεμνήμενος ούδέ τι σίτου, Ούτ' εύνης· άγαθόν δι γυναικι περ έν ρωότητι Μίσγισθ'. Vide Galen. cap. 16, artis *παρυσ*. Plutarch. de Sanit. tuend. DALEC.

2. *Homo alius exsiliret ex homine*. Fureret et insaniret libidine percitus, extra se esset. DALEC.

3. *Est. Cels. II, 1* : « Concubitus

vero neque nimis pertimescendus est. Rarus, corpus excitat : frequens, solvit, etc. » HARD.

4. *Medetur*. Renum dolori prodesse auctor est Avicenna, lib. III, Fen. 20, tr. 1, c. 10, p. 889. Melancholiæ item, caliginis oculorum, vertigini, gravitati capitis, etc. H.

XVII. 1. *Capita autem aperiri adspectu magistratum*. Vide Plutarchum in Quæst. Roman. pag. 266. Cur honos exhibeatur Diis aperto capite, hominibus aperto. HARD.

2. *Non venerationis causa jussere*. Contra sententiam auctoris, Rod. III, cap. 23, honoris causa id fieri contendit. At instituti veteris fuit, ut qui Diis sacrum faceret, excepto Hercule ac Saturno, caput is operiret. Virg. *Æn. III, 404* : « Et positus aris jam vota in littore solves, Purpureo velare comas adopertus ami-

valetudinis, quoniam firmiora³ consuetudine ea fierent. Quum quid oculo inciderit, alterum comprimi prodest. Quum⁴ aqua dextræ auriculæ, sinistro pede exsultare, capite in dextrum humerum devexo; invicem e diversa aure. Si tussim concitet saliva, in fronte ab alio⁵ afflari. Si jacet uva, a vertice morsu alterius suspendi. In⁶ cervicis dolore poplites fricare, aut cervicem in poplitum. Pedes in humo deponi, si nervi in his cruribusve tendantur in lectulo. Aut si in læva parte id accadat, sinistræ plantæ pollicem dextra manu apprehendi. Item e diverso. Extremitates corporis vel aurium perstringi⁷ contra horrores corporis, sanguinemve narium immodicum. Lino⁸ vel

ctu. • Plant. in Amph. invocat Deos immortales, ut sibi auxilium ferant, manibus puris, capite operto. Quamobrem Pindari Scholiastes haud vere scripsit, *δίχα τινός ἐν τῇ κεφαλῇ καλύμματος, οὕτω γὰρ ἔθος ἦν εὐχισθαί.* Mos ille et jamnum Judæis servatur, caput inter orandum ephod suo tegentibus. Brod. V, cap. 8. Alex. ab Alex. II, 19, qui et ejusdem lib. cap. 22, tradit Opi et Honori capite relecto sacrum fieri solitum, Æneamque operiendi capitis morem invexisse dum sacris operaretur. DALEC.

3. *Quoniam firmiora*, etc. Ægyptiis, qui capite nudo vitam agunt, eam corporis partem firmissimam esse Veteres prodiderunt, Herodotus præcipue: Persis vero qui perpetuo mitra contegunt, tam invalidum, ut vel ictu leni offendatur. Hannibal, Dius Julius, Masinissa Numidarum rex, Hadrianus Severus, aperiendi longa consuetudine tantum firmitatis adepti sunt, ut sive sol esset, sive imber, sive

frigidum tempestuosumque cælum, etiam hieme sæva et nivosa, aperto capite prodirent iterque facerent, obdurato contra omnem aeris injuriam et inclementiam capite. Alex. ab Alex. II, cap. 19. DALEC.

4. *Quum*. Plin. Val. I, 9: • Si aqua intraverit in auriculam dextram, sinistro pede desultare oportet, capite in dextrum humerum inclinato: si sinistram, e diverso. • HARD.

5. *Si tussim concitet, salivam in fronte ab alio afflari*. Vetus codex: • Si tussim concitet, saliva, frontem ab alio afflari. • PINT.

6. *In*. Vide quæ diximus supra cap. 7. HARD.

7. *Extremitates corporis vel aurium perstringi*. Addit nostrum exemplar verbum • velleribus: Extremitates corporis vel aurium velleribus perstringi •, et paulo post, *figere*, non *defigere*. PINT.—*Extremitates*. Vide quæ dicturi sumus lib. sq. c. 9. H.

8. *Lino*. Marc. Emp. 10, p. 86: • Linum vel papyrus ligata sum-

quæ referre fas sit, impubium puerorum contra salivas aspidum, quas³ ptyadas vocant, quoniam venena in oculos hominum exspuant: contra⁴ oculorum albugines, obscuritates, cicatrices, argema, palpebras, et cum ervi farina contra adustiones, contra⁵ aurium pura, vermiculosque⁶, si decoquatur ad dimidias partes cum porro

tatis beneficia. Mallem scribere, *veneficia.* Pintianus, *Spadonum quoque.* Spadones in universum vocant infœcundos natura, qui coeunt, non gignunt: castratos, quibus exacta est virilitas, quales fuere Galli Cybeles: τὸς ἐκτομίας τὸς θλάσις καὶ θλίβις, quibus attriti, collisive sunt testes, atque adeo, ut quidam censent, jam τὸς ὑποσπαδαίους. Præcisos Gallos fanaticos proprio nomine Veteres appellarunt. DAL.—*Ad fecunditatis beneficia.* Si in uterum injiciatur, ut de meconio puellulorum traditum est paulo ante. DAL.—*Ad.* Si injiciatur in uterum, sicut meconium puerorum contra sterilitatem subdi admonuit, c. 13. HARD.

3. *Quas.* Πτυὰς *sputatrix*, species aspidis, Paulo Æginetæ etiam memorata, ἀπὸ τοῦ πτύου, ab inspueudo veneno corporibus sic nuncupata. HARD.

4. *Contra.* Marc. Emp. 3, pag. 60; Sext. Platonius, 17, de puero, etc. t. 1, ad oculorum albuginem, et aures purulentas: « Pueri vel virginis investis lotio inunges eos: Extenuat leucomata (sive glaucomata)... et aliquatenus claritatem, et angulorum asperitatem sedat », etc. Habdarrahmanus Ægyptius, interprete Echellensi, cap. 1, n. 13: « Si coquetur urina in vase aliquo æreo cum melle, et

indetur oculis, albuginem... absterget strenue. » H.

5. *Contra adustiones, contra aurium pura.* Contra purulentas aures. Ita libri omnes, sive editi, sive manu exarati. Tamen nescio quo vetusto exemplari legi *pituitam*, non *pura*, Dalecampius admonet; sed frustra ac mendose. Nam Habdarrahmanus Ægyptius, Echellensi interprete, cap. 1, n. 11: « Fluxum puris et sanie ex auribus sistit urina, si calefacta cum malo granatorum corticibus instillatur auribus: nec non vermes qui ibi enasci solent, educit. » Sext. item Platon. 17, de puero, etc. tit. 1: « Pueri vel virginis investis lotii, inquit, ... infunduntur facies etiam auriculis quæ pus habent, etc. » Marc. Emp. c. 9, p. 75: « Pueri investis urina recens auriculæ dolenti et ulcerosæ instillata, omni humore siccato, et dolorem tollit, et ulcera mira celeritate persanat. » Et p. 81: « Pueri impubis mingentis lotium exceptum et recens, ac tepidum, auriculæ suppuratæ instillatum, humore exsiccato dolorem tollit, etc. » Diosc. II, 99, de urina veteri: ἐγκλυζόμενον δι' ὅτα πρὸς ῥοοῦντα ριγγῶϊ, « purulentis auribus infusa, pus earum supprimit. » H.

6. *Vermiculosque.* In malicorio decoctam urinam, mox infusam in aurem, vermiculos abigere scribit

capitato novo fictili. Vaporatio quoque ea menses feminarum ciet. Salpe fovet illa oculos firmitatis causa : illinit a sole usta, cum ovi albumine, efficacius struthiocameli, binis horis. Hac et atramenti lituræ abluuntur⁷. Virilis podagris medetur, argumento fullonum⁸, quos ideo tentari eo morbo negant. Veteri miscetur cinis ostreorum, adversus eruptiones in corpore infantium, et omnia ulcera manantia. Ea⁹ exesis, ambustis, sedis vitiis, rhagadiis et scorpionum ictibus illinitur. Obstetricum¹⁰ nobilitas nor. ³ alio succo efficacius curari pronuntiavit corporum pruritus : nitro¹¹ addito, ulcera capitum, porrigines, nomas, præcipue genitalium. Sua cuique autem (quod fas sit dixisse¹²) maxime prodest, confestim¹³ per se,

Diosc. II, 99 : Ἐκβάλλει δὲ καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς (ὄσσι) σκώληκας, ἐψόμενον ἐν σιδίῳ ῥόας. Et Habdarrhmanus Ægyptius, laudandus a nobis inferius. HARD.

7. *Hac et atr. lituræ abluuntur.* Forte verum, ob urinæ elementa non pauca acidæ naturæ (ac. phosphor. uric. etc.) Sed fiebat apud Veteres atramentum e sepis humore. Pers. Sat. III, 13 : « Nigra quod infusa vanescat sepia lymphæ. » AR.

8. *Argumento fullonum.* Fulloniam urinam propterea Plinius alibi vocat. Plautus vero in Asinaria fulonicam. « Mirum, inquit, nisi fulonicam bibere sit solitus. » DAL.

9. *Ea.* Diosc. loc. cit. HARD.

10. *Obstetricum.* Nobiles obstetrices. De hac formula diximus, XXII, 69. HARD.

11. *Nitro.* Nitrum addi anteriori medicinæ, hoc est, sanandis corporum pruribus, observata hactenus in libris vulgatis interpunctio admonet : nos posteriori adsignavimus, admonitu Marc. Emp. 4,

pag. 41 : « Puerile lotium, inquit, nitro admixtum, ulcera quæ erumpunt, loto capite mire delinunt : expertum remedium. » Sexti quoque Platonici, cap. 17, de puero, etc. tit. ad capitis et corporis exulcerationes, et surfures. « Hominis lotium admixto nitro impositum, omnia vitia suprascripta sanat et emendat. » Et tit. 7 : *Ad callum in veretro*, etc. Habdarrhmani denique, Ægyptii medici, interprete Ecchellensi, c. 1, pag. 3 : « Urina cujuscumque hominis, nitro admixto, si canis morsui, aut scabiei, quæ in ulcera versa est, vel impetigini infundatur, eas absterget, et curat. Urina inveterata, et contrita validius absterget humida ulcera capitis, et porriginem, ac scabiem, quam recens : nec non maligna ulcera, ne ulterius serpant per corpus, impedit. » HARD.

12. *Quod fas si dixisse.* Melius nostrum exemplar, quod *pax sit dixisse.* PINT.

13. *Confestim perfusa canis morsu.*

canis¹⁴ morsui, echinorumque spinis¹⁵ inhærentibus, et in spongia lanisve imposita: aut adversus canis rabidi morsus, cinere ex ea¹⁶ subacto; contraque¹⁷ serpentium ictus. Nam contra scolopendras mirum proditur; vertice tacto urinæ suæ gutta, liberari protinus læsos.

XIX. Auguria valetudinis ex ea¹ traduntur. Si² mane candida, dein rufa sit; illo modo concoquere, hoc concoxisse significatur. Mala³ signa rubræ, pessima⁴ nigræ:

Voss. « confestim per se canis morsu. » Vel, inquit, per se sine alio adjumento imposita vel in spongia lanisve morsui, si malis. Sic cap. 7: « Cinerem per se rosaceo mixtum. » Cap. 9: « Et per se axungiam. » Sic sæpe alibi. GAOX. — *Confestim.* Hoc est, sola ac separatim, sine ullo alio adjumento, et in spongia deinde etiam imposita. Ita Reg. 2 cod. At Reg. 1, ut editi hactenus libri, *confestim perfuso.* HARD.

14. *Canis.* Theod. Prisc. I, 19: « Si canis morsu quis fuerit vulneratus, ejusdem vulnerati lotio vulnus fomentandum est. » HARD.

15. *Echinorumque spinis.* Terrestrialium, marinorum, castaneorum. Ego *terrestrialium* intelligo. DALZC. — *Echinorumque.* Explicatius ista Marc. Emp. cap. 34, p. 233: « Spongia, inquit, vel lana lotio madefacta, appositaque, sine dolore quæ corpori inhæserint, eximit... Si echini aculei pedibus inhæserint, aut alicui corporis parti, in lotio humano calenti pedem diu detine; et facile excutientur. » HARD.

16. *Ex ea.* Cinere « ex sua cuiusque hominis a cane demorsi » urina subacto. HARD.

17. *Contraque.* Plin. Val. III, c. ult. Q. Seren. cap. 47, pag. 155,

ex Varrone: « Si vero horrendum vulnus fera fecerit aspis, Urinam credunt propriam conducere potu. Varronis fuit ista senis septentia. » Habdarrahmanus Ægyptius, interprete Echellensi, cap. 1, n. 7: « Urina hominis recens epota strenue curat a viperarum moribus, scorpionis marini ac similibus animalium. » HARD.

XIX. 1. *Auguria... ex ea traduntur.* Diagnosticen sane illius inspectio sæpe adjuvat, nec ullus diffitetur. AZ.

2. *Si mane.* A Corn. Celso hæc pariter traduntur, I, 2, pag. 3: « Scire autem licet integrum corpus esse, quum quotidie mane urina alba, dein rufa est: illud, concoquere: hoc concoxisse significat. » Vide eundem Celsum de malæ urinæ indiciis, II, 5. HARD.

3. *Mala.* Mala signa bullas emittentis, mala et crassæ. Hipp. IV, sph. 71. E Latinis Celsus, II, 4: « Mala urina est, in qua subsidunt vel rubra, aut livida: deterior, in qua quasi fila quædam tenuia, atque alba: pessima ex iis, si tamquam ex furfuribus factas nubeculas repræsentat. Diluta quoque, atque alba vitiosa est, sed in phreneticis maxime. » HARD.

4. *Pessima.* Hipp. de victu in

mala⁵ bullantis, et crassæ : in qua quod subsidit, si album est, significat⁶ circa articulos aut viscera dolorem immi-
nere. Eadem viridis, morbum viscerum : pallida, bilis⁷ :
rubens, sanguinis. Mala,⁸ et in qua veluti furfures,⁹ atque a

morb. acutis text. 46, p. 306. H.

5. *Mala*. Hipp. VII, aph. 34, pag. 408, tom. IX Opp. Galeni : *ἀλώσοισι δὲ ἐν τοῖσιν οὖρσι ἐφίστανται περιφύλαγες, νεφριτικὰ σημαίνουσιν, καὶ μακρὴν ἀφῆρσιαν ἴσασθαι.* « Quibus in urinis bullæ superstant, iis nephritin atque longum morbum fore significant. » Bullare, est, bullas facere, hoc est, tumorem illum exrescentem, qui spiritu in aqua vel in urina excitatur. Celsus, II, 7, *Si urina bullat*. HARR.

6. *Significat*. Abscessu circa articulos liberare urinam ejusmodi auctores clari testantur : Theophilus, lib. de urinis, Opp. Galeni, tom. VIII, cap. 6, pag. 364 : *Οὖρον παχὺ καὶ πολλὸν λευκὸν ἰδὸν, ῥύεται ἀποκρίσιος ἐπ' ἀρθρα γεγυμνίας τῶς προπεπληκασίν...* « Urina crassa, et multa, et alba profusa, liberat abscessu in articulo facto, in iis qui antea eo morbo laborarunt. » Hipp. clarius, IV, aph. 74, t. IX, p. 184 : *ἀλώσοισιν ἰπτις ἐς τὰ ἀρθρα ἐφίστανται, ῥύεται τῆς ἀποκρίσιος οὖρον, πολλὸν καὶ παχὺ, καὶ λευκὸν γινόμενον, etc.* At Cels. II, 7 : « Urina autem crassa, ex qua quod desidet album est, significat circa articulos, aut circa viscera dolorem, metumque morbi esse. Eadem viridis, aut viscerum dolorem tumoremque cum aliquo periculo tubesse, aut certe corpus integrum non esse testatur, etc. » Risum vel Heraclito moveat Dalecampius medicus, qui morbum

viscerum hoc loco icterum interpretetur. HARR.

7. *Bilis*. Morbum nempe, ut et mox *sanguinis*. AL.

8. *Mala*. Auctor libri de urinis, tom. VIII Opp. Galeni, cap. 1, pag. 352 : *Τούτων δ' ἐστὶ κακίους αἱ πιτωρώδεις.* Idem habet et Hipp. in Progn. text. 28, p. 633, rursumque IV, aph. 71. Et Cels. II, 5, inter signa longi morbi, hæc affert : « Si levia atque alba, rubrave sunt, quæ in ea subidunt : aut si quasdam quasi maculas repræsentat, aut si bullulas excitat. » Et c. 6 : « Urina vero rubra et tenuis in magna cruditate esse consuevit : et sæpe antequam spatio maturescat, hominem rapit. Itaque si talis diutius permanet, periculum mortis ostendit. Pessima tamen est, præcipueque mortifera, nigra, crassa, mali odoris, etc. » HARR.

9. *Atque nubeculæ apparent*. Aphor. lib. IV, 77. Pro *nubeculæ*, legendum censeo *squamulæ*, ut et aphor. 81, lib. IV, nisi quis legendum malit, furfures, stræque nubeculæ. DALEO. — *Atque*. Atræ videlicet nebulae, *νεφελαι δὲ μάλαι, φαύλαι*. Auctor proxime laudatus de urin. loc. cit. Hippocr. de victu in morbis ac. text. 44, pag. 304, τὰ οὖρα νεφελουδέα, *urinam nebulosam* vocat. Et nebulae appellat Theod. Prisc. II, 1. *Nubeculæ*, Cels. II, 4. Ut inanis ac futilis conjectura Dalecampii liquido in-

nubeculæ apparent. Diluta¹⁰ quoque alba vitiosa est: mortifera¹¹ vero crassa, gravi odore: et in pueris tenuis ac diluta. Magi¹² vetant ejus causa contra¹³ solem lunamque nudari, aut umbram cujusquam ab ipsa respergi. Hesiodus juxta¹⁴ obstantia reddi suadet, ne Deum aliquem nudatio offendat. Osthanes contra mala medicamenta omnia promisit auxiliari, matutinis horis suam cuique instillatam in pedem.

XX. (VII.) Quæ ex mulierum corporibus traduntur, ad portentorum miracula accedunt, ut sileamus divisos membratim in scelera abortus¹, mensium piacula, quæque alia non obstetrices modo, verum etiam ipsæ meretrices prodidere. Capilli² si crementur, odore serpentes fugari. Eo-

telligatur, qui *squamulæ*, pro *nubeculæ* reponere nititur. HARD.

10. *Diluta.* Λειπται δὲ καὶ λευκαὶ κάρτα φαῦλαι. « Tenuis et alba, admodum mala. » Auctor libri de urinis, loco citato. At Cels. II, 6: « Pessima tamen urina est, præcipueque mortifera, nigra, crassa, mali odoris: atque in viris quidem et mulieribus, talis deterrima est: in pueris vero, quæ tenuis et diluta est. » HARD.

11. *Mortifera.* Auctor libri de urinis, loc. cit. Θανατωδέστερα δὲ τῶν οὐρῶν τὰ τε δυσώδη, καὶ ὑδατώδη, καὶ μέλαινα, καὶ παχία· τοῖσι μὲν ἀνδράσι, καὶ τῆσι γυναῖξι τὰ μέλαινα τῶν οὐρῶν κάκιον· τοῖσι δ' αὖ παιδίοισι τὰ ὑδατώδη. Vide et Theophr. de urinis, cap. 7, pag. 366, et Hipp. in Progn. text. 32, pag. 634, seq. utrumque Opp. Galeni, tom. VIII. HARD.

12. *Magi.* Est in Pythagoricis symbolis, Πρὸς τὸν ἥλιον τετραμμύνειν καὶ ὁμίξειν. Quod quidam ἄλλο-

γορικῶς sic accipiunt, ut sententia sit, contra magnos et honestos viros nihil proterve, nihil irreverenter agendum. HARD.

13. *Contra solem lunamque nudari.* In Symbolis Pythagoricis, πρὸς τὸν ἥλιον τετραμμύνειν καὶ ὁμίξειν. Hesiodus ἐν Ἔργοις: Μῆδ' ἀνὴρ ἡέλειο τετραμμύνειος ὄρθος ὁμίξειν, Ἀδτὰρ ἐπεὶ καὶ δὴ, μεμνημένος ἔς τ' ἀνιόντα. Μῆτ' ἐν ὀδῶ, μήτ' ἐκτὸς ὀδοῦ, προβάδην οὐρήσης, Μῆδ' ἀπογυμνωθεὶς μακάρων τοὶ νόκτες ἔασσιν. Ἐξέμενος δ' ὄγα θεῖος ἀνὴρ πεπνυμένος εἰδώς, ἦ ἔγε πρὸς τοῖχον πλάσας εὐερέος αὐλής. DALEC.

14. *Juxta.* Juxta parietem oppositum. HARD.

XX. 1. *Abortus.* Abortivos fetus. HARD.

2. *Capilli.* Simile illud est, quod Habbarrahmanus Ægyptius refert, c. 1, n. 1: « Satam terram vermibus obnoxiam si mulieris suffumigabis capillis, statim Deo permitte inde fugantur. » HARD.

dem³ odore vulvæ morbo strangulatas respirare. Cinere eo quidem⁴, si in testa sint cremati, vel cum spuma argenti, scabritias oculorum ac prurigines emendari : item verrucas, et infantium ulcera cum melle. Capitis quoque vulnera, et omnium ulcerum sinus, addito melle ac thure. Panos, podagras, cum adipe suillo, sacrum ignem, sanguinemque⁵ sisti illito, et fornicationes corporum⁶.

XXI. De¹ lactis usu convenit, dulcissimum esse mol-
lissimumque, et in longa febre, cœliacisque² utilissimum,
maxime ejus quæ jam infantem³ removerit. Et in⁴ malacia
stomachi, in febribus, rosionibusque⁵ efficacissimum ex-
periuntur. Item mammarum collectionibus cum thure,

3. *Eodem.* Habdarrahmanus Ægyptius, Ecchellensi interprete, I, n. 23 : « Capillis hominis si suffumigabitur mulier, quæ matricis doloribus laborat, sanabitur. » Et lethargicos quoque excitari eo, scribit Plin. Val. III, 9. HARD.

4. *Cinere eo quidem.* Invertendus verborum ordo, cinere quidem eo, ex antiquo codice. PINT.—*Cinere.* Marc. Emp. 8, pag. 60. HARD.

5. *Sanguinemque.* Sic Reg. 2 et Ch. non, ut editi, illico. In Reg. 1, *Illito*, vetusto more. HARD.

6. *Fornicationes corporum.* Vel pruritus instar fornicarum pungentium, vel τὰς μυρμηκίας. DAL.—*Et.* Fornicatio hoc loco pruritus cutis significat, qualem efficerent formicæ pungentes. Sic XXX, 41, *donec formicet cutis.* Alias fornicatio vitium quoque corporis est, quum parva tubercula rotunda et pinguis corpus infestant. Græcis, *Μυρμηκίας*. Claviculum vocat Sext. Platon. ut dicemus, XXX, 22. H.—Gall. nos *fourmillement*, quæ vox fuit necessaria; nam hicce pruritus

nulli par est, sed omnino sui juris.

XXI. 1. *De usu lactis.* Muliebribus scilicet. Diosc. II, 78 : Τὸ δὲ τῆς γυναικὸς γάλα γλυκύτερόν ἐστι καὶ τροφιμώτατον. HARD.

2. *Cœliacisque.* Marc. Emp. VI, 27, pag. 193 : « Cœliaco, ut ei qui ejectionibus vel doloribus acutis alvi variis vexabitur, potenter succurres, si muliebri lac quamplurimum jejuno potui dederis, donec persanetur. » HARD.

3. *Infantem.* Quæ lactenti puero mammam subduxerit. J. Jac. Chiffi. Dædal. II, 5, pag. 36, sic interpretatur : « quæ infantem pepererit, atque in lucem ediderit. » Haud sane recte. HARD.

4. *Et in malacia stomachi.* Sic etiam Reg. 1. Alii *malicia*, male. Mollities est languentis et cuncta fastidientis stomachi. Dioscor. II, 78, *σομάχου ῥθίον* vocat. HARD.

5. *Rosionibusque.* Diosc. I. c. Ὠφέλει δὲ θηλαζόμενον σομάχου δῆξιν. « Mammis exsuctum prodest ad stomachi rosionem. » A bile fit ista stomachi rosio. HARD.

oculo⁶ ab ictu cruore suffuso, et⁷ in dolore, aut epiphoris, si immulgeatur, plurimum prodest; magisque cum melle et narcissi succo, aut thuris polline. Semperque in omni usu efficacius ejus, quæ marem enixa sit; multoque efficacissimum ejus, quæ geminos mares; et si vino ipsa cibisque acrioribus abstineat. Mixto præterea ovorum candido liquore, madidaque lana frontibus impositum, fluxiones oculorum suspendit. Nam si rana⁸ saliva sua oculum asperserit, præcipuum est remedium. Et contra⁹ morsum ejusdem bibitur instillaturque. Eum qui simul matris filiaque lacte inunctus sit, liberari omni oculorum metu in totam vitam affirmant. Aurium quoque vitii medetur, admixto¹⁰ modice oleo; aut si ab ictu doleant, anserino adipe tepefactum. Si odor gravior sit, ut plerumque fit longis vitiiis, diluto melle lana includitur. Et contra morbum regium in¹¹ oculis relictum, instillatur cum elaterio. Peculiariter¹² valet potum contra venena, quæ data sunt e marino lepore, buprestique¹³, et ut Ari-

6. *Oculo.* Diosc. l. c. Μίγιν δὲ λιβανωτῶ λείψ, ἐνσῶζεται τοῖς ἐκ πληγῆς αἰμαχθῆϊσιν ὀφθαλμοῖς. «Thuris admixtum pollini, oculis ab ictu cruore suffusis instillatur.» H.

7. *Et. Oculorum.* HARD.

8. *Nam si rana saliva.* Rana rubeta, cujus est venenata maxime saliva. HARD.

9. *Contra morsum ejusdem bibitur.* Fallitur Plinius: non enim rubeta mordent, sed pestilens virus ejaculantur. DAL.

10. *Admixto oleo.* Vet. *Opio*: et recte, inquit Chiffletius. Idem medicamentum tradit Archigenes apud Galen. I, III, κατὰ τέπους. DAL. — *Admixto.* Sic omnes editi, cum Reg. 1, cod. In Reg. 2: «admixto modice apio.» In Ch. *opio.*

Vulgatæ lectioni favet Marc. Emp. 9, p. 82: «Purulentæ, inquit, et obtusæ auriculæ, et dolore tollas, et auditum confirmatissimum reddes, si prius eluas cum lasere, cum recenti caprino, aut mulieris lacte permixto, deinde instilles tepidum fel caprinum, cum oleo cedrino, æquis portionibus mixto.» Chiffletianæ, Archigenes apud Galen. κατὰ τόπ. III, 1, pag. 397: Τὰ ὑπ' Ἀρχιγένους γυγραμμένα φάρμακα πρὸς ὧτων ἐλγήματα. . . Μνησκονίου δλίγον σὺν γάλακτι γυναικίῳ. HARD.

11. *In.* Qui oculos adhuc felle colore suffundat. HARD.

12. *Peculiariter.* Diosc. l. c. ἄρμύζει δὲ καὶ πρὸς λαγωῦ θαλασσίῳ πύσιν. H.

13. *Buprestique.* Scribon. Largus

stoteles tradit, dorycnion : et contra insaniam, quæ facta³ sit hyoscyami potu. Podagris¹⁴ quoque jubent illini cum cicuta. Alii¹⁵ cum œsypo et adipe anserino : qualiter etiam vulvarum doloribus imponitur. Alvum etiam sistit potum, ut¹⁶ Rabirius scribit, et menses ciet. Ejus¹⁷ vero quæ feminam enixa sit, ad vitia¹⁸ tantum in facie sananda prævalet. Pulmonum¹⁹ quoque incommoda lacte mulieris sanantur : cui si admisceatur impubis pueri urina, vel mel Atticum, omnia singulorum cochlearium mensura, murmura quoque aurium ejici invenio. Ejus quæ marem peperit lacte gustato, canes rabiosos fieri negant.

XXII. Mulieris¹ quoque salivam jejunæ potentem di-
judicant oculis cruentatis. Et si² contra epiphoras, fer-
ventes anguli oculorum subinde madefiant : efficacius, si
cibo vinoque se pridie ea abstinerit. Invenio et fascia
mulieris alligato capite³, dolores minui.

XXIII. Post hæc nullus est modus. Jam primum abigi

Comp. 190, ad buprestim. HARD.

14. *Podagris*. Diosc. l. c. cum cerato et opio, *ὄν μὲν κωνίω καὶ κροτῆ καταχρύμανον*. HARD.

15. *Alii*. Vide XXX, 23. H.

16. *Ut*. Est fortassis C. Rabirius poeta epicus, cujus Quintilianus meminit X, et Ovid. de Ponto, IV, et 16, v. 5 : « Quam foret et Marsus, magnique Rabirius oris. » Seneca de Benef. VI, 3 : « Egregie mihi videtur M. Antonius apud Rabirium poetam, etc. » Medicusne idem ac vates ipse, an de rebus medicis in ea re hospes, carmen ediderit, obscurum est. HARD.

17. *Ejus*. In ratione victus lac ejuscemodi laudat Galeus, de remed. facile parab. tom. X, lib. II, pag. 659. HARD.

18. *Ad vitia*. Lentigines, macu-

las a sole contractas, ruborem, et cætera id genus.

19. *Pulmonum*. Ad pulmonis ulcera, et ad tabem commendat Galen. lib. de bonit. et vitiis succor. t. VI, c. 4, pag. 426. HARD.

XXII. 1. *Mulieris*. Marc. Emp. c. 8, p. 69. HARD.

2. *Et si contra epiphoras*. Marc. Emp. c. 8, pag. 57 : « Si mulieris saliva, quæ pueros, non puellas ediderit, et abstinerit se pridie vino et cibus acrioribus, et in primis si pura et nitida erit, angulos oculorum tetigeris, omnem acritudinem lippitudinis lenies, humoremque siccabis. » HARD.

3. *Et fascia mulieris alligato capite, dolores minui*. Mirum, quum doloribus capitis maxime sint obnoxia mulieres. DAT.

grandines turbinesque contra¹ fulgura, ipsa² in mense connudata, sic averti violentiam cæli : in navigando quidem tempestates etiam sine menstruis. Ex ipsis vero mensibus, monstrificis alias, uti³ suo loco indicavimus, dira et infanda vaticinantur : e quibus dixisse non pudeat, si in defectu lunæ solisve congruat vis⁴ illa, irremediabilem fieri : non segnus et in silente luna; coitusque tum maribus⁵ exitiales esse atque pestiferos. Purpuram quoque ab his eo tempore pollui : tanto⁶ vim esse majorem. Quocumque⁷ autem alio menstruo, si nudatæ segetem ambient, erucas, ac vermiculos, scarabæosque, ac noxia alia decidere. Metrodorū Scepſius in Cappadocia inventum prodit, ob multitudinem cantharidum. Ire ergo per media arva, relectis super clunes vestibus. Alibi servatur, ut nudis pedibus eant, capillo cinctuque dissoluto. Cavendum ne id oriente sole faciant : sementem enim arescere. Item novellas vites ejus tactu in perpetuum lædi⁸ : rutam

XXIII. 1. *Contra.* Assutus purpuræ pannus hæ voces videntur : atque ex ora libri in contextum irrepſisse. HARD.

2. *Ipsa.* Quum est in menstruis mulier. HARD.

3. *Uti.* L. VII, 13. HARD.

4. *Vis illa.* Menstrua purgatio, et interim mulier concipiat, comitalem morbum insanabilem fieri, quem ideo lunaticum vocant. DAL.

5. *Coitusque tum maribus,* etc. Aliquando viri ob eam causam elephantici fiunt. DAL.

6. *Tanto.* Tanto plus virium menstruis tempestas ea adjicit. H.

7. *Quocumque.* Pallad. I, tit. 35, pag. 28 : « Aliqui mulierem menstruatam nusquam cinctam, solutis capillis, nudis pedibus, contra erucas, et cætera, hortum faciunt cir-

cumire. » Columella de cultu hortor. X, ubi de animalibus pollendis, quæ carpunt segetes : « At si nulla valet medicina repellere pestem, Dardaniæ veniunt artes, nudataque plantas Femina, quæ justis tum demum operata juventæ Legibus, obsceno manat pudibunda cruore. Sed resoluta sinus, resoluta mœsta capillo, Ter circum areolas, et septem ducitur horti. Quæ quum lustravit gradiens, mirabile visu, Non aliter quam decussa pluit arbore nimbus, Volvitur ad terram distorto corpore campe, etc. » Hoc ipsum repetit idem extremo, c. 3, l. XI, p. 405, ex Democriti libro, qui inscribatur, περι ἀντιπαθῶν. Sic et Ælian. H. A. VI, 36, de erucis. HARD.

8. *Item novellas vites tactu in per-*

res⁹ medicatissimas, illico mori. Multa dixi-
ac violentia¹⁰. Sed præter illa certum est, apes
ariis fugere: lina, quum coquantur, nigrescere:
cultris tonsorum hebetescere¹¹: æs contactum
us odoris accipere et æruginem, magis si de-
luna id accidat: equas, si sint gravidæ, tactas
pati. Quin et aspectu omnino, quamvis procul
purgatio illa post virginitatem prima sit, aut¹²

Verbum *vites desideraro* codice, et *novella*
ur, non *novellas*. PINT.
S. Reg. 2, et alii, *item*
um. HARD.

Res ad medicos usus
HARD.

1 diximus de hac violen-
gend. « Multa diximus
entia: sed præter illa
apes tactis alveariis fu-
cum quibus cudantur,
nigrescere. » SALMAS.
lagna, inquit, et nume-
r ea, quæ hactenus re-
oc capite: sed præter
ARD.

que quum coquantur nigre-
in cultris tonsorum hebe-
7. C. « Luna quum co-
grescere, aciem in cul-
m hebetari: » quod et
infra, « Bythus Dyr-
tebetata aspectu spe-
et paulo post, *contactu,*
um. PINT. — *Lina.* Sic
2, et alii. Si nempe
ere, quod menstrua ea
Delibata ex his jam
na, VII, etc. HARD.

Pint. scribendum putat:
ginitate sponte absum-
. Menap. Acad. carent

78 spontanea. Vossianus: « virgine
ætatis sponte. » Quod sincerum
puto: « si purgatio illa post virgi-
nitatem prima sit aut in virgine
ætatis sponte. » Mutatum ab illis,
qui nesciebant, quod esset *78 sponte*:
quod interdum ponunt Latini pro
eo, quod alias dicunt « opera stu-
dio, beneficio, culpa, facto. » Tac-
itus Annal. VI, « nomine tantum
et auctore opus, ut sponte Cæsaris,
ut genus Arsacis, ripam apud Eu-
phratis cerneretur. » Lib. XII An-
nal. « Transfertur regimen cohorti-
um ad Burrhum Afranium, egre-
giæ militaris famæ, gnarum tamen,
cujus sponte præficeretur. » Colu-
mella, lib. IX, c. 4: « Et utraque
cytusus: est enim sativa, et altera
suxæ spontis. » Plinius, lib. X, c.
54: « Quædam autem et citra in-
cubitus sponte naturæ gignunt,
ut in Ægypti fimetis. » Subjece-
runt nonnulli, *sponte natum gignit*:
quod longe infra illam est ele-
gantiam. Cæterum hic me rursus
destituit Andegav. cui desunt om-
nia ab istis verbis cap. 7, « sistit
odor gravior sit ut ple. » usque ad
cap. 11, « contractum ut confestim
colluantur vino: » sic enim utro-
que legit. GR. — *Aut in virginea*
ætate spontanea. Scribendum puto,

in virgine ætatis sponte. Nam¹³ bitumen in Judæa nascens,
 4 sola hac vi superari, filo vestis contactæ, docuimus. Ne
 igne quidem vincitur, quo cuncta; cinisque etiam ille,
 si quis aspergat lavandis vestibus, purpuras mutat, flo-
 rem coloribus adimit, ne ipsis quidem feminis malo suo
 inter se immunibus. Abortum¹⁴ facit illitus, aut si om-
 nino prægnans supergrediatur. Quæ Lais et Elephantis
 inter se contraria prodidere de abortivis, carbone e radice
 brassicæ, vel myrti, vel tamaricis in eo sanguine extincto:
 item asinas non concipere tot annis, quot grana hordei
 contacta ederint: quæque alia nuncupavere monstrifica,
 aut inter ipsas pugnancia: quum hæc fecunditatem fieri
 iisdem modis, quibus illa sterilitatem, prænunderet,
 5 melius est non credere. Bythus¹⁵ Dyrrachenus hebetata¹⁶
 aspectu specula recipere nitorem tradit, iisdem aversa
 rursus contuentibus; omnemque vim talem resolvi, si
 mullum piscem secum habeant. Multi vero inesse etiam
 remedia tanto malo aiunt: podagras¹⁷ illini: strumas et
 parotidas, panos, sacros ignes, furunculos, epiphoras tra-

• aut in virginitate sponte absum-
 pta. • Nam virginitatem perse annis
 resolvi, prope finem capitis pate-
 fiet: et paulo post, *illitu*, non
illitus, in vetusto exemplari. ΠΙΝΤ.
 — *Ætatis*. Sponte naturæ in ea
 ætate, ut ipse ait X, 75. HARD.

13. *Nam*. L. VII, 13: • Quin
 et bituminum sequax alioqui ac
 lenta natura, in lacu Judææ, qui
 vocatur Asphaltites, certo tempore
 annisupernatans, nequit sibi avelli,
 ad omnem contactum adhærens,
 præterquam filo, quod tale virus
 infecerit. • HARD.— *Inter*. Est enim
 aliarum menstruum aliis venenum.

14. *Abortum*. Diosc. II, 97: Γυ-
 ναικός δὲ ἐπιμήνιον, περιλειφόμενον

καὶ ὑπερβαίνόμενον, ἀσπληπτοῦς δὲ αἱ
 ποιεῖν γυναικίας. • Menstruus feminæ
 sanguis existimabatur circumlitu
 efficere ne concipiant mulieres,
 itemque si super eum ipsæ super-
 grediantur. • HARD.

15. *Bythus Dyrrachenus*, etc. Alii,
Pythus. Leg. *Bithus*. SALMAS.

16. *Hebetata*. Mulierum scilicet
 aspectu, quæ profuvio tali labo-
 rant. Nam earum aspectu speculo-
 rum fulgor hebetatur, ut dictum est
 VII, 13; reddi eundem, si eas
 postea speculi partem aversam con-
 tuerentur, creditur Bythus. HARD.

17. *Podagras*. Dioscor. II, 97: Πο-
 δαγρικὰς δὲ ὀδύνας καὶ ἰρσοπιδα: α
 κουρίζει καταχρίόμενον. HARD.

ctatu earum mulierum leniri. Lais et Salpe canum rabiosorum morsus, et tertianas quartanasque febres menstruo in lana arietis nigri, argenteo brachiali incluso. Diotimus⁶ Thebanus, vel¹⁸ omnino vestis ita infectæ portiuncula, ac¹⁹ vel licio, brachiali inserta. Sotira obstetrix, tertianis quartanisque efficacissimum dixit plantas ægri subterlini, multoque efficacius ab ipsa muliere, et ignoranti. Sic et comitiales excitari. Icetidas²⁰ medicus quartanas coitu fini, incipientibus dumtaxat menstruis, spondit. Inter omnes vero convenit, si²¹ aqua potusque formidetur a morsu canis, supposita tantum calyci lacinia²² tali, statim metum eum discuti: videlicet prævalente sympathia illa Græcorum, quum²³ rabiem canum ejus sanguinis gustatu incipere dixerimus. Cinere eo jumentorum omnium ulcera⁷ sanari certum est, addita caminorum farina²⁴ et cera. Maculas autem e veste eas, non nisi ejusdem urina ablui. Cinerem per se rosaceo mixtum²⁵ feminarum præcipue, capitis sedare dolores illitum fronti; asperrimamque vim²⁶ profluvii ejus esse per se²⁷ annis virginitate soluta. Id quoque convenit, quo nihil equidem libentius credi-

18. *Vel. Menstruo mulieris inquinatæ.* HARD.

19. *Ac. Vel tenui filo, brachiale βραχιόλιον, ornamentum brachiorum: armilla a cæteris appellatur.* HARD.

20. *Icetidas. Et Q. Serenus, c. de quartana medicanda: « Quidam etiam miranda ferunt, veniente calore Jurantes ludum Veneris minusque petendum. »* HARD.

21. *Si. De eo aquæ metu post canis rabidi morsum, vide quæ diximus, VIII, 63.* HARD.

22. *Lacinia. Lacinia tali tincta menstruo.* HARD.

23. *Quam. L. VII, 13: « In ra-*

biem aguntur gustato eo canes. » H.

24. *Caminorum farina. Fuligine.* HARD.

25. *Cinerem per se rosaceo mixtum. Apographum nostrum, « Cinerem per se rosaceo mixtum, » ut sit figura tmesis.* PINT.

26. *Asperrimamque vim profluvii ejus esse primis annis virginitate resoluta. Legendum, « Asperrimamque vim profluvii ejus esse per se annis virginitate resoluta, » ex eod. notanda castigatione.* PINT.

27. *Per se. Ætatis ac naturæ sponte, ante coitum, menstruis fluentibus. Ita MSS. Reg. 2, et alii: non, ut editi, primis annis.* H.

derim, tactis omnino menstruo postibus, irritas fieri Ma-
 8 gorum artes, generis²⁸ vanissimi, ut aestimare licet. Ponam
 enim vel modestissimum e promissis eorum: ex homine
 siquidem resegrina unguium e pedibus manibusque cera
 permixta, ita ut dicatur tertianæ²⁹ vel quotidianæ, vel
 quartanæ feбри remedium quæri, ante solis ortum alienæ
 januæ affigi jubent, ad remedia in iis morbis: quanta³⁰
 vanitate, si falsum est? quantave noxia³¹, si transferunt
 morbos? Innocentiores³² ex his omnium digitorum rese-
 grina unguium, ad cavernas formicarum abjici jubent:
 eamque quæ prima cœperit trahere, correptam subnecti
 collo³³, ita discuti morbum.

1 XXIV. (VIII.) Hæc sunt quæ retulisse fas sit, ac ple-
 raque ex iis non nisi honore¹ dicto. Reliqua intestabilia

28. *Generis.* Quæ sunt plenissi-
 mæ vanitatis, ut vel ex eo aestimare
 licet. HARD.

29. *Tertianæ vel quotidianæ vel
 quartanæ feбри,* etc. Scribo alio or-
 dine, « Tertianæ vel quartanæ vel
 cotidianæ feбри, ex eod. » PINT.

30. *Quanta vanitate si falsum est,
 quantave noxa, si transferunt morbos
 ad innocentiores? Ex illis omnium di-
 gitorum,* etc. etc. Præpositio *ad*
 superfluit, ex eodem, et suppun-
 ctionis ratio corrupta est. Legatur
 igitur in universum sic: « Quanta
 vanitate si falsum est, quantave
 noxa si transferunt morbos. Inno-
 centiores ex his omnium digitorum,
 etc. » PINT.

31. *Noxia.* Injuria. HARD.

32. *Si transferunt ad morbos inno-
 centiores.* Quis hoc decernet, ad ma-
 gis an minus noxios transferantur?
 Præpositio *ad* non in Academ. non
 Men. non Voss. conspicua est. Haud
 dubie, ut decet: scribendum enim,

« quanta vanitate, si falsum est?
 quantave noxia, si transferunt mor-
 bos? Innocentiores ex his omnium
 digitorum resegrina unguium ad
 cavernas formicarum adjici ju-
 bent. » Ubi tamen Voss. *ibici*, et
 supra primam litteram O, quasi
 velit *objici*. Et est in eo nescio quid
 salis: nam *objici* et *cavernas* videtur
 dictum, ut apud Livium *oppositi ad
 exitus claudendos*. Cicero ad Div. VI,
 4, « ad omnes casus subitorum pe-
 riculorum magis objecti sumus. »
 Idem in Pisonem: « qui non notam
 opponens ad malum versum, sed
 poetam armis persequare. » Inno-
 centiores ex his, » puta magis. Et
 hoc fere. GRON.

33. *Omn. digitorum... subn. collo.*
 Nil enim ex his nocivum aut ace-
 lestum, quanquam impudentissime
 hic mentitur qui talia suadet ac
 jactat. AJ.

XXIV. 1. *Honore.* Honorem præ-
 fati: uti solemus quum quid turpe

et infanda, ut festinet oratio ab homine fugere. In cæteris claritates² animalium aut operum sequemur. Elephantis sanguis, præcipue maris, fluxiones omnes, quas rheumatismos vocant, sistit. Ramentis eboris cum melle Attico (ut aiunt) nubeculæ³ in facie, scobe paronychia tolluntur. Proboscidis tactu capitis dolor levatur, efficacius si et sternuat⁴. Dextra pars proboscidis cum Lemnia rubrica adalligata, impetus libidinum stimulat. Sanguis et syntecticis prodest, jecurque comitialibus morbis.

XXV. Leonis¹ adipēs cum rosaceo cutem in facie custodiunt a vitiiis, candoremque servant. Sanant et adusta nivibus, articulorumque² tumores. Magorum vanitas perunctis eo adipe, faciliorem gratiam apud populos regesve promittit: præcipue tamen eo pingui, quod sit inter supercilia, ubi esse nullum potest. Similia dentis, maxime a dextra parte, villique e rostro inferiori, promissa sunt. Fel aqua addita, claritatem oculis inunctis facit: et cum adipe ejusdem, comitiales³ morbos discutit, levi gustu, et ut protinus, qui sumpsere, cursu id digerant. Cor⁴ in cibo sumptum, quartanis medetur: adeps cum rosaceo quoti-

dicturi sumus: tum enim sic præfamur, « si commemorare fas est, honore dicto, honos sit auribus, » aut res ipsas eo verborum ambitu exprimimus, qui virorum bonorum atque ingenuorum non offendat aures. HARD.

2. *Claritates.* Clariora animalia, ut diximus XXII, 69. HARD.

3. *Nubeculæ.* Nubeculas hic appellat Plinius (sic enim MSS. omnes), quas Sext. Platon. c. 12, de elephante, plagas et maculas. Sic enim ille, tit. 1: *Ad maculas tollendas*: « Ebur cum melle contritum et impositum, mire sanat. » Et t. 2: *Ad plagas de facie tollen-*

das: « Mulier si quotidie de pulvere eboris faciem suam fricaverit, plagas mundabit. » HARD.

4. *Sternuat.* Si et elephantus sternuat. HARD.

XXV. 1. *Leonis.* Plin. Val. III, 46.

2. *Articulorumque.* Sext. Platon. c. 10, de leone, tit. 4: *Ad nervorum et geniculorum* (hoc est, articulorum) *dolorum*: « Adipem leonis cum medulla et lactuca teres et commiscebis: tum demum perunges corpus, et sanabitur. » H.

3. *Comitiales.* Ad comitiales morbos fel leoninum pariter commendat Diosc. EÏT. I, 18. H.

4. *Cor.* Plin. Val. III, 6. H.

dianis febribus. Perunctos⁵ eo bestię fugiunt. Resistere etiam insidiis videtur⁶.

XXVI. Cameli¹ cerebrum arefactum, potumque ex aceto, comitialibus morbis aiunt mederi: item² fel cum melle potum: hoc et anginæ. Cauda arefacta solvi alvum: fimi cinere crispari capillum cum oleo. Et³ dysentericis prodest illitus cinis, potusque quantum tribus digitis capiatur, et comitialibus morbis. Urinam⁴ fullonibus utilissimam esse tradunt: itemque ulceribus manantibus: Barbaros eam servare quinquennio et heminis pota ciere alvum. Setas e cauda contortas, et sinistro brachio alligatas quartanis mederi.

XXVII. Hyænam¹ Magi ex omnibus animalibus in

5. *Perunctos*. Abdarrahmanus Ægyptius, interprete Echelensi, cap. 42, p. 231: « Adipe leonis contuso cum alio siquis corpus suum obliniet, non timebit feras, imo fugabit eas. Hoc utuntur Monachi qui in desertis sunt et montibus, medicamine, ne lædantur a bestiis. » H.

6. *Resistere etiam insidiis videtur*. Numero plurium legendum, *videntur*, non *videtur*, ex antiquo codice. DALEC. — *Resistere*. Diosc. II, 94. Φασὶ δὲ αὐτὸ [λεόντειον ζῆαρ] καὶ ἀντιφάρμακον ἐπιβουλεύουσιν εἶναι. « Aiunt etiam leoninum adipem insidiantibus resistere. » HARD.

XXVI. 1. *Cameli*. Sic etiam Galen. lib. de theriaca ad Pison. c. 9, p. 942. Et Cæl. Aurel. Chron. I, 4, de epilepsia: « Dant etiam cameli cerebrum fumo siccatum, atque contusum, sed infantibus vel pueris odorandum: perfectis autem ætatis bibendum ad modum cyathi, cum mulso et aceto tribus cyathis. » Auctor libri qui Kiranidum Kirani inscribitur, II, 81:

« Cerebrum cameli cum roseo inunctum capiti anteriori et posteriori, epilepsiam sanat: quod et admirabile et excellentissimum. » Medullam stomacho frontique illitam prodesse comitialibus, auctor est Plin. Val. III, 10. HARD.

2. *Item*. Vide quæ de cameli felle diximus, XI, 74. Inter remedia porro quæ peti ex camelo possunt, miror prætermissum a Plinio, quod in ejus animalis lacte hodieque oriens omnis singulare esse intelligit, sanandæ hydropisii, teste αὐτόπτη Tavernerio It. tom. I, lib. I, 11, p. 116. HARD.

3. *Et*. Idem Kiranus l. c. « Arida quoque et trita stercora cameli, et super aspersa aqua et bibita, dysentericos sanant. » HARD.

4. *Urinam*. Ad splenis tumores ac jocineris hanc laudat imprimis Abdarrahmanus Ægyptius, cap. 59, p. 36, ad humida item ulcera, ac scabiem, porriginem, ad aurium vitia. HARD.

XXVII. 1. *Hyænam*. Adib Ara-

maxima admiratione posuerunt, ut pote cui et ipsi Magicas artes dederint; vimque qua alliciat ad se homines mente alienatos. De³ permutationis sexus annua vice diximus, cæteraque⁴ de monstrifica natura ejus: nunc persequemur quæcumque medicinis produntur. Præcipue⁵ pantheris terrori esse traditur, ut ne contentur quidem resistere: et aliquid e corio ejus habentem non appeti. Mirumque dictu, si pelles utriusque contrariæ suspendantur, decidere pilos pantheræ. Quum fugiant venantem, declinare ad dextram, ut prætergressi hominis vestigia occupent. Quod si successerit, alienari mente, ac vel ex equo hominem decidere. At si in lævam detorserit, deficientis argumentum esse, celeremque capturam. Facilius autem capi, si cinctus suos venator, flagellumque imperitans equo septenis alligaverit nodis. Mox ut est solers ambagibus vanitas Magorum, capi jubent Geminorum signum transeunte luna, singulosque prope pilos servari. Capitis³ dolori alligatam cutem prodesse, quæ fuerit in capite ejus. Lippitudini⁶ fel illitum frontibus; aut ne omnino lippiatur, decoctum cum mellis Attici cyathis tribus, et croci uncia inunctum: sic et caligines discuti, et suffu-

bes vocant, Dabuth, et Iesef. De hac re supra. Conf. Aristotel. Hist. Anim. lib. VI, cap. 32.

2. *Qua alliciat ad se homines, etc.* Quoniam sermonem humanum inter pastorum stabula assimilatur, et nomen alicujus addiscit, quem foras evocatum laceret. Vide supra lib. VIII, cap. 30. Sic et canes simulato vomitu prodeuntes corripit et vorat. Ælianus, de Animal. VII, cap. 22. DAL.

3. *De Iterum tibi adeundus Noster*, lib. VIII, 44. HARD.

4. *Cæteraque de monstrifica natura ejus.* Hyænæ et Phocæ pellem ful-

mine non tangi Veteres crediderunt. Rhod. XXIX, cap. 6. Vide lib. II, cap. 55. DALÆC.

5. *Præcipue pantheris terrori.* Pardinæ hyænæ inimicam esse scribit Ælianus, Hist. de Animal. lib. VI, cap. 22. DAL.

6. *Lippitudini.* Hausta hæc esse ex Democrito, Marc. Emp. dicit c. 8, p. 51: "Democritus, inquit, affirmat felle hyænæ si frons perfricetur, epiphoras incipientes, et omnem oculorum dolorem posse sedari." Sic et Diosc. II, 96, et Galen. de theriaca ad Pison. 9, p. 942. HARD.

siones. Claritatem excitari melius inveterato medicamento. Asservari autem in Cypria pyxide. Eodem sanari argema, scabritias, excrecentia⁷ in oculis : item cicatrices. Glaucomata vero jocineris⁸ recentis inassati sanie, cum despumato melle inunctis. Dentes ejus dentium doloribus tactu prodesse, vel adalligatos ordine humeros humerorum et lacertorum doloribus⁹. Ejusdem dentes, si de sinistra parte rostri eruti sint¹⁰, illigatos pecoris aut capri pelle stomachi cruciatibus. Pulmones in cibo sumptos cœliacis. Ventriculis, cinerem cum oleo illitum. Nervis, medullas¹¹ e dorso cum oleo vetere ac felle. Febribus quartanis, jecur degustatum ter ante accessiones. Podagris¹²,

7. *Excrecentia*. Carunculas excrecentes. HARD.

8. *Glaucomata vero joc. Γλαύκωμα* vitium est oculi, quum præter naturam glaucescit. Seu morbus humoris crystallini, mutati in glaucum, seu album, aquosumve colorem : insanabilis fere. Plaut. in Mil. act. II, sc. I, v. 70, glaucomam vocat. HARD. — *Glaucomata vero jocineris recentis sanie*. Sub Glaucomatis nomine olim pathemata quælibet confundebantur quæ humoribus aut membranis oculi opacitatem nactis impedimento erant quin ad retinam usque luminosi radii adverherentur; donec Remig. LASNIER varias cataractæ species melius signavit. Glaucomatis dehinc sensus non tam late patere. Nec nostris diebus quidquam per hanc vocem significatur nisi humoris vitrei aut hyalodis membranæ opacitas; cujus morbi nulla curatio est. AZ.

9. *Ordine humeros humerorum et lacertorum doloribus*. In apographo nostro - humeros ordine humero-

rum, lacertorum doloribus. • Ego vero, etsi duriore correctione, legendum contenderim, non *doloribus, sed lacertos*, ut omnia sibi mutuo respondeant : dentes doloribus dentium, humeros humerorum, lacertos lacertorum. PIET.

10. *Ejusdem... eruti sint*. Sibi semper in hoc similes quod illa tantum fieri jubeant quæ subtilissima sunt, liceatque semper his qui se minime sanatos objiciant, respondere non hæc omnino facta quæ in mandatis erant. Sic ibi de hyænæ dentibus; sed etsi hyænæ dentes haberes, quis novit an vere e sinistra parte rostri erutos? Ipse eruas, at forte aliquis vim his divinam suspicatus, furabitur, supponetque e dextra parte tractos? AZ.

11. *Nervis, medullas*, etc. Hæc pariter Marc. Emp. cap. 36, pag. 240, ubi Democritum rursus laudat auctorem. HARD.

12. *Podagris*. Vide Marc. Emp. c. 36, p. 246, ubi calciamenta hyænæ pelle si quis in usu quoti-

spinæ cinerem cum lingua et dextro pede vituli marini, addito felle taurino, omnia pariter cocta atque illita hyænæ pelle. In eodem morbo prodesse et fel cum lapide Assio. Tremulis, spasticis, exsiliantibus, et quibus cor palpitet, aliquid ex corde coctum mandendum, ita ut reliquæ partis cinis cum cerebro hyænæ illinatur. Pilos 5 etiam auferri hac compositione illita, aut¹³ per se felle, evulsis prius quos renasci non libeat. Sic¹⁴ et palpebris inutiles tolli. Lumborum doloribus carnes e lumbis edendas, illinendasque cum oleo. Sterilitatem mulierum emendari, oculo cum glycyrrhiza et anetho sumpto in cibo, promisso intra triduum conceptu. Contra nocturnos pavores, umbrarumque terrorem, unus e magnis dentibus lino alligatus succurrere narratur. Furentes¹⁵ suffiri eodem, et circumligari ante¹⁶ pectus, cum adipe renium, aut jocinere, aut pelle præcipiunt. Mulieri candida a pectore hyænæ caro, et pili septem, et genitale cervi, si illigentur dorcadis pelle, collo suspensa, continere partus promittuntur. Venerem stimulare genitalia ad sexus¹⁷ suos in melle sumpta, etiamsi viri mulierum coitus oderint. Quinimmo totius domus concordiam, eodem genitali et articulo spinæ¹⁸ cum adhærente corio asservatis, constare: hunc spinæ articulum, sive nodum, Atlantion¹⁹ vocant:

diano habuerit, podagræ morbo cariturum ait. HARD. — *Hac compositione illita.* Felle cum lapide Assio: vel cinere cordis cum cerebro subacto. DALC.

13. *Aut.* Conf. Marc. Emp. cap. 8, pag. 70. HARD.

14. *Sic.* Subintellige, pilos. Marc. Emp. l. c. HARD.

15. *Furentes.* Dentes usto suffiri, eundemque circumligari ante pectus, etc. HARD.

16. *Ante.* Reg. 2 et Ch. « ante

pectus suum, cum adipe renium, etc. » HARD.

17. *Ad sexus suos.* Pro sexuum diversitate. HARD.

18. *Spinæ.* Dorsi, aut lumborum. Nam colli spina, sine articulis, osse continuo riget, lib. VIII, cap. 30. DAL.

19. *Atlantion.* Et sane ἀτλας est extrema colli vertebra, quæ pondus sustinet. Jul. Pollux, II, 4, de collo et vertebra ejus, pag. 101: ὁ τελευταῖος (σπόνδυλος) ὡς ἀρθροφωρῶν,

7 est autem primus. In comitialium quoque remediis habent eum. Adipe accenso, serpentes fugari dicunt. Maxilla comminuta in aniso, et in cibo sumpta, horrores sedari. Eodem suffitu mulierum menses evocari: tantumque est vanitatis, ut si ad brachium alligetur superioris rostri²⁰ dextræ partis dens, jaculantium ictus deerraturos negent. Palato ejusdem arefacto, et cum alumine Ægyptio calefacto, ac ter in ore permutato, fœtores et ulcera oris emendari. Eos vero qui linguam in calceamento sub pede
8 habeant, non latrari a canibus. Sinistra parte cerebri naribus illita, morbos perniciosos mitigari, sive hominum, sive quadrupedum. Frontis corium fascinationibus resistere. Cervicis carnes, sive mandantur, sive bibantur, arefactæ, lumborum doloribus. Nervis a dorso armisque, suffiendos nervorum dolores. Pilos rostri admotos mulierum labris amatorium esse. Jecur in potu datum, torminibus et calculis mederi. Jam cor in cibo potuve sumptum, omnibus doloribus corporum auxiliari: lienem lienibus: omentum, ulcerum inflammationibus cum oleo: medullas, doloribus spinæ et nervorum lassitudini. Renium²¹ nervos potos in vino cum thure, fecunditatem restituere adeptam beneficio. Vulvam cum mali Punici dulcis cortice in potu datam prodesse mulierum vulvæ. Adipe e lumbis suffiri difficulter parientes, et statim parere. E dorso medullam adalligatam contra vanas species opitulari. Spasticis, genitalibus e maribus suffitu. Item lippientibus, ruptis, et contra inflammationes, servatos pedes, tactu: lævos dextris partibus, dextros lævis. Sinistrum pedem superlatum parturienti, lethalem esse: dextro illato, facile eniti. Membranam quæ

ἀτλαζὸνομάζεται. Translatione ducta ab Atlante, qui ea corporis parte sustinere cælum pingitur a poetis. HARD.

20. *Rostris. Maxillæ. Rostrum,*

quod avium est; de animalibus usurpatur. DAL. — *Rostris. Cons. c. D. HARD.*

21. *Renium.* Sic MSS. Reg. Ch. alique. HARD. •

fel continuerit, cardiacis potam in vino, vel in cibo sumptam, succurrere: vesicam in vino potam, contra urinæ incontinentiam. Quæ autem in vesica inventa sit urina, 10 additis oleo ac sesamo, et melle, haustam prodesse ægrimoniæ²² veteri. Costarum primam et octavam, suffitu ruptis salutarem esse: ex spina vero parturientibus ossa: sanguinem cum polenta sumptum, torminibus. Eodem tactis postibus, ubicumque Magorum infestari artes, non elici Deos, nec colloqui, sive lucernis²³, sive pelvi, sive aqua, sive pila²⁴, sive quo alio genere tententur. Carnes si edantur, contra canis rabidi morsus efficaces esse: etiamnum jecur efficacius. Carnes vel ossa hominis, si quæ 11 in ventriculo occisæ inveniuntur, suffitu podagricis auxiliari. Si ungues inveniuntur in his, mortem alicujus capientium significari. Excrementa sive ossa reddita, quum interimitur, contra Magicas insidias pollere. Fimum, quod in intestinis inventum sit, arefactum, ad dysentericos valere potum: illitumque cum adipe anserino opitulari toto corpore læsis malo medicamento: a cane vero morsis adipem illitum, et corium substratum. Rursus tali sinistri cinere decocto cum sanguine mustelæ, perunctos omnibus odio venire: idem fieri oculo decocto. Super 12 omnia est, quod extremam fistulam²⁵ intestini contra ducum ac potestatum iniquitates commonstrant, et ad successus petitionum, judiciorumque ac litium eventus, si omnino tantum aliquis secum habeat. Ejusdem²⁶ caverna

22. *Ægrimonia*. Vox Tullio Horatioque nota, pro ægritudine. H.

23. *Sive lucernis* De his Magis generibus opportunius agetur XXX, 5. HARD.

24. *Sive pila*. Sive sphaeris. H.

25. *Extremam fistulam*, etc. Postremam et ultimam partem intestini recti. DAL.

26. *Ejusdem*. Foramen, quo exitus excrementorum est. Alibi caverna Plinio auris est, sive quod aurium loco alicui animalium est. Sic XI, 50, de vitulo marino ac delphino: « Hæc cavernas tantum habent aurium loco. » Et paulo post, de avibus: « Cæteris cavernæ ad auditum. » HARD.

sinistro lacerto alligata, si quis mulierem respiciat, amatorium esse tam præsens, ut illico sequatur. Ejusdem loci pilorum cinerem ex oleo illitum viris, qui sint probrosæ mollitiei, severos, non modo pudicos mores induere.

XXVIII. Proxime fabulosus est crocodilus, ingens quoque ille, cui vita in aqua terraque communis. Duo enim genera eorum¹: illius² e dextra maxilla dentes adalligati dextro lacerto, coitus (si credimus) stimulant. Canini³ ejus dentes febres stas arcent thure repleti⁴, sunt enim cavi: ita ne diebus quinque ab ægro cernatur, qui adalligaverit. Idem pollere et ventre exemptos lapillos, adversus febrium horrores venientes tradunt. Eadem de causa Ægyptii perungunt et adipe ægros suos. Alter⁵ illi similis, multum infra magnitudine, in terra tantum odoratissimisque floribus vivit. Ob id intestina ejus diligenter exquiruntur jucundo nidore referta⁶. Crocodileam⁷ vocant, oculorum vitiiis utilissimam, cum porri succo inunctis, et contra suffusiones vel caligines. Illita quoque ex oleo

XXVIII. 1. *Duo enim genera eorum.* Prior in aquis et terra æque degit, alter in terra tantum. DAL.

2. *Illius.* Prioris, sive amphibii. Auctor libri, qui Kiranidum Kirani inscribitur, II, p. 83, sq. « Dentes autem (Crocodili) dextri abstracti, eoque vivo dimisso gestati, coitum stimulant: sinistri autem mulieribus. Si vero utrique adaptentur, facient incontinentiam. » H.

3. *Canini.* Habdarrahmanus Ægyptius, interprete Ecchellensi, c. 17, p. 88: « Dens crocodili ex sinistra maxilla appensus laboranti vehementi febrī, curat illum. » H.

4. *Arcent thure repleti.* In antiquo codice, *Arcent ut repleti*: ex quibus verbis eliciat quisque veriolem sensum. PINXIAN.

5. *Alter illi similis.* Cordylum vocant. DAL.

6. *Jucundo nidore farcta.* Impressa exemplaria non farcta habent, sed refracta: scribe, referta, ex nostro apographo. PINX.

7. *Crocodileam vocant.* Nempe ejus stercus. PINX. — *Crocodileam.* In eo animali, inquit, id quod crocodileam vocant, oculorum vitiiis sanandis utilissimum est. Stercus est sive fimum crocodili, de quo multa Albert. M. de Anim. XXIV, p. 632. Cave R. Stephano credas in Thes. Lat. linguæ, aienti *crocodileam esse animal simile crocodilo.* H. — Quidni tamen ipsa intestina, h. e. membranas instestinalis tubi? Nam id magis obvium. Sed e sequentibus patet de stercore esse

cyprino, molestias in facie enascentes tollit : ex aqua vero morbos omnes, quorum natura serpit⁸ in facie, nitoremque⁹ reddit. Lentigines¹⁰ tollit ac varos, maculasque omnes. Et contra comitiales morbos bibitur ex aceto mulso binis obolis. Apposita menses ciet. Optima¹¹ quæ³ candidissima, et friabilis, minimeque ponderosa : quum teratur, inter digitos fermentescens¹². Lavatur, ut cerussa. Adulterant amylo, aut Cimolia¹³, sed maxime, qui captos oryza¹⁴ tantum pascunt. Felle¹⁵ inunctis oculis ex melle

sermonem, quod cosmetici loco usurpavere. Vide not. seq. et loc. Horat. a Dal. allatum. A. J.

8. *Serpit in facie.* Horat. « nec illi Jsm manet humida creta, colorque Stercore fucatus crocodili. » Antiphanes apud Clemens. Alexand. Pædagogus III, κροκοδείλων ἀποπάρταις χρώμεναι καὶ σπηδεῶν ἀφροῖς ἰγχιόμεναι, καὶ ταῖς ἀφροῖσι τὴν ἀσβολὴν ἀναματτόμεναι, καὶ ψιμμυθίῳ τὰς παρυῖας ἐντριβόμεναι. Victorius. XI, cap. 4. Putrem spumam, quod Victorius non exposuit, hic vocat Alcyonium, odorem gravem et putridum spirans, qualis est algæ, ad smegmata feminarum utile, et lentigines, lepras, nigritias, vitiligines, maculas omnes. DALÉC.

9. *Nitoremque.* Diosc. II, 98 : Ἡ δὲ τοῦ χειρσαίου κροκοδείλου (ἀφροδὸς) ἀμύλλῃ ἐπὶ τῶν γυναικῶν, πρὸς εὐχρῶσαν καὶ εὐδωσιν τοῦ προσώπου. « Terrestris crocodili fimum mulieribus confert ad colorandam illustrandamque faciem. » HARD.

10. *Lentigines.* Galen. de fac. simpl. m. X, p. 294. HARD.

11. *Optima.* Totidem verbis Diosc. l. c. HARD.

12. *Fermentescens.* Quum teritur inter digitos, resolvitur, levior,

solutiorque efficitur. Dioscorides, loc. citat. Ζυμίζουσα τὴν ὀσμὴν, fermentum redolens : minus recte, ut arbitror. HARD.

13. *Adulterant amylo, aut Cimolia.* Adulterant sturnorum fimo, quos captos oryza pascunt, fimum id quod simile est vendentes. Alii amyllum vel Cimoliam miscent. Dios. DAL. — *Adulterant.* Δολίζουσι δὲ ἄμυλον ἢ κιμωλίαν φυρῶντες. H.

14. *Sed maxime, qui captos oryza.* Sentit enim Plinius, crocodileam ex captivis adulterinam esse : utpote longe deteriore, nimirum mutato animalis victu. GEL. — *Sed.* Crocodilos scilicet. Existimat enim crocodileam ex captivis deteriore esse, mutato scilicet animalis victu. Hanc vim esse oryzae, ut sterces sturnorum qui ea pascuntur, præstare eadem existimetur, quæ crocodilea efficiat, docent Diosc. l. c. Oribasius de virtut. simpl. II, pag. 75 ; Ægineta, XXVIII, 8, aliique. HARD.

15. *Felle.* Auctor Kiranidum, II, 8, de crocodilo terreno : « Stercus quoque cum felle mixtum, et inunctum albulas aufert : » albugines oculorum intelligit. Habdarrahmanus, 17, p. 87 : « Fel cro-

contra suffusiones, nihil utilius prædicant. Intestinis et reliquo corpore ejus suffiri vulva laborantes salutare tradunt. Item velleribus circumdari vapore¹⁶ ejusdem infectis. Corii¹⁷ utriusque cinis ex aceto illitus his partibus, quas secari opus sit, aut nidor cremati, sensum omnem scalpelli aufert. Sanguis¹⁸ utriusque claritatem visus inunctis donat, et cicatrices oculorum emendat. Corpus¹⁹ ipsum, excepto capite pedibusque, elixum manditur ischiadicis, tussimque veterem sanat, præcipue in pueris: item²⁰ lumborum dolores. Habent et adipem, quo tactus pilus defluit. Hic²¹ perunctos, a crocodilis tuetur, instillaturque²² morsibus. Cor annexum in lana ovis nigræ, cui nullus alius color incursaverit, et primo partu genitæ, quartanas abigere dicitur.

XXIX. Jungemus illis simillima et peregrina æque animalia; priusque chamæleonem¹, peculiari volumine dignum existimatum Democrito, ac per singula membra

codili illitum oculis per modum collyrii amovet ab illis albuginem. » HARD.

16. *Circumdari vapore.* Fumo, nidore calido. HARD.

17. *Corii.* Tura amphibii, tum terrestris. De terreno, auctor Kiranidum, II, p. 83: « De hujus pelle combusto si quis fecerit ξηρόν, id est, aridum pulverem, et superadperserit membro quod debet comburi vel incidi, absque dolore fiet. » HARD.

18. *Sanguis utriusque claritatem visus inunctis donat, et cicatrices oculorum emendat.* Duo illa verba donat et, redundant, ex antiquo codice. PINT. — *Sanguis.* Auctor Kiranidum, p. 84: « Sanguis eum ejus inunctus hebetationem oculorum perfecte curat. » Negat

Galen. de fac. simpl. m. VI, pag. 279, id experiri se voluisse. H.

19. *Corpus.* Sic et Marc. Emp. c. 25, p. 174. HARD.

20. *Item.* Marc. Emp. l. c. H.

21. *Hic.* Habet aliquid admirabilius, si tamen credimus, auctor Kiranidum, II, p. 83: « Si quis fixerit crocodilum, et unxerit de eo, quæcumque vulnera vel plagas recipiet, nullo modo sentiet. » Propius vero, placitoque Pliniano affinius illud, quod Hahdarrahmanus refert, 17, pag. 88: « Adeps crocodili applicatus morsui viperæ aliorumque reptilium, plurimum proderit, et sanabit patientem. » H.

22. *Instillaturque.* Ita Galenus de ther. ad Pis. 10, p. 944. HARD.

XXIX. I. *Chamæleonem.* Sic MSS. ubique, non *chamaleontem.* HARD.

desecratum², non sine magna voluptate nostra, cognitis proditisque mendaciis græcæ³ vanitatis. Similis et magnitudine⁴ est supra dicto crocodilo, spinæ⁵ tantum acutiore curvatura, et caudæ amplitudine distans. Nullum animal pavidius existimatur, et ideo versicoloris esse mutationis⁶. Vis ejus maxima contra accipitrum genus. Detrahere⁷ enim supervolantem ad se traditur, et voluntarium præbere lacerandum cæteris animalibus. Caput⁸ ejus et a guttur si roboreis lignis accendantur, imbrium et tonitruum concursus facere, Democritus narrat : item jecur in tegulis ustum. Reliqua ad veneficia pertinentia quæ dicit,

2. *Desecratum.* Variis destinatum, consecratumque morbis. Sic paulo inferius : « Sinistrum humerum quibus monstris consecret... pudet referre. » HARD.

3. *Græcæ.* Quum plenissima hæc vanitatis esse Plinius fateatur, eo-que consilio tantum referat, ut vel risu refellat, temere in eum virus acerbitalis suæ vomuisse Gellium perspicuum est, quum hunc locum ita coarguit, X, 12 : « Librum esse Democriti, nobilissimi Philosophorum, de vi et natura chamæleonis, eumque se legisse Plinius Secundus in Naturalis Historiæ vicesimo octavo refert, multa que vana atque intolerabilia auribus deinde quasi a Democrito scripta tradit. » Inter Democriti sanè opera istud de chamæleone a Laertio non censetur. Forte fuit Boli Mendesii, ut in Auctorum Indice monuimus, verbo *Democritus*. HARD.

4. *Similis et magnitudine.* In eodem : *similis ex magnitudine* : scribendum forte, *similis extra magnitudinem*. Pint. « Similis et magnitudine est. » Lege : « Similis et

magnitudinæ supra dicto crocodilo spinæ tantum ut in pisce curvatura, et caudæ amplitudine distans. » SALMAS. p. 873 b. 784 a. — *Similis.* Posteriori videlicet, sive terrestri, qui multum infra alteram, sive amphibium, magnitudine est, ut dictum est sup. cap. HARD.

5. *Spinæ.* Spina chamæleoni eminent et recurvatur, ut piscibus : crocodilo non item. HARD.

6. *Versicoloris esse mutationis.* Variat colorem chamæleon, quod potest ad libitum aerem servare in pulmonibus, quo cutem distendit. Tunc varii varie colores reflectuntur. Observatum quoque est coloris genus a feræ situ pendere, ratione luminis, ut patet, habita. AL.

7. *Detrahere.* Gellius X, 12, p. 522, hæc transcribens : « Accipitrem, sit, avium rapidissimam, a chamæleone humi reptante, et si eum forte supervolet, detrahi et cadere vi quadam in terram, cæterisque avibus lanandum sponte sua objicere sese ac dedere. » H.

8. *Caput.* Totidem verbis hæc Gellius, l. c. HARD.

quamquam falsa existimantes, omitemus, præterquam ubi irrisu coarguendum. Dextro oculo, si viventi eruatur, albugines oculorum cum lacte caprino tolli : lingua adal-
 3 ligata, pericula puerperii. Eundem salutarem esse parturientibus⁹, si sit domi: si vero inferatur, perniciosissimum. Linguam, si viventi adempta sit, ad iudiciorum eventus pollere. Cor adversus quartanas illigatum nigra lana primæ tonsuræ. Pedem e prioribus dextrum, hyænæ pelle adalligatum sinistro brachio, contra latrocinia terroresque nocturnos pollere. Item dextram mamillam contra formidines, pavoresque. Sinistrum¹⁰ vero pedem torrerit in furno cum herba, quæ æque chamæleon vocetur, additoque unguento in pastillos digeri : eos in ligneum vas conditos præstare, si credimus, ne cernatur ab aliis qui habeat.
 4 Armum dextrum ad vincendos adversarios vel hostes valere, utique si abjectos ejusdem nervos calcaverit. Sinistrum humerum quibus¹¹ monstris consecret, qualiter somnia quæ velis, et quibus velis, mittantur, pudet referre. Omnia ea dextro pede resolvi¹² : sicut sinistro latere lethargos, quos¹³ fecerit dexter. Capitis dolores, insperso vino, in quo latus alterutrum maceratum sit, sanari. Feminis¹⁴ sinistri, vel pedis cineri si misceatur lac suillum, 5 podagricos fieri illitis pedibus. Felle¹⁵ glaucomata et suf-

9. *Eundem salutarem esse parturientibus*, etc. Sensus est : Chamæleonem salutarem esse, si multo ante parturitionem illatus sit : sin idem parturienti jam superveniat, perniciosissimum esse. GRIEN.

10. *Sinistrum*. Et hæc ad verbum Gellius, l. c. p. 523. HARD.

11. *Quibus*. Quibus veneficiis. H. — Cave tamen ne hic suspicere de pudendis aut obscœnis indicatum. Monstra noster innuit, quæ supra fidem omnino sunt. AJ.

12. *Omnia ea dextro pede resolvi*. Somnia magis arridet quam omnia. ΠΙΝΤ.— *Omnia*. Nempe somnia. H.

13. *Quos fecerit dexter*. Pedem subintellige. In editis hactenus libris, *dextrum*. Sed exemplaria primitiva sequimur Reg. 2, et Chiffi. aliosque. HARD.

14. *Feminis*. Femoris. H.

15. *Felle*. A Marcello sane Emp. creditur, 8, p. 59. A Scribonio Largo, Comp. 38, ad suffusiones commendatur. HARD.

fusiones corrigi prope creditur, tridui inunctione : serpentes fugari ignibus instillato : mustelas¹⁶ contrahi in aquam coniecto : corpore vero illito detrahi pilos. Idem præstare narrant jecur, cum ranæ rubetæ pulmone illitum. Præterea jocinere amatoria dissolvi¹⁷. Melancholicos¹⁸ autem sanari, si ex corio chamæleonis herbæ succus¹⁹ bi-

16. *Mustelas*. Hoc est, colligi, congregari. Sic infra, c. 42, contrahi serpentes dixit, cui verbo mox *dissipari* opponitur. H.

17. *Amatoria dissolvi*. Τὰ φάρμακα. Illis utebantur piatrices, sagæ, simulatrices, fictrices, veratrices Stygialibus, sive Cocytiis sacris, ad pelliciendos in amorem sui quos vellent. Virgilius : « Sacra Jovi Stygio quæ rite incœpta paravi. » Horatius : « Nec tu inultus riseris Cocytia. » Philtra recenset apud Apuleium Lælius poeta, « Philtra omnia undique eruunt : Antipathes illud quæritur : Trochili iunges, tæniæ, Radiculæ, herbæ, sarculi, Auripluces bitortilæ, Hinnientium dulcedines. » *Antipathes* notum est. *Trochisci*, rotulæ, instrumenta magica, quibus sorte circumagebant, ut et rhombi. *Iunges*, iynges, avis nota, de qua Theocritus in Pharmaceutria. *Hinnientium dulcedines*, hippomanes. *Auripluces bitortilæ*, laminæ in quibus insculpebatur ejus effigies, quem devovebant, et desigebant : *ipsipluces* vocat Festus, vel ut alii legunt, *ipsullices*. Sculptarum imaginum loco interdum cereas statuas fingebant, et eas fasciis, tæniis, vittis religabant. Inde simulatrices et fictrices dictæ magæ. Dido apud Virgilium, « Effigiemque toro locat

haud ignara futuri. » *Veratrices* præterea, quia se vera dicturas profitebantur. SCALIG.

18. *Melancholicos*. « Melancholia dicta, inquit Cæl. Aurelius, l. 6, quod nigra fella ægrotantibus sæpe per vomitum veniant. Græci enim nigrum μέλαν vocaverunt, fel autem χολήν appellant : et non ut plerique existimant, quod passionis causa vel generatio nigra sint fella : hoc enim est æstimantium magis quam videntium veritatem, vel potius falsum, sicut in aliis ostendimus. Nam Tullius atram bilem dixit, veluti altam iracundiam. Item Virgilius, Hercule alta iracundia moto, Hic vero, inquit, Alcidiæ furiis exarserat atro Felle dolor. Siquidem melancholici semper tristes, etc. » HARD.

19. *Si ex corio chamæleonis herbæ succus bibatur*. Ex Chifflet. affertur chamæleonis succus herbæ. Sed præterea Voss. *chamæleonis succus herbæ debente bibatur*. Acad. *herbe habente bibatur*. Menap. et Gud. *habente*. Numquid *herbæ gentilis* ? i. coguominis. ΓΕΝΟΝ. — *Si*. In Reg. aliisque : « si ex corio chamæleonis herbæ succus hebene bibatur. » Forte, *tepen*, corio videlicet, vel *tepens* succus bibatur in vase quod ex corio animalis conflatum sit. HARD.

batur. Intestina et fartum eorum²⁰, quum id animal²¹ nullo cibo vivat, cum simiarum urina illita inimicorum januæ, 6 odium omnium hominum his conciliare. Cauda flumina et aquarum impetus sisti, serpentes soporari. Eadem medicata cedro et myrrha, illigataque gemino ramo palmæ, percussam aquam discuti, ut quæ intus sint omnia appareant : utinamque eo ramo contactus esset Democritus, quoniam ita loquacitates immodicas promisit inhiberi. Palamque est, virum alias sagacem et vitæ utilissimum, nimio juvandi mortales studio prolapsum.

XXX. Ex eadem similitudine est scincus¹, quem quidam terrestrem crocodilum esse dixerunt, candidiore autem, et tenuiore cute. Præcipua tamen differentia dignoscitur a crocodilo, squamarum serie a cauda ad caput versa². Maximus³ Indicus, deinde Arabicus. Afferuntur⁴ salsi. Rostrum⁵ ejus et pedes in vino albo poti, cupiditates Veneris accendunt: utique⁶ cum satyrio et erucæ semine,

20. *Intestina et finum eorum.* Qui Chiffi. contulit, notavit ex eo *falsum* et conjicit *fartum*. Quod ille conjicit, id ipsum est in Voss. manu prima: *Intestina et fartis meorum.* Acad. omissa dubia voce: *intestina et eorum.* Gron.

21. *Quum id animal nullo cibo vivat.* Errat cum vulgo Plinius: muscas enim, culices et alia id genus animalia sectatur et vorat. Dal. — *Quum.* Vide quæ diximus, VIII, 51. H.

XXX. 1. *Scincus.* Hunc crocodilum terrestrem sed sui generis Diosc. appellat, II, 71: Σκίγκος. . . ἐστὶ δὲ κροκόδειλος χειραῖος, ἰδιογενής, etc. Hard.

2. *Squamarum s. a cauda ad caput versa.* Scribe, *serie*, non *seta*, ex archetypo nostro. Pint.

3. *Maximus.* Triplici in regione

nasci Dioscorides est auctor l. c. in India primum, tum in Arabia, postremum in Mauretaniæ parte. Hard.

4. *Afferuntur.* Addito nasturtio sale conditi. Diosc. l. c. ταραχιδῶναι σὺν καρδάμω. Hard.

5. *Rostrum.* Nicetas in Andronico, II, n. 2, p. 206: ἦσθι δὲ καὶ ζῶν Νειλῶν, κροκόδειλω πάνυ τοι ἰμπερὲς, σκίγκον λέγομεν, ἀπόσιτον μὲν τοῖς μὴ τὰ τοιαῦτα βρωτῆα κρινουσι διαραβίζεν δ' ὄμως καὶ διανιστῶν ἐν ταῖς ὀμλίαις πρὸς συνουσιασμόν. • Vescebatur item Nilotica bestiola, crocodilo non absimili, quem scincum vocant : a quo cibo quum plerique abhorreant, tamen tentiginem excitat, et ad rem venerem paratos facit. • Hard.

6. *Utique.* Theod. Prisc. II, P.

singulis drachmis omnium, ac piperis duabus admixtis, ita ut pastilli singularum drachmarum bibantur: per⁷ se laterum carnes obolis binis cum myrrha et pipere pari modo potæ, efficaciores ad idem creduntur. Prodest et contra sagittarum venena, ut Apelles tradit, ante posteaque sumptus. In⁸ antidota quoque nobilia additur. Sextius⁹ plus quam drachmæ pondere in vini hemina potum, perniciem afferre tradit. Præterea¹⁰ ejusdem decocti jus cum melle sumptum, Venerem inhibere.

XXXI. Est crocodilo cognatio quædam amnis ejusdem, geminique victus, cum hippopotamo, repertore detrahendi sanguinis¹, ut² diximus. Plurimi autem super Saiticam præfecturam. Hujus corii cinis cum aqua illitus, panos³ sanat: adeps frigidas febres⁴: item fimum suffitu.

1, c. 11, de satyriasi, vel impedimento usus veneri. . . « Virile semper officium reparaverunt, et piper, satyrion, et stinchus, et ervi semina. » *Lege et scincus, et eruceæ semina.* HARD.

7. *Per.* Partem eam quæ renes amplectitur, drachmæ pondere e vino potam, venerem accendere Diosc. l. c. prodidit: Φασὶ δὲ δύναμιν ἔχειν ποδῶν τὸ περὶ τούτων νεφροῦς αὐτοῦ μέρος, ὅσον ἔστι πλεῖθος μετ' ὄψε, ὀρμητικὴν πρὸς τὰ ἀφροδίσια. A Sextio Nigro videtur Diosc. id hausisse. A Diosc. Galenus, de fac. simpl. med. XI, p. 305. HARD.

8. *In.* Diosc. Μίγνυται δὲ καὶ ἀντιδότοις, l. c. et in Alexiph. præf. p. 396. HARD.

9. *Sextius.* Et ex Sextio, auctor lib. de simpl. med. ad Patern. tom. XIII Opp. Galeni, p. 1001: « Ad veneria, inquit, facit, drachma una carunculæ illius (scinci) ex vini cyatho potata: si enim plus sumatur, affert periculum. » H.

10. *Præterea.* Non scinci, sed lentis, hoc est, non σκίγγου, sed φακοῦ decocto cum melle, venerem scinci potu excitatam inhiberi prodidit Diosc. II, 71, quem Galenus sequitur, de fac. simpl. med. XI, p. 305. At Sextus aliter, quem idcirco Plinius auctorem appellat. H.

XXXI. 1. *Est crocodilo cognatio quædam amnis ejusdem, geminique victus cum hippopotamo, repertore trahendi sanguinis.* Corrigendus, ut puto, ordo verborum, legendumque ad hunc modum: « Est crocodilo cognatio quædam gemini convictus cum hippopotamo amnis ejusdem, repertore trahendi sanguinis. » PIRAT.

2. *Ut diximus.* Conf. lib. VIII, cap. 40. HARD.

3. *Panos.* Galen. de theriaca ad Pison. c. 9, p. 642. HARD.

4. *Adeps frigidas febres.* Cum frigore invadentes: aut horrificas: aut in quibus ægri vix vel numquam incalescunt. DALRG.

Dentes e parte læva dolores dentium, scarificatis⁵ gingivis. Pellis ejus e sinistra parte frontis in inguina adaligata, Venerem inhibet. Ejusdem cinis alopecias explet. Testiculi⁶ drachma ex aqua contra serpentes bibitur. Sanguine pictores utuntur.

XXXII. Peregrinæ sunt et lynces, quæ clarissime omnium quadrupedum cernunt. Ungues earum omnes cum corio exuri efficacissime in Carpatho insula tradunt. Hoc cinere potio propudia¹ virorum, ejusdem adpersu, feminarum libidines inhiberi; item pruritus corporum: urina², stillicidia vesicæ. Itaque eam protinus terra³ pedibus aggesta obruere traditur. Eadem autem et jugulorum dolori monstratur in remedio. Hactenus de externis.

XXXIII. Nunc revertemur ad nostrum orbem¹: primumque communia animalium remedia atque eximia dicemus: (ix) sicuti de lactis usu. Utilissimum cuique

5. *Scarificatis*. MSS. omnes, *scarificatis*. HARD.

6. *Testiculi*. Nicander in Ther. pag. 40, adversus serpentes laudat, Ἡ κάστωρος κύλιον ἔρχιν, Ἡ ἵππου τὴν Νειδος ὑπὲρ Σάιν αἰθαλόισσαν Βίσκηι. Gorræus interpres: « Vel Castoris accipe testem, Aut pascentis equi per Nili magna Saitæ Flumina. » Id deinde sumi jubet ex aqua, adjectis et aliis medicaminibus Diosc. II, 25, per se tritum e vino bibi suadet. HARD.

XXXII. 1. *Hoc cinere potio propudia virorum*. Pudendam libidinem. HARD.

2. *Urina*. Quam λυγκούριον vocant, ut diximus VIII, 57. Hac etiam pota calculos frangi prodidit Phile, de Propriet. anim. p. 108. Negat Plin. id esse verum, lib. XXXVII, cap. 13. HARD.

3. *Itaque eam protinus terra*, etc. Id scilicet natura magistra facit, ne lotii odor prætereuntes, quibus insidiatur, abigat: qua ratione feles stercus pulvere contegunt. DAL. — *Itaque*. Vel nobis bonum id invidentes, vel ob causam aliam quam loc. cit. attulimus, libro VIII, cap. 57. HARD.

XXXIII. 1. *Nunc revertemur ad nostrum orbem*. Voss. *prævertens*. *Legge, prævertemur*, id potius nos vertemus. Sic c. 11 hujus libri: « Hinc deinde prævertemur ad genera morborum. » Et cap. ult. « Hinc deinde prævertemur ad animalia sui generis. » Id est, primum vertemur, lib. XXX, 10: « Nunc prævertemur ad ea, quæ totis corporibus metuenda sunt. » Hæc tot locis consentiens præstantissimarum membranarum scriptura est. GRON.

maternum². Concipere³ nutrices exitiosum est : hi sunt enim infantes, qui colostrati appellantur⁴, densato lacte in casei speciem. Est⁵ autem colostrum⁶, prima a partu spongiosa densitas lactis. Maxime⁷ autem alit quodcumque humanum, mox caprinum : unde fortassis fabulæ⁸ Jovem

2. *Utilissimum cuique maternum.* Potest generaliter hoc asseri materno lacti omne lac postponendum, tum quod variante, prout ætates lactationis procedunt, lactis chymica essentia, et utilitas variat pretiosissimi humoris, tum quod ob illam quæ existit puerum inter et matrem sympathicam relationem, assimilatio fit vere facilior ac gratior. Nonnunquam tamen a nutriendo filio debet abstinere mater, seu morbo laboret, seu vetus socialium consuetudinum catena, nobili muneris inimica. Ad. et J. J. ROUSSEAU (*Émile*), pravum quidem se medicum agens, sed optimum ethiographum in hac quæstione. Ar.

3. *Concipere.* Exitiosum ea re id videtur, quod purius alimentum fetui, qui in utero est, nutriendo, non mammis replendis natura tum sufficit. H. — *Concipere nutrices exitiosum.* Verum. Nam physiologistæ hoc axioma habent, excitato organo quolibet, minui vel inaniri alterius organi excitationem cuius prioris sympathica relatio fuit, modo istius acta identidem duntaxat eveniant, nec perpetua sicut ac vitæ necessaria. Ar.

4. *Qui colostrati appellantur.* Falitur Plinius. *Colostrati* dicuntur, qui præpropere statim a puerperio crassius lac matris, ideoque in ventriculo spissescens, suxerunt. Lac autem earum, quæ concipiunt, ob

id noxium esse censetur, quoniam fetui et infanti nutriendis, sanguis ex quo lac conficitur, non sufficit : tum etiam, quia, quæ in utero supersunt excrementa, a nutrimento fetus in mammis recurunt, natura, quod purius est in alimentum fetus retinetur : tum quia gravidæ primis mensibus consuetos cibos fastidientes alienis utuntur, ex quibus vitiosus sanguis fit : tum quia sub horam conceptus magna fit humorum in corpore perturbatio et agitatio, quæ bonos cum pravis miscet. Vide lib. XI, cap. 41. DAL. — *Qui.* Et hoc superius indicavimus, IX, 96. HARD.

5. *Est.* Ita Nonius, Servius, Palladius, aliique, quos laudat Vossius in Etymol. verbo *colustrum*. Vide quæ diximus XI, 96. HARD.

6. *Colostrum.* Blandiendo vocem eam Plautus usurpat in Penulo : « Meum mel, meum cor, mea colostrum, meus molliculus caseus. » Martialis : « De primo matrum lacte colostrum damus. » Vide Aristotel. Histor. VI, 21. DALÆC.

7. *Maxime autem alit quodcumque,* etc. Non quidem maxime alit, sed hominis naturæ convenientissimum et familiarissimum est. Ovillum, bubulum, caprinum, multo plus alimenti præbent. DALÆC.

8. *Fabulæ.* Quem a capella, Amalthea nomine, nutritum ferunt. Vide Hygin. in Astron. Poet. cap.

ita nutritum dixere. Dulcissimum⁹ ad¹⁰ hominis camelinum, efficacissimum ex asinis. Magnorum animalium et corporum¹¹ facilius¹² redditur. Stomacho accommodatissimum caprinum, quoniam frondæ magis, quam herba, vescuntur. Bubulum¹³ medicatius. Ovillum¹⁴ dulcius et magis alit, stomacho minus utile, quoniam¹⁵ est pinguius. Omne¹⁶ autem vernum aequatius æstivo¹⁷, et¹⁸ de novellis: probatissimum vero, quod in ungue hæret, nec defluit. Innocentius decoctum¹⁹, præcipue cum calculis marinis.

Heniochus. Nummus est ex ære maximo Antonini Pii in Thesaurio Regio sine epigraphe, in quo Jupiter puerulus capræ insidet: e regione laurus e basi emicat: in ipsa basi aquila Jovem et caprum respicit. Significat Antoninum Pium ægrotum lacte caprino nutritum fuisse, et nutriri dignum, ut Jovem olim. Aquila imperatorem denotat, laurus, domum Cæsaris, ex Plinio, XV, 39. Confer nummum Commodi imperat. qui nepos Antonini, inscriptum, IOVI IVVENTI. HARD.

9. *Maxime.* . . *dulcissimum.* Quamquam variatio in his integralium partium mutuis relationibus multa est, potes cum W. DEYERUX et ΠΑΡΜΕΝΤΙΚΑ sic ordinare lacteos humores; nempe, si casei abundantiam spectabis, caprinum, ovillum, bubulum, asininum, femineum, equinum; si butyri, ovillum, bubulum, caprinum, femineum, asininum, equinum; si sacchari lactei, femineum, asininum, equinum, bubulum, caprinum, ovillum; tum si seri, asininum, femininum, equinum, bubulum, caprinum, ovillum. A.

10. *Ad.* Post humanum. H.

11. *Magnorum animalium et corpo-*

rum facilius redditur. Aptior lectio, ut sentio, e corpore, quam et corpore. ΠΙΝΤ.

12. *Facilius redditur.* Per alvum exit. DAL. Cons. HARD.

13. *Bubulum.* Majoris est, inquit, efficientiæ in medendo. Medicamentosum Cato dixit de R. R. « De omnibus brassicis nulla est medicamentosior. » HARD.

14. *Ovillum.* Totidem verba facit de ovillo lacte Diosc. II, 75. H.

15. *Quoniam est pinguius.* Et ob crassitiem ægrius coquitur. DAL.

16. *Omne.* Sic etiam Diosc. l. c. Ἰδαρίτερον μίντοι τὸ ἱαρινὸν τοῦ θερινοῦ, καὶ τὸ ἀπὸ χλωρᾶς νομῆς μᾶλλον ἐστὶ μαλακτικὸν κοιλίας. ἔστι δὲ καλὸν γάλα τὸ λευκὸν καὶ ὀμαλὸν τῇ παχύτητι, καὶ συσφιρόμενον, ἐπειδὴν ἐπιτραγῆ ὄνυχι. « Vernum tamen aequatius æstivo, et quod e viridi pascuo est, alvum magis emollit. Probatur maxime candidum, et æquali crassitudine, quod instillatum ungui conglobatur. » HARD.

17. *Aquatius æstivo.* Serosius, ideoque caseus ex eo minus pinguis. DAL. — *Aquatius.* Dilutius. H.

18. *Et.* Et de novellis pratis, pascuisque viridibus. HARD.

19. *Innocentius decoctum.* Quo-

Alvus²⁰ maxime solvitur bubulo. Minus²¹ autem inflat quodcumque decoctum. Usus²² lactis ad omnia intus ex- 3 ulcerata, maxime renes, vesicam, interanea, fauces, pulmones: foris pruritus cutis, eruptiones pituitæ²³, post abstinentiam. Nam ut in Arcadia bubulum biberent phthisici, syntecticique, et cachectæ, diximus²⁴ in ratione herbarum. Sunt inter exempla, qui asininum bibendo liberati sint podagra, chiragra. Medici²⁵ speciem unam addidere lactis generibus, quod²⁶ schiston appellavere. Id²⁷ fit hoc modo: fictili novo fervet caprinum maxime, ramisque²⁸ ficulneis recentibus miscetur²⁹, additis totidem cyathis³⁰

niam minus in nidorem corrumpit ventriculus. DAL. — *Innocentius.*

Diosc. l. c. Ἐψηθὲν δὲ πᾶν γάλα σε-
γρωτοῦ γίνεται καλίας, καὶ μάλιχα
τὸ διαπύρους κόχλαξιν ἐξικμωσθὲν, etc.
• Lac omne decoctum, et illud qui-
dem præcipue a quo lapillorum seu
calculorum ignitorum vi tenuior
pars exhausta est, ventrem adstringit,
etc. • Calculos marinos Plinius
adhibet: fluviatiles Dioscorides:
bos enim, Suida teste, signat vox
græca κόχλαξιν. Porro calculorum
vice, ferreos cylindros ignitos im-
mittere se lacti solitum Galenus
testatur de fac. Simpl. Medic. X,
pag. 280, atque id quidem multo
efficacius. HARD.

20. *Alvus.* Bubulo, asinino, equi-
no, inquit Diosc. l. c. HARD.

21. *Minus.* Minus inflat quod-
cumque semel fervefactum est, ἀπο-
ζισθὲν ἀπαξ, inquit Dioscor. l. c. H.

22. *Usus.* Hæc omnia totidem
fere verbis Diosc. l. c. HARD.

23. *Eruptiones pituitæ.* Pustulas
succo pituitoso tumentes, τὰ ψυδρά-
κια. Ruellius apud Diosc. cap. de
butyro, vertit pustulas albidas. H.

— *Eruptiones.* Seu papularum,
ut diximus XXIV, 5. Diosc. l. c.
πρὸς ἐξανθήματα. HARD.

24. *Diximus.* Libro XXV, 53:
• Arcades quidem non medicami-
nibus uti, sed lacte circa ver, quo-
niam tunc maxime succis herbae
turgeant, medicenturque ubera pa-
scuis. Bibunt autem vaccinum. •
Adjuvat etiam Cels. III, 22: • Lac
quoque, inquit, quod in capitis do-
loribus, et in acutis febribus... pro
veneno est: in phthisi tamen, si-
cut in omnibus longis difficilibus-
que febribus recte dari potest. • H.

25. *Medici.* Hæc totidem verbis
Diosc. II, 77. HARD.

26. *Quod.* Σχισθὲν, hoc est, lactis
genus, ex quo serum exemptum
fuit. Theod. Prisc. II, P. I, cap. 9:
• Ventrem provocabis ex lacte de-
cocto, quod schiston aliqui vocave-
re. • HARD.

27. *Id.* Diosc. l. c. HARD.

28. *Ramisque.* Καὶ κινούμενον κλά-
δῳ συκίνῳ νεοτμήτῳ. HARD.

29. *Miscetur.* Movetur, egitatur.

30. *Cyathis.* Diosc. acetum mul-
sum adsciscit, ὀξύμαλι. HARD.

4 mulsi, quot sint heminae lactis. Quum³¹ fervet, ne circumfundatur, praestat cyathus argenteus cum frigida aqua demissus, ita ne quid infundat³²: ablatum deinde igni, refrigeratione dividitur, et discedit serum a lacte. Quidam³³ et ipsum serum jam³⁴ mulso potentissimum, decoquunt ad tertias partes, et sub dio refrigerant. Bibitur³⁵ autem efficacissime heminis per intervalla singulis, diebus quinis: melius a potu gestari. Datur³⁶ comitialibus, melancholicis, paralyticis, in lepris, elephantiasi³⁷, articu-
5 laribus morbis. Infunditur quoque lac contra rosiones a medicamentis factas. Et si³⁸ urat dysenteria, decoctum cum marinis lapillis, aut cum ptisana hordeacea. Item³⁹ ad rosiones intestinorum, bubulum aut ovillum utilius. Recens quoque dysentericis infunditur: ad colum autem crudum⁴⁰: item vulvae, et propter serpentium ictus⁴¹: po-

31. *Quum*. Dioscor. loc. citat. H.

32. *Infundat*. Ne quid aquae in lac infundatur e cyatho. HARD.

33. *Quidam*. *Le petit lait, le lait clair*. HARD.

34. *Jam*. Sic restituimus admonitu cod. Ch. quin et ipsa scriptoris sententia ita postulante: antecedit enim, *additis totidem cyathis mulsi*, quae nunc verba spectat. In editis perperam *musto*. In R. 2, *multo*. H.

35. *Bibitur*. Diosc. l. c. Πιτίζονται δὲ ὁ ὀρθὸς ἐκ διασήμετος, κατὰ κοτύλην ἄχρι πάντε κοτυλῶν ἐν δὲ τοῖς μεταξὺ διασήμεσι περιπατεῖτωσαν οἱ πιόντες. • Bibitur porro serum, heminis per intervalla singulis, usque ad quinos: ita ut intercedentibus spatiis potantes deambulent. • H.

36. *Datur*. Nempe serum lactis. Haec fere omnia Diosc. II, 76. H.

37. *Elephantiasi*. Q. Seren. cap. 11, de elephantiasi propellenda, pag. 130: • Nonnulli dixere se-

rum prodesse bibendo. • HARD.

38. *Et*. Si fuerit cum alvi exulceratione conjuncta dysenteria, propter bilem quae intestina adurit, infunditur decoctum candentium silicum ope, aut cum hordeacea. Diosc. l. c. HARD.

39. *Item*. Diosc. loc. citat. H.

40. *Ad colum autem crudum*. Intestini coli cruciatum, praesertim ex acri humore. DAL. — *Crudum*. Minime coctum. HARD.

41. *Item vulvae, et contra serpentium ictus, phthisicis, cantharidum aut salamandrae aut buprestis aut pytiocampes venenis*. Vetus exemplar: • Item vulvae et propter serpentium ictus potiusve pytiocampes, buprestis, cantharidum, aut salamandrae venenis. • PINT. — *Item vulvae*. Exulceratae vulvae infundi utiliter Dioscor. quoque admonet loco citato: ἐγχεῖται δὲ καὶ μύτρα εὐκωμίνη. HARD.

tisve⁴² pityocampes, buprestis, cantharidum, aut Salamandrae venenis. Privatim⁴³ bubulum his qui Colchicon⁴⁴ biberint, aut cicutam, aut dorycnium, aut leporem mari, num; sicut asinum contra⁴⁵ gypsum, et cerussam, et sulphur⁴⁶, et argentum vivum: item duræ alvo in febris. Gargarizatur⁴⁷ quoque faucibus exulceratis utilissime.

42. *Potisve*. Sinceram lectionem ex Reg. 2, cod. et eo quem Pintianus vidit, totidem apicibus representamus: neglecta librorum hactenus editorum scriptura: « phthisicis, cantharidum, aut salamandrae, buprestis, aut pityocampes venenis. » Cui orationi prior eo nomine anteponi debet, quod expeditiorem ac planiorem intellectum habet; nec venena modo extrinsecus excepta, sed et intus hausta declarat. Sic etiam Diosc. II, 77: Ποιῖ δὲ τὸ πρόσφατον γὰρ καὶ πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν θανασίμων φαρμάκων δαγμοὺς, καὶ πυρώσεις, ὡς κανθαρίδος, ἢ πιτυοκάμπης, ἢ σαλαμάνδρας, ἢ βουπρήξεως. « Lac autem recens etiam efficax est contra rosiones, et inflammationes a medicamentis exitialibus factas, uti a cantharide, pityocampe, salamandra aut bupreste, etc. » HARD.

43. *Privatim*. Diosc. I. c. et IV, 84; Scribon. Larg. comp. 184, 186, 189, 190 et 191. H. — *Privatim*. . . *dorycnium*. Ad jaceas, vel potius xeranthema, C. ΒΑΥΗΝ dorycnium Diosc. refert, quod sic in Pin. acceperat. Cardiospermum nostrum Cordus existimavit, Codæus *solanum manicum* (e daturis aut belladonis). Dorycnium Clusii est *liseron* Lobelii, dorycnium Tournef. quod cum loto junxit Linn.

VIII.

ac separaverunt HALLER cum aliis, probante WILDENOW. Alii postea leguminosis nomen impositum est. Eandem vocem alio Noster usurpavit, ut venenum quoddam signaret, quod crediderim a Dodæana planta derivatum. A.

44. *Colchicon*. Diosc. ἐρήμερον et Κολχικόν, in Alexand. cap. 5. Herba venenata est, ut quidem suspicamur, de qua XXV, 107. HARD.

45. *Contra*. Contra hæc venena Diosc. lac quodvis adsciscit, Εὐπ. II, 161 seq. HARD.

46. *Et sulphur*. Mirum quod sulphur inter venenata recenseat, quum citra noxam dari possit. Suspicio in græco fuisse θρύον, id est, solanum manicon, Pliniumque legisse θεῖον, id est, sulphur. DAL.—Non insulse quidem Dalec. quamvis audacior æquo Harduinus neget citra noxam sumi genera omnia sulphuris, si præsertim paulo largius hauriantur. Innoxium sulphur, ni aliquid miscetur venenosum, quod in sulphate, ut aiunt, vel sulphurio non uno sæpe potest fieri. Cæterum non errasse in vertendo Nostrum ob id præcipue rear, quod minime res mira est, si Græci crediderint inesse sulphuri virus. A.

47. *Gargarizatur*. Diosc. II, 77, et Marc. Emp. 14, p. 103. HARD.

Et bibitur ab imbecillitate vires recolligentibus, quos atrophos vocant⁴⁸: in⁴⁹ feбри etiam quæ careat dolore capitis. Pueris ante cibum, lactis asinini heminam dari, aut si exitus cibi⁵⁰ rosiones⁵¹ sentirent, antiqui in arcanis habuerunt: si hoc non esset, caprini. Bubuli serum orthopnoicis prodest ante cætera, addito nasturtio. Inunguntur etiam oculi, in lactis heminis sesamæ additis drachmis quatuor tritis in lippitudine. Caprino⁵² lienes sanantur, post bidui inediaм tertia die edera pastis capris, per triduum potō sine alio cibo. Lactis⁵³ usus alias contrarius capitis doloribus, hepaticis, splenicis⁵⁴, nervorum vitio, febres habentibus, vertigini, præterquam⁵⁵ purgationis gratia⁵⁶, gravedini, tussientibus, lippis. Suillum⁵⁷

48. Quos atrophos vocant. Supra lib. XXII, cap. 25, atrophos illos vocat qui cibum non sentiunt. DALC. — Quos. Qui sint atropho Celsus docet III, 22, de tabe et ejus speciebus: «Una est, inquit, qua corpus non alitur, et naturaliter semper aliquibus decedentibus, nullis vero in eorum locum subeuntibus, summa macies oritur: et, nisi occurritur, tollit: ἀτροφίαν hanc Græci vocant. Ea duabus fere de causis incidere consuevit: aut enim nimio timore aliquis minus, aut aviditate nimia plus quam debet, assumit: ita vel quod deest, infirmat: vel quod superat, corrumpitur.» HARD.

49. In feбри. Celsus, loco paulo ante a nobis allato. HARD.

50. Aut si in exitu cibi rosiones sentirent. Voss. aut si exitus cibi rosiones sentirent. Exquisitius. Mox, si hoc non esse e caprino. Lege, si hoc non esset, caprini. GRON.

51. Rosiones. In intestinis, τῶν ἐντέρων δριξίτιν Diosc. II, 77. HARD.

52. Caprino. Scrib. Larg. comp. 132: «Inflatibus lienosis dare oportebit aquam, in qua candens ferrum demissum, vel lac caprinum, capra tantummodo edera pasta.» HARD.

53. Lactis usus alias contrarius, etc. Quia crassum sanguinem gignit, quamvis bonum. Hippocrat. aphoris. 65, lib. V. DAL. — Lactis. Ita Cels. III, 22, Hippocrates quoque S. V. aphor. 64, Γάλα δίδόναι καρπάλυτους, κακόν, etc. HARD.

54. Splenicis. «Lienis morbo dulcia omnia inimica esse, item lac ac caseum,» auctor est pariter Cels. IV, 9. HARD.

55. Præterquam. Nisi si cui purgationis gratia schistum exhibeatur, hoc est, lac sero divisum, inquit Diosc. II, 78. HARD.

56. Purgationis gratia. Si schiston detur. DAL.

57. Suillum. Ita libri omnes: etsi nihil Dioscorides de suillo. Quasobrem haud temere suspicamur unius litterulæ immutatione

utilissimum tenesmo, dysenteriae, nec non phthisicis. Hoc et mulieribus saluberrimum⁵⁸ qui dicerent, fuerunt.

XXXIV. De generibus¹ caseorum diximus, quum de uberibus singulisque animalium membris diceremus. Sextius² eosdem effectus equino, quos bubulo, tradit. Hunc³ vocant hippacen. Stomacho⁴ utiles qui non sint salsi, id est, recentes. Veteres⁵ alvum sistunt, corpusque minuunt, stomacho utiliores⁶: et in totum salsa minuunt corpus, alunt mollia. Caseus⁷ recens cum melle, sugillata emendat, mollis alvum sistit⁸. Sedat tormina pastillis in vino austero decoctis, rursusque in patina tostis cum melle. Saprone⁹ vocant, qui cum sale et sorbis siccis e vino tritus potusque medetur cœliacis. Genitalium carbunculis caprinus tritus et impositus: item acidus cum oxymelite. Maculis in balneo illitus oleo interlinitur¹⁰.

XXXV. E lacte fit et butyrum¹, barbararum gentium

ovillum legi fortassis posse commodius: nam ovillum tenesmo pariter et dysenteriae prodesse scribit Dioscor. II, 77. HARD.

58. *Mulieri saluberrimum*. Morbis supra recitatis vexata. DAL.

XXXIV. 1. *De generibus*, etc. Lib. XI, 96 sq. HARD.

2. *Sextius*. Et Dioscor. quoque II, 80. HARD.

3. *Hunc*. Equinum. Diosc. loc. cit. ἢ δὲ καλουμένην ἵππακην, τυρός ἐστιν ἵππιος, etc. Sic et Hippocr. de Morb. IV, t. 25, p. 144. HARD.

4. *Stomacho*. Totidem verbis Diosc. II, 79. HARD.

5. *Veteres*. Diosc. I. c. ὁ δὲ παλαιότερος, κωλίας χαλτικός. HARD.

6. *Stomacho utiliores*. Uti vice versa inutiliores stomacho iidem, quum recens saliti sunt: ὁ δὲ νεότερος... κακόςμαχος. Diosc. I. c. H.

7. *Caseus*. Dioscorid. I. citat. H.

8. *Mollis alvum sistit*. Legend. *vetus alvum sistit*. ὁ δὲ παλαιότερος κωλίας χαλτικός. Dioscorid. DAL. — *Mollis*. Sic rursus idem c. 58, caseum recentem vaccinum infundi suadet ad dysenterias et tormina. Vim alvum sistendi caseo attribuit passim Galenus. Vide Brassavoli indicem. HARD.

9. *Saprone*. Σαπρόν, quasi marcidum, putrem, vetustate putidum. H.

10. *Interlinitur*. Vicissim illinitur. HARD.

XXXV. 1. *E lacte fit et butyrum*. Butyro Romani non utebantur; quod in regionibus quoque, ubi ob calorem olivæ frequentissimæ sunt, sæpius evenit; et notum est a Romanis barbaras vocari, quidquid septemtrionalium gentium ubique esset. Vide quo pacto

giam Græci etiam appellavere⁴ jam in voluminibus suis. Neque est occulta virium causa, quoniam id animal herbarum radicibus vescitur. Itaque etiam fimo innumeris² usus. Quamobrem non de alia loquimur sue, multo efficaciore femina⁵, et quæ non peperit. Multo vero præstantior in apris est. Usus⁶ igitur axungiæ est ad emollienda, exalfacienda, discutienda, purgandaque. Medicorum aliqui admixto anseris adipe, taurorumque sevo et œsypo, ad podagras uti jubent. Si vero permanet dolor, cum cera, myrto, resina, pice. Sincera⁷ axungia medetur ambustis vel nive : pernionibus autem cum hordei cinere et galla pari modo. Prodest et confricatis membris, itinerumque lassitudines et fatigationes levat. Ad tussim veterem recens decoquitur quadrantis pondere in vini cyathis³ tribus addito melle. Vetus etiam phthisin in pilulis sumpta sanat⁸, quæ sine sale inveterata est. Omnino enim non nisi ad ea quæ purganda sint, aut quæ non sint exulcerata, salsa⁹ petitur. Quidam quadrantes axungiæ et mulsi in vini cyathis¹⁰ tribus decoquunt contra phthises,

4. *Axungiam etiam Græci appellavere.* Seculo Plinii alioqui vox prorsus latina est, ab axibus dicta, vel ipso auctore post paulo. DAL. — *Axungiam.* ὀξύγγιον. Usus ea voce Dioscor. II, 3, laudandus a nobis XXXII, 23, iterumque III, 104. H. — *Axungia*, est medicis cujuslibet animalis adeps.

5. *Quamobrem non de alia loquimur sue, multo efficaciore femina.* Scribo partim ex conjectura : « quam ob rem non de alia loquimur. E sue multo efficacior est femina, » ut paulo post : « E sue quæ non peperit, aptissime utuntur, etc. » PINTIAN. — *Quamobrem*, etc. Quam quæ ad pascua exit, et radicibus alitur, non autem

de illa, quæ in hæræ domi conclusa saginatur. DALZEC.

6. *Usus.* Diosc. similiter, II, 94.

7. *Sincera.* Quæ sine admixto sale. Diosc. II, 94, de suillo adipe, καὶ πυρραβοῦς ἀπυρόται. HARD.

8. *Vetus etiam phthisin in pilulis sumpta sanat.* Vide an commodius legi possit *Vetustam phthisin in pilulis*, etc. Nam sequitur illico : *quæ sine sale inveterata est.* PINTIAN. — *Vetus.* Marc. Emp. 16, pag. 119 : « Axungiæ suillæ, inquit, uncias tres, ex vini vetustissimi cotyla una decoctæ, potui phthisicis datæ potenter remediuntur. » H.

9. *Salsa.* In MSS. Reg. 2, et Ch. *Gallica recipitur.* HARD.

10. *Et mulsi in vini cyathis*, etc.

quarto quoque die picem¹¹ liquidam in ovo sumi jumentorum sevo, pro parte tertia, et pice, pariterque subfervefactis. Sincera¹⁴ partus in abortum vergentes nutrit, collyrii modo subdita. Cicatrices¹⁵ concolores facit cerussa admixta, vel argenti spuma. At cum sulphure, unguium scabritias emendat. Medetur et capillo⁵ fluenti; et ulceribus in capite mulierum cum gallæ parte quarta: et infumata pilis oculorum. Datur et phthisicis unciatim, cum vini veteris hemina decocta, donec¹⁶ tres uncia e toto restent. Aliqui et mellis exiguum adjiciunt. Panis¹⁷ illinitur cum calce, item furunculis, duritiæque mammarum. Rupta, convulsa, et luxata sanat. Clavos, et rimas, callique vitia, cum elleboro albo: parotidas admixta¹⁸ farina salsamentariæ testæ¹⁹: quo ge-

Duo illa verba *in vini*, non leguntur in nostro apographo. PIRT.

11. *Quarto quoque die picem, etc. Quinto die picem liquidam*, in eodem. PIRT. — Sed Hard. et recentt. nostram lectionem servant.

12. *Tantaque est vis, ut genibus etiam adalligata redeat in os sapor.* Considerandum an non *genibus adalligata*, legendum sit, sed *genis illita*. PIRT. — *Tantaque est vis, etc.* Hinc putant quidam unguenta ad morbum gallicum solennia, ex axungia parata magnam salivæ copiam per os educere. DALEC.

13. *Contra.* Hoc est, quævis, qualibet: sive e sue quæ non peperit, sive quæ peperit. HARD.

14. *Sincera.* Minime sale condita, aut aspersa. HARD.

15. *Cic.* Marc. Emp. 4, p. 40.

16. *Donec.* Sunt in hemina drachmæ sexagena, ut dictum est XXI, 109, atque adeo uncia in hemina septem cum semisse, ut ibidem ex Cleopatra diximus. H.

17. *Panis.* Ad panos sanandos. H. — *Rupta, convulsa et luxata sanat,* retinemus, omittentes *spasmata*, quæ dant alii, et Volpy.

18. *Admixta farina.* Pulvere testæ, in qua salsamenta condita.

19. *Salsamentariæ testæ.* Salsamentariæ testæ farinam vocat salsuginis pulverem, qui testæ et fundo, et lateribus inhærescens decutitur,

nerē proficit et ad strumas. Pruritus et papulas in balineo perunctis tollit; alioque etiam modo podagris prodest mixto oleo vetere, contrito una sarcophago lapide, et quinquefolio tuso in vino, vel cum calce, vel cum cinere. Facit et peculiare emplastrum²⁰ LXXV²¹ x. ponderi centum spumæ argenteæ mixtis, utilissimum contra inflammationes ulcerum. Adipe verrino inungi²² putant utile, quæque²³ serpant, illinire cum resina. Antiqui maxime axibus vehiculorum perungendis, ad faciliorem circumactum rotarum utebantur: unde²⁴ nomen: sic quoque utili medicina cum illa ferrugine²⁵ rotarum, ad sedis vitia virilitatisque. Et per se axungiam medici²⁶ antiqui maxime probabant renibus detractam, exemptisque venis aqua cælesti fricabant crebro, decoquebantque fictili²⁷ novo

vel testæ minutim tritæ pulvisculum. DALÉC.

20. *Peculiare emplastrum LXXXV* pondo. MSS. *Facit et peculiare emplastrum LXXV X. ponderi centum spumæ argenteæ mixtis.* Id est, septuaginta quinque denarium ponderi centum denariis. GRON.

21. *LXXV X. p.* Hoc est, septuaginta quinque denarium ponderi axungie, centum spumæ argenteæ denariis mixtis. HARD.

22. *Inungi.* MSS. omnes, vetusto more, *inungi.* Ut supra cap. 14: *Ungui, fricari.* HARD.

23. *Quæque.* Etiam ulcera quæ serpant. HARD.

24. *Unde.* Axungia nempe ita dicta, quo ea curruum axes ungantur, ut facilius circa eos volvantur rotæ, brevique tempore majus conficiant spatium. Græcis plerumque λιπος est. Glossæ Philoxeni: *Axungia λιπος ἐν ᾧ τοῦς ἀξονας χρίουσιν.* HARD.

25. *Ferrugine.* Hoc est, cum ramentis illis, nigrisque sordibus, quæ ex attritu ferreamentorum in modiolis et axe crescunt. HARD.

26. *Medici.* Quos etiam sequutus est Diosc. II, 81, ubi de suillo adipe: *Λαβὼν τὸ πρόσφατον καὶ καταπιμῶν, εἰς ἐστὶ τὸ νεφριτικόν, εἰς ὕδωρ σαφιλὲς ἔμβριον ὡς ἔτι ψυχρότατον ἐξυμένισον, καὶ τρίβει ταῖς χερσὶν ἐπιμῶς ἀνατρέψων αὐτὸ, etc.* Sumito recentem præpinguem, qualis is est, qui renibus detrahitur, et in largiorem aquam cælestem quam frigidissimam exemptis pelliculis immittito, manibusque terito, ipsum accurate fricans, ac veluti distringens, etc. Idem cap. 90: *ἐκτρέβων σφοδρῶς, valde conficando.* HARD.

27. *Decoquebantque fictili novo sæpius, tum demum asservantes.* Scribe: « decoquebantque fictili novo semiuustum demum asservantes, » ex antiquo codice. PIRN.

sæpius, tum demum asservantes. Convenit salsam magis emollire, excalfacere, discutere, utilioremque esse vino lotam. Masurius palmam lupino adipi²⁸ dedisse antiquos tradit. Ideo²⁹ novas nuptas illo perungere postes solitas, ne quid mali medicamenti inferretur.

XXXVIII. Quæ ratio adipis, eadem in his quæ ruminant sevi est, aliis modis, non minoris potentia. Perficitur¹ omne exemptis venis aqua marina vel salsa lotum, mox in² pila tusum, aspersa marina. Crebro postea coquitur, donec odor omnis aboleatur. Mox assiduo sole ad candorem reducitur. A renibus autem laudatissimum est. Si³ vero vetus revocetur ad curam, liquefieri prius jubent: mox frigida aqua lavari sæpius, dein liquefacere affuso vino quam odoratissimo; eodemque modo iterum ac sæpius coquunt, donec virus evanescat. Multi privatim sic taurorum, leonumque, ac pantherarum, et camelorum pingua curari jubent. Usus dicitur suis locis.

XXXIX. Communis et ratio medullarum est. ¹Omnes

28. *Masurius palmam lupino adipi*, etc. Cuncti hactenus *Massurius*: miro sane errore, et ubi ad memoriam recurrere libuerit, evidenti. Scribendum unico tantum *s*, *Masurius*; primam enim habet brevem: ut in illo Persii: « Excepto si quid Masuri rubrica vocavit. » Adstipulante etiam nostro archetypo; recentiores etiam et impressi codices sic habent. PINT.

29. *Ideo*. Vide quæ de suillo adipe diximus initio hujus capituli. Vide et Sext. Pl. cap. 8, de lupo, t. 1, ubi de lupini adipis facultate ad pellenda phantasmata, dæmones, umbras. HARD.

XXXVIII. 1. *Perficitur*. Hæc totidem verbis Diosc. II, 89: Καὶ τοῦ βοείου δὲ ζείατος ἐξυμνιστέον τὸ

νεφριαῖον, καὶ θαλάττην πελαγίαν πλυτέον· εἶτα εἰς ἄμυνον ἐμβλητέον, καὶ κοπτέον ἐπιμαλῶς, ἐπιφφαινομένης τῆς θαλάττης, etc. • Bubulo quoque seu renibus maxime detracto eximendæ pelliculæ, ipsumque aqua marina ex alto petita eluendum: mox in pilam conjectum, adpersa maris aqua, tundendum diligenter, etc. • HARD.

2. *In Mortario*. HARD.

3. *Si vero revocetur*, etc. Eadem et in recenti curam adhibet Diosc. II, 90. HARD.

XXXIX. 1. *Omnes*. Dioscorid. II, 95: Ἄπαντες δὲ εἰσι μαλακτικῶι, θεραπευτικῶι, πληρωτικῶι ὀκλῶν. • Omnes porro medullæ molliunt, rarefaciunt, ad curationem faciunt, et ulcera explent. • HARD.

mollunt, explent², siccant, excalfaciunt³. Laudatissima⁴ cervina, mox vitulina, dein hircina, et caprina. Curantur⁵ ante autumnum recentes lotæ, siccataeque in umbra: per cribrum dein⁶ liquatæ, per lintea exprimuntur, ac reponuntur in fictili, locis frigidis.

XL. Inter¹ omnia autem communia animalium vel præstantissimi effectus fel est. Vis² ejus excalfacere, mordere, scindere, extrahere, discutere. Minorum animalium subtilius intelligitur, et ideo ad oculorum medicamenta utilius existimatur. Taurino³ præcipua potentia, etiam in ære pellibusque colore aureo ducendis. Omne autem curatur recens præligato⁴ ore lino crasso, demissum in ferventem aquam semihora, mox siccatum sine sole, atque in melle conditum. Damnatur equinum, tantum inter venena: ideo⁵ Flamini sacrorum equum tangere non licet, quum⁶ Romæ publicis sacris equus etiam imoletur.

2. *Explent.* Carne replent *ulcera.*

3. *Excalfaciunt.* Hoc falsum, nisi ex calidissimis animalibus fuerint. Sunt enim natura temperatæ. DAL.

4. *Laudatissima.* Dioscorid. loco citato: Μυαλῶν δὲ κράτιστός ἐστιν ἄρμιος, εἴτα μόσχιος, καὶ μετὰ τούτων ταύριος, εἴτα αἰγίος καὶ προβάτιος. Ita et Galenus de fac. simpl. Med. XI, 1, pag. 802. H.

5. *Curantur.* Dioscorid. fere ad verbum, loco citato. HARD.

6. *Dein.* Dioscor. loco citato. H.

XL. 1. *Inter omnia.* Inter remedia. HARD.

2. *Vis.* Εἰσὶ δὲ πᾶσαι αἱ χολαὶ δριμύται θερμαντικαί, etc. HARD.

3. *Taurino.* In medicinae usu taurinum ovillo, hircino, suillo, ursinoque anteponit Dioscorides, loco citato. HARD.

4. *Præligato.* Os folliculi, quo

fel continetur, lino præligandum. Dioscorid. loco citato: Χολὴ πᾶσα ἀποτίθεται τούτω τῷ τρόπῳ. Λαβὼν τὸν πρόσφατον, καὶ ἀποδήσας τὸ στόμα αὐτῆς λίνῳ, κάθειο εἰς ὕδωρ ζέον, etc. HARD.

5. *Ideo.* Affert causam aliam Festus: « Equo vehi Flamini Diali non licebat: ne si longius digrederetur, sacra negligerentur. » Gellius, X. 15, p. 528, ex Fabii Pictoris libris annalibus: « Equo Dialectem Flaminem vehi religio est. »

6. *Quum.* Festus: « Octoher equus appellatur, qui in campo Martio mense octobri immolatur quotannis Marti, etc. » Et verbo *Panibus*: « Panibus redimebant caput equi immolati idibus octobribus in campo Martio, quia sacrificium fiebat ob frugum eventum: et equus potius quam bos immolabatur, quod

XXI. Quin¹ et sanguis eorum septicam vim habet. Item equarum, præterquam virginum, erodit, emarginat ulcera. Taurinus quidem recens² inter venena est, excepta *Ægira*. Ibi enim sacerdos Terræ vaticinatura, tauri sanguinem bibit, priusquam in specum descendat. Tantum potest sympathia illa, de qua loquimur, ut³ aliquando religione, aut loco fiat. Drusus⁴ tribunus plebei traditur caprinum bibisse, quum pallore et invidia veneni sibi dati insimulare Q. Cæpionem inimicum vellet. Hircorum sanguini tanta vis est, ut ferramentorum subtilitas non aliter acrius induretur, scabritia poliatur vehementius, quam lima. Non igitur et sanguis animalium inter communia dici potest, et ideo suis quisque dicetur effectibus.

XLII. Digeremus¹ enim in mala singula usus, pluri-

hic bos frugibus pariendis aptus. • Idibus item decembris, equestribus ludis dexter equus victor Marti sacer immolabatur, teste Plutarch. in Qu. R. pag. 287. Fuit et iste mos aliarum gentium: ut Persarum exempli gratia, Ovidio teste in Fastis, I, 385: « Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum, Ne detur celeri victima tarda Deo. » H.

XXI. 1. *Quin*. Dioscor. II, 97: Τὸ δὲ τῶν ὄχρυν ἰππῶν αἷμα σπυραις μίγνυται. • Equorum admisariorum sanguis in septica, hoc est, erodientia medicamenta additur. • HARD.

2. *Taurinus quidem recens*, etc. Ejus potu Midas et Themistocles mortem sibi consciverunt. Aristophanes in Equitibus: βλατιστον ἡμῶν αἷμα ταύρειον • ὁ Θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἰριστώτερος. Vide Rhod. I. XIV, cap. 12, et supra lib. XI, c. 30. DALLÉC.—*Taurinus*. Vide Diosc. in Alex. 25. HARD.

3. *Ut*. Ea est aliquando vel religionis, vel soli vis, ut sympathia, consensioque, et concordia inde sentiatur, inter res alioqui adversas, ita ut ne venena quidem tum noceant. HARD.

4. *Drusus*. De Druso et Cæpione dicitur lib. XXXIII, c. 6. Meminit caprini sanguinis a Druso epoti, ut Latinorum postulata differret, qui civitatem per illum sperabant, Aurel. Vict. de Vir. Illustr. cap. 66, adjicitque repente concidisse, semianimemque domum relatum; vota pro illo per Italiam publice suscepta, etc. HARD.

XLII. 1. *Digeremus*. Prius legebatur in *animalis singula*, plane contra veterum exemplarium fidem Reg. 2, et Chiff. quem religiose secutus sumus: contraque scriptoris sententiam, qui toto hoc deinde reliquo volumine, ab hoc primum loco auspicatus, non in animalium, sed morborum genera, medicinas di-

numque contra serpentes². Exitio³ his esse cervos nemo ignorat, ut⁴ si quæ sunt, extractas cavernis mandentes. Nec vero ipsi spirantesque tantum adversantur⁵, sed membratim quoque. Fugari⁶ eas nidore cornus, eorum si uratur, dictum est : at e summo gutture ustis ossibus, congregari dicuntur. Pelles⁷ ejusdem animalis substratæ, securos præstant ab eo metu somnos. Coagulum quoque ex aceto potum ab ictu : et si omnino tractatum sit⁸, eo die non ferit serpens. Testes quoque ejus inveterati, vel⁹ genitale maris, salutariter dantur in vino : item¹⁰ venter,

gerit. Adde hujus loci indicem : in quo discrete legitur : « Privata ex animalibus medicina digesta in morbos. » HARD.

2. *Plurimumque contra serpentes.* Scribendum reor *primum*, non *plurimum*. PINT. — *Plurimumque.* Ita libri omnes. Providentiam naturæ commendat, quæ plurima suggerat remedia contra malorum omnium pessimum, hoc est, serpentium ictum. HARD.

3. *Exitio.* Serpentibus. Vide quæ diximus VIII, 50. HARD.

4. *Ut si quæ sunt, extractas cavernis mandentes.* Scribo : « Utique spiritu extractas cavernis mandentes : » sequitur enim continuo, « nec vero ipsi spirantesque tantum, etc. » Causa erroris librario fuit dictio illa, *spiritu*, compendio scripta : pro *spu* enim accepit, *sunt*. PINT.

5. *Nec vero ipsi spirantesque tantum adversantur.* « Nec vero ipsis spirantes tantum adversantur, » in nostro exemplari. PINT.

6. *Fugari.* Cf. supra lib. VIII, cap. 50. HARD.

7. *Pelles.* Q. Seren. Sammon. de serpentium morsibus excludendis,

§ XLVII, v. 23 : « Dicendum et quæ sit præcox medicina timenti Cautio : namque potest diros prævertere morsus... Si tu cervina per noctem in pelle quiesces, Aut genere ex ipso dentem portabis amicium. » Sext. Platon. de Cervo, cap. I, n. 23 : « In cervina pelle si jacuerit, nullus ad hominem serpens accedit. » HARD.

8. *Et si omnino tractatum sit.* *Tactum* legerem potius quam *tractatum* : nam in vetere codice *tractum* habetur. PINT. — *Et.* In MSS. *tractum* : forte, *tactum*. HARD.

9. *Vel.* Nicand. in Ther. p. 43 ; Dioscorid. II, 48 ; Sext. Plat. de Cervo, cap. I, num. 15 : « Naturæ cervi (hoc est genitalis) siccatae et corrosæ, si drachmam unam in sorbitione ovi potaveris, omnis morsus serpentis apud te innocuus fiet, etc. » HARD.

10. *Item.* In cervis, cæterisque ruminantibus, geminus venter est, ut diximus XI, 78. Ex his alter in cervis centipellio nuncupatur, a Gr. echinus et reticulum, quod multis constet plicaturis sinibusque, ac veluti pellibus. Nostris, *la*

quem centipellionem¹¹ vocant. Fugiunt¹² et omnino dentem cervi habentes, aut medulla perunctos, sevove¹³ cervi, aut¹⁴ vituli. Summis¹⁵ autem remediis præfertur hinnulei coagulum, matris utero exsecti, ut¹⁶ indicavimus. Sanguine quoque cervino, si¹⁷ una urantur dracontion, et cunilago, et anchusa lentisci ligno, contrahi¹⁸ serpentes tradunt. Dissipari deinde, si sanguine detracto adjiciatur pyrethrum¹⁹. Invenio apud auctores græcos animal cervo

double.—Sic optime cod. Reg. 2, et Chifflet. non, ut editi, *ventres, centipelliones qui vocantur*. Signat enim e gemino cervi ventre alterum tantum, ut diximus: secutus videlicet summum rei medicæ auctorem Nicandrum, in Theriac. pag. 40, ubi hoc pariter medicamentum adsciscit adversus serpentium morsus: Ἡ δάφου νηδὺν, τὴν δὲ καλέουσι ἐχίνον, Ἄλλοι δ' ἐγκατόντα κεκρόφαλον· ὃν ἀπερύσας ἀρχαγμάων ὄσσον τε δύο καταβάλλο μοίρας Τέτρασιν ἐν κιάθαις μέθους πολιῦ ἀπομίξας. Hoc est, Gorræo interprete: « Aut cervi ventrem, quem multi nomine echinum, Reticulumque vocant, alio sub ventre latentem. Exempta hæc præbe drachmarum pondere binum, Antiqui cyathis temeti mixta quaternis. » Scholiastes vetus in eum locum, pag. 27: Ἰστέον δὲ ὅτι τρεῖς εἰσὶ κοιλίαι. Καὶ ἡ μὲν πρώτη καὶ ἀνω κεκρόφαλος καλεῖται, παρὰ τὸ κρύπτειν τὴν τροφήν. Ἡ δὲ δευτέρα, ἐχίνος, διὰ τὸ ἔχισθαι ἐκαὶ τὴν τροφήν, ἢ διὰ τὸ τραχὺ, ἐν ᾧ πολύπτυχος. Τρίτη δὲ, ἡ ἀποκριτικὴ, cæteraque quæ sequuntur, digna lectu. HARD.

11. *Centipellionem vocant*. Nos vulgo vocamus *le mirefeuille*. Echinum Aristoteles vocat: ἡνυστρον, omasum, *le mullachon*: κεκρόφαλον,

reticulum, *la coiffe*: et μεγάλην κοιλίαν, *la double*. DALÉC.

12. *Fugiunt*. Q. Serenus, loco ante citato a nobis. HARD.

13. *Sevove*. Dioscorid. II, 94. Elephantinus adeps, inquit, « et cervinus peruncti, serpentes fugant. » Τὸ δὲ διαφάντεον καὶ ἀάφειον στέαρ, ἐρπητὰ διώκει καταχρισμένον. HARD.

14. *Aut vituli*. Sic MSS. Reg. 2, aliique, non *hinnuli*, ut libri editi. HARD.

15. *Summis*. Scholiast. Nicandri in Theriac. pag. 27: Νικόνων ἐν ταῖς δυνάμεισι, ἀρίστην τὴν πιτόαν εἶναι φησι, πρώτην τοῦ νεβροῦ, δευτέραν δὲ τὴν τοῦ λαγωῦ, καὶ τρίτην τὴν τοῦ ἐρίφου. Vide Scrib. Larg. comp. Med. cap. 2. HARD.

16. *Ut*. Lib. VIII, cap. 50. H.

17. *Si*. Si simul urantur lentisci ligno. HARD.

18. *Contrahi*. Congregari. H.

19. *Pyrethrum*. Πύρεθρον Dioscor. III, 86, in notis, p. 486. Ῥωμαῖοι, σαλίβαρις. Salivarem Latini appellavere: quod, ut ait Dioscorid. loco citato, commanducata radix pituitam extrahit. In officinis retinet pyrethri nomen: Gallis, *piéd d'Alexandre*. Pingitur a Lobelio in Obs. pag. 447. HARD.

minus, et pilo demum simile, quod ophion²⁰ vocaretur. Sardiniam id tantum ferre solitam. Hoc²¹ interiisse arbitrator, et ideo medicinas ex eo omitto. (x.) Apri²² quoque cerebrum contra eas laudatur cum sanguine. Jecur²³ etiam inveteratum cum ruta potum ex vino. Item adeps cum melle resinaque. Simili modo verrinum jecur²⁴, et fellis

20. *Ophion vocaretur.* Impositum nomen id fuit, quia serpentibus adversetur, et infestum sit. Musmonem esse puto descriptum supra l. VIII, cap. 49. Fit et ejus mentio sub finem lib. XXX, cap. 15. Vel obliviosus, vel parum attentus hic Plinius fuit. DALRO.

21. *Hoc.* Notabile in primis id jam in suspicionem venisse quod nostris diebus clarissima ingenia famæ inseruit. Nec plus de his dicendum quæ omnes intelligunt. Nugabatur h. l. Harduinus. A.

22. *Apri.* Contra serpentes Sext. Plat. de apro, tom. III, c. 7, ad serpentium morsus cerebrum apri laudat, ex melle contritum, impositumque. HARU.

23. *Jecur.* Nicand. in Theriac. pag. 40; Dioscorid. II, 48. H. — *Jecur etiam inveteratum cum ruta potum*, etc. Haud quidem hic jecur, potius vero ruta inservit, quæ tunc stimulantium more, aristolochiarum anguicidæ et serpentariæ, exempli gratia, venenum acre vehementer expellit. Aprino enim jecore uti perinde est ac si cervino, viperino, aquilino, vulpino, lupino, erinacæino et aliis utaris, ac si etiam vitulinam aut bovinam ægrotanti carnem administras, illumque ovis butyroque ingurgites. De hoc autem aprini jecoris usu apud Nicandr. in Theriac. et Dioscoridem,

lib. II, cap. 48, legendum est, ut Hard. supra indicavit. H. CLOQVX.

24. *Verrinum jecur exemptis dumtaxat fibris quatuor obolorum pondere.* Voss. *verrinum jecur et fellis dumtaxat febris* (consentit hactenus Cliffler.) *XIV pondere*; hoc est, denariorum quatuor Gud. et Menap. « Verrinum et jecore fellis dumtaxat libræ pondere. » Ut et Acad. nisi quod *cicore* pro *jecore*. GAZO. — *Exemptis dumtaxat fibris. Et fellis dumtaxat fibra*, in vetusto exemplari. PRX. — *Et.* Et fibra quæ vergit ad fellis folliculum. In libris hactenus vulgatis, *axemptis dumtaxat fibris*, ex interpolatorum videlicet officina, imperite prorsus: nam quid exemptis fibris superesse jecoris ad medicinæ usum, amabo, possit? In R. 2 cod. et eo quem Pintianus vidit, totidem plane apicibus et *fellis dumtaxat fibra*, quæ sincera sane scriptura est, egregie stabilita Nicandri testimonio in Theriac. p. 40, ubi hanc ipsam medicinam tradit et explicat: Ἡ ἀπὸ κάπρου ἥπατος ἀμύρτατον κίρσας λοβόν, ὅς τε τραπέζης ἔκρύεται, νεύει δὲ χολῆς σχεδὸν ἡδὲ πυλάων. Καὶ τὰ μὲν ἀνσύμμεκτα πίναν δέθι, ἀνδιχα κόψας Ὀξίος ἢ οἶνης: κλίειν δ' αἰὼς ἔθεται οἶνης. GORRÆUS interpret: « Aut cape summam Apragni fibræ jecoris, quæ nata trapeza Vergitur ad bilis follem, portisque propinquat. Hæc

dumtaxat fibra, x. quatuor²⁵ pondere, vel cerebrum in vino potum. Caprarum²⁶ cornu vel pilis accensis, fugari serpentes dicunt, cineremque e cornu²⁷ potum vel illitum contra ictus valere : item lactis haustus cum uva taminia, vel urinæ cum aceto scillite : caseum caprinum cum origano impositum²⁸, vel sebum cum cera. Millia præterea 4 remedium ex eo animali demonstrantur, sicut apparebit : quod equidem miror, quum²⁹ febris negetur carere. Amplior³⁰ potentia feris ejusdem generis, quod numerosissimum esse diximus. Alia vero et hircis. Democritus etiamnum effectus ejus auget, qui³¹ singularis natus sit. Fimo³² quoque caprarum in aceto decocto illini ictus serpentium placet, et recentis cinere in vino : atque in

tusa, et mixto diluta bibantur aceto, Aut vino : virtus sed longe maxima vino. Τράπεζα et πύλη τῆς τροφῆς, partes sunt jecoris anatomicis cognitæ. Sic paulo post, ubi scripsimus X quatuor, hoc est, denarium quaternum pondere, interpolatorum pari oscitantia, quatuor obolorum in libris hactenus editis legatur. HARD.

25. X quatuor. Hoc est, denarium quatuor. HARD.

26. Caprarum. Sext Plat. de capro et capra, tom. III, cap. 5 : Ad serpentis morsum : « Pulverem de cornu capræ et ejus lac cum origano, et vini cyathis tribus bibat, venenum excutit. » HARD.

27. Cineremque eorum potum vel illitum. Voasian. cinereque et cornu. Scribe : « Cineremque e cornu potum vel illitum : » ut Gud. Academicus, Menapius. GRON.

28. Caseum caprinum cum origano impositum. Res forte, si caseum vetus salissimumque sit, et, ut aiunt chymici, ammoniaca impræгна-

tum, fieri potest. Aliter haud concipitur. H. CLOQUET.

29. Quum febris negetur carere. Obnoxias quidem esse morbo comitiali Plutarchus scribit in Quæst. Roman. quæst. 3. DALZG.—Quum. Vide quæ nos supra diximus ad lib. VIII, cap. 76. HARD.

30. Amplior. Silvestribus : capreis, rupicapris, aliisque, de quibus VIII, 79. HARD.

31. Qui. Qui solus ex matre sit genitus. HARD.

32. Fimo quoque caprarum in aceto, etc. Quidni? Aceti vis, una parte, satis evidens; dum, altera parte, ammoniacam stercori hujus quadrupedis inclusam aliqua certe virtute quoque vigere non minus clarum est. Etenim ammoniaca volatiliss et liquida, sive Gallorum alkali volatilifluor, chymicorum recentiorum acetas ammoniacæ, aqua Luca succinata et alcaliscentis ut ferunt codices pharmacopœi, quotidie a medicorum universa fere gente laudantur, nec immerito. H. CLOQUET.

totum difficilius se¹ recolligentes a serpentium ictu, in
 5 caprilibus³³ optime convalescunt. Qui³⁴ efficacius volunt
 mederi, occisæ capræ alvum dissectam cum fimo intus
 reperto statim illigant. Alii carnem recentem hædorum
 pilo³⁵ suffiunt, eodemque nidore fugant serpentes. Utun-
 tur³⁶ et pelle eorum recente ad plagas, carne et fimo equi
 in agro pasti, coagulo³⁷ leporis ex aceto, contraque scor-
 pionem et murem araneum. Aiunt autem non feriri le-
 poris coagulo perunctos. A scorpione percussis, fimum
 capræ efficacius cum aceto decoctum auxiliatur: lardum³⁸
 6 jusque decocti potum his, qui buprestin hauserint. Quin-
 etiam si quis asino³⁹ in aurem percussus a scorpione se
 dicat, transire malum protinus tradunt, venenataque
 omnia accenso ejus pulmone fugere. Et fimo vituli suffiri
 percussos a scorpione prodest.

1 XLIII. Canis rabiosi¹ morsu facta vulnera circumcidunt
 ad vivas usque partes quidam, carnemque vituli admo-
 vent, et jus ex eodem carnis decoctæ dant potui, aut

33. *In caprilibus.* Caprile, locus est, in quo capræ servantur. Vox etiam Columellæ familiaris. H.

34. *Qui.* Nicand. in Theriac. p. 67. HARD.

35. *Pilo.* Cum pilo. HARD.

36. *Utuntur.* Habbarrhamanus Ægyptius, IX, pag. 68: « Hædi statim atque excoriatur, si pellis accipies particulam, eamque mor- sui serpentum applicabis, educetur venenum, et curabitur patiens. » H.

37. *Coagulo.* Dioscorid. II, 21, pariter ex aceto potandum: e vino præbet Sext. Plat. de lepore, t. XVI, cap. 2. Imponi cum propoli jubet auctor Kiranidum, II, pag. 86. HARD.

38. *Lardum.* Scrib. Larg. comp. 190 ad buprestin: « Adjuvantur

item passo plurimum, et lacte muliebri, et jure suillo pingui accepto, etc. » HARD.

39. *Quin etiam si quis asino, etc.* Res fere supra fidem, neque ulli umquam credenda fuit. Tamen Auctor Kiranidum, p. 90: « Si quis autem a scorpione percussus fuerit, et dixerit in auricula asini, Quantum scorpio me percussit! percussus quidem sanabitur, asinus autem morietur. » AJ.

XLIII. 1. *Canis rabiosi morsu facta vulnera circumcidunt, etc.* Non tum sane jus aut applicatio vitulinæ carnis, non axungia cum calce tusa prosunt, sed recte valet ad vivas usque partes et nunc cauterii atque adustionis ad instar prædicata circumcisio. H. CLOQUET.

axungiam cum calcē tusam. Hirci jecore imposito, ne tentari quidem² aquæ metu affirmant. Laudant³ et capræ fimum ex vino illitum⁴: melis, et cuculi, et hirundinis decoctum et potum. Ad⁵ reliquos bestiarum morsus caprinum caseum siccum cum origano imponunt, et bibi jubent: ad hominis morsus carnem bubulam⁶ coctam, efficacius vituli, si non ante quintum diem solvant.

XLIV. Veneficiū rostrum lupi resistere inveteratum aiunt, ob idque villarum portis præfigunt. Hoc idem præstare et pellis e cervice¹ solida existimatur²: quippe tanta

2. *Hirci jecore imposito ne tentari quidem*, etc. Olim, *Laudant hirci jecur: quo imposito ne tentari quidem aquæ metu firmant*. Brevior scripta lectio. Reliqua redundant. PINT.—*Hirci jecore imp.* Absurda et inepta fabula, quam quotidiana debellare facile possit experientia. H. CLOQUET.

3. *Laudant*. Habdarrhamanus Ægyptius, interprete Ecchellensi, cap. IX, p. 68: «Capri fimus cum aliqua parte seminis raparum applicatus morsui canis rabidi, proderit non parum, et sanabit etiam.» HARD.—*Laudant et capræ fimum ex vino*. Non omnino rejiciendum hocce remedium, quippe quod stimulans causticis haud absimile se præbet. Abdarrachman ben Abizenad, quem Galli *Habdarrhaman l'Égyptien* vocant, non igitur immerito, in hoc casu, istum fimum, ut ex Harduino potest nosci (vid. not. init.), cum raparum seminibus commendaverit, interprete Abrahamo Ecchellensi. Rapæ enim semina vino acriora et idcirco præstantiora. H. CLOQUET.

4. *Ex vino illitum*. Olim aut

VIII.

melle. Duo postrema verba delenda erant. DALEC.

5. *Ad reliquos bestiarum morsus*, etc. Q. Serenus, cap. de ictibus scorpii, etc. «Ad cunctos autem morsus, ictusque minorum, Caseus aptus erit simæ de lacte capellæ; Cunque hoc absumi debet origanus herba: Hæc duo mirificis curabunt ista medelis.» HARD.—*Caprinum caseum siccum cum origano imponunt*. Sic jam, ut vides, Q. Serenus Sammonicus, et alii bene multi, sed immerito. H. CLOQUET.

6. *Ad hominis morsus carnem bubulam coctam*, etc. Non absurdum, sed inutile, nec alio efficacius emolliente remedium. Tantum ut refrigerans et aquosis infartum principis sese gerit hoc pseudo-medicamen. Sic non sentit tamen Plinius Valer. Plinii Secundi auctoritate fretus, lib. III, cap. 52. H. CLOQUET.

XLIV. 1. *Et pellis e cervice*. Integra. MSS. Reg. 2, et Chiff. «e cervice solida manica existimatur.» HARD.

2. *Solida existimatur*. Sola, absque carne subjecta. DALEC.

vis est animalis, præter ea quæ³ retulimus, ut vestigia ejus calcata equis afferant torporem⁴.

XLV. *lis qui argentum vivum biberint, lardum remedio est¹. Asinino² lacte potu venena restinguuntur, peculiariter³ si hyoscyamum potum sit, aut viscum, aut⁴ cicuta, aut lepus⁵ marinus, aut opocarpa-*

3. *Quæ retulimus.* Lib. VIII, cap. 34. HARD.

4. *Vestigia ejus calcata equis afferant torporem.* Dicitur de ea re iterum cap. 80. HARD. — Res ea sane non neganda est; et hodie legibus physiologicis plane explicatur; sic, calcando canis vestigia, perdix, lepus, phasianus, cuniculus, coturnix subito fugiunt; sic acute sibilante crotalo, sic vastis faucibus insatiabilique gula hiante boa, horrent contremiscuntque passeres, dum gelidus ima currit per ossa pavor, et, ut ita dicam, *magneticus*, omnis cynegesis venationisque fundamentum. H. CLOQUET.

XLV. 1. *lis qui argentum vivum biberint, lardum remedio est.* Quod argentum vivum statu, ut aiunt, metallico est, illud venenis nequaquam annumerant. H. CLOQUET.

2. *Asinino.* Plin. Val. III, 53. HARD. — *Asinino lacte potu... venena restinguuntur... aut cicuta.* Ubi irritando nocere venena, non sine auxilio lac jubebis ebibi, quippe quod emollire solet; at quum non irritatio, sed torpore narcoticis incessit laboranti, iis, verbi gratia, qui cicutam, hyoscyamum, et cæterum id genus hausere, inutile lac erit, et quæ e vegetalibus acida deprompta sunt, illa usu certissime præstant. *As.* — *Asinino lacte venena*

restinguuntur. Nihil sane recentiori medicinæ magis consentit, si quædam dumtaxat intelligas. Ab Scribonii Largi ætate (composit. 181) hocce quotidie lac sic commendatur, præcipue si venenum acre ac causticum, aut exulcerans, se præbeat, quod jam Guettardus animadverterat. H. CLOQUET.

3. *Peculiariter.* Scrib. Largus in comp. 181, ad alterum, sive hyoscyamum: • Adjuvatur lacte potu asinino quam plurimo: vel quolibet alio recenti per se, vel decocto, etc. • HARD. — *Peculiariter si hyoscyamum potum sit,* etc. Non est hyoscyami lac asininum antidotum. Valent hic et emetica, et acidula. H. CLOQUET.

4. *Aut.* Scrib. Largus, comp. 179. HARD. — *Aut cicuta.* Sic de cicuta, ut antea de hyoscyamo. H. CLOQUET.

5. *Aut lepus.* Scrib. Largus in compos. 186. HARD. — *Aut lepus marinus.* Veterum lepus marinus, aut λαγώς θαλάσσιος, est Recentiorum, Gmelini peculiariter, *aplysia depilans*, quæ leporis terrestris colorem tantum, sed nec formam, nec agilitatem ullo refert modo, et quæ Oceani simul ac mediterranei maris littora frequentat. Odorem virosi nauseosumque spargit, sed veneni specialis ferocisque videtur expertus; nam experientia quotidiana

thum⁶, aut pharicon⁷, aut dorycnium⁸, et si coagulum⁹ alicui nocuerit : nam¹⁰ id quoque venenum est prima lactis coagulatione¹¹. Multos ejus et alios usus dicemus¹². Sed meminisse oportebit recenti utendum, aut non multo postea tepefacto. Nullum enim celerius evanescit. Ossa quoque asini confracta et decocta, contra

Plinio, Aetio, Scribonio Largo, Nicandro, Dioscoridi, Galeno, Avicennæ, Paulo Æginetæ, Apuleio, Eliano; et permultis aliis, qui, inter ea quæ venenum habent, nullum lepore marino pestilentius æstimabant, repugnant planissime. H. CLOQUET.

6. *Aut opocarpathum.* Ea vox carpathi succum significat. Diosc. in præf. Alex. et cap. 13, τὸν τοῦ καρπάθου ἔρῳν et ἑποκάρπαθον vocat, atque in letalium censu ponit. Apparet ex Galeno I de antidot. myrrhæ speciem odore mentiri, et venenum esse. HARD.

7. *Pharicon.* Pharicon quibusdam ab insula Pharo: aliis ab Arcadicis Pharis: aliis a Phæris Thesaliæ: aliis a Pharide Lacedæmoniæ: interpreti Nicandri ab inventore Pharico, Cretensi, venefico. Dioscorides inter simplicia venena recenset, cum τσο, dorycnio, solano, manico, etc. Hesychius et Scribonius Largus compositum esse volunt. Evanescit mortifera vis illius, auctore Phylarcho, vel odore solo mali cydonii: quod quum accidat et veneno parari solito ab Hispanis, ex albo veratro, tingendis in venatu sagittis, Guilandinus Hispanicum id venenum Pharicum esse suspicatur. DALEC. — *Aut pharicon.* De Pharico pariter Dioscorid.

in Alex. cap. 19. Scribon. Largus, compos. 195: « Pharicum et ipsum dicitur et compluribus componi. gustumque habere nardi. Potum autem facit spasmon, cito exanimat, etc. » A Pharico Cretensi venefico alii, alii a Pharo insula nomen deducunt. Tam nobis incognitum, quam præcis notum. HARD.

8. *Aut dorycnium.* Scrib. Largus, compos. 191; Diosc. in Alex. c. 6. HARD.

9. *Coagulum alicui nocuerit.* Lac coagulatum: est enim illud venenum, quum epotum in stomacho coagulatur. HARD.

10. *Nam.* Adversus lac intus coagulatum remedia alia Dioscorides sufficit in Alex. cap. 26. HARD.

11. *Lactis coagulatione.* Supra lib. XX, cap. 14: « Menta coire densarique lac non patitur: quare lactis potionibus additur, ne hujus coagulati potu strangulentur. » Primam lactis coagulationem, *colostrationem* vocat, cujus supra meminit, lib. XI, c. 41, et proximo superiori hujus. DALEC.

12. *Usus dicemus.* Usum carnis asininæ in tabidis Plinius tacet, quam, sanato Bathylide Cretensi, veluti per jocum, apud Ælianum, de Animal. lib. XI, cap. 35, Serapis dens ὀνειαρόρον θεραπεῖαν καὶ ἰασιν vocat. DALEC.

leporis marini venenum dantur. Omnia eadem onagris¹³ efficaciora. De equiferis non scripserunt Græci¹⁴, quoniam terræ illæ non gignebant. Verumtamen fortiora omnia eadem, quam in equis intelligi debent. Lacte¹⁵ equino venena leporis marini, et toxica expugnantur: Nec uros aut bisontes habuerunt Græci in experimentis, quanquam bove fero refertis Indiæ silvis: portione tamen eadem³ efficaciora¹⁶ omnia ex his credi par est. Sic quoque lacte bubulo cuncta venena expugnari tradunt, maxime¹⁷ supra dicta: et si¹⁸ ephemerum impactum sit: aut si cantharides datæ, vomitione omnia egeri¹⁹: sic²⁰ et caprino jure cantharidas. Contra ea vero quæ exhulceratione²¹ enecant, sebum²² vitulinum vel bubulum auxiliatur. Nam²³

13. *Onagris*. Ex asinis silvestribus petita. HARD.

14. *De equiferis non scripserunt Græci*. Vide lib. VIII, cap. 15, et lib. XVI, capite 9; apud Ælianum de Animal. Arist. Problem. Quæst. 44, cap. 10. Idem ἰππελάφους memoravit, Hist. cap. 1, urosque ac bisontes boum silvestrium nomine. DALEC. — *De equiferis*. Equiferum credimus esse eum, quem Germanorum vocabulo *élan* appellamus: equicervum Albertus, ut diximus VIII, 16. HARD.

15. *Lacte*. Scribon. Larg. comp. 186. HARD.

16. *Efficaciora*. Quam e domesticis et nostris. HARD.

17. *Maxime*. Hoc ipso cap. H.

18. *Et si*. Dioscorides, II, 77. HARD. — *Et si ephemerum impactum sit*. Id olim nomen *digitaliæ* impositum Columna vult, FUCHS *convallariæ*, Matthiolus uni e *lysimachiis*, Hermannus *eranthemo capensi*, PLUMENET cuidam *elamiciæ*, et non uni

Commelinæ; at TOURNÉFORT generi huic quod postea *Tradescantiam* Linnæistæ dixerunt. AZ.

19. *Aut si cantharides*. . . egeri. Si cantharides stomachum adhuc complerent, vomendo expelli illæ possent, sed hausto lacte nequaquam: non inutilis tamen liquor evaderet, dum emolliret vi solita. AZ.

20. *Sic*. De caprino jure Diosc. suffragatur, lib. II, cap. 94. Etiam de agnino Scribonius Larg. comp. 189: — Ad cantharidas adjuvat bene et jus pingue agninum, et ex bubula carne factum, etc. — HARD.

21. *Exhulceratione*. Stomachi et intestinorum. HARD.

22. *Sebum*. MSS. fere ubique, sebum pro sevo scribunt. HARD.

23. *Nam*. Marc. Emp. cap. XVI, pag. 121: — In eo aceto, inquit, in quo prius ferrum fervens sit extinctum, butyrum missum, et calefactum, paulatim, si absorbeatur, ejiciet de stomacho sanguisugas. — HARD. — Vid. inf. not. 24.

contra sanguisugas potas butyrum remedio est²⁴, cum aceto ferro calefacto : quod et per²⁵ se prodest contra venena. Nam si²⁶ oleum non sit, vicem ejus repræsentat. Multipedæ morsus cum melle sanat. Omasi quoque jure⁴ pote²⁷ venena supra dicta expugnari putant, privatim vero aconita et cicutas : itemque vitulino sevo. Caprinus caseus recens, his qui viscum biberint : lac²⁸ vero contra cantharidas remedio est, et contra ephemeris potum cum

24. *Contra sanguisugas potas butyrum remedio est.* E butyro auxilium nullum ; sed Recentiores id experimentis demonstraverunt mero vetere parce potas illas mox in illis necari. *ΑΓ.*

25. *Per se.* Solum, ac sine alio adjumento. *ΗΑΡΔ.*

26. *Nam si.* Dioscorid. similiter de butyro, II, 81 : Καὶ πρὸς τὰ θανάσιμα, μὴ παρόντος ἐλαίου χρῆσιμύτι. « Usurpatur et contra venena, si desit oleum. » *ΗΑΡΔ.*

27. *Omasi quoque jure pote,* etc. In vetusto exemplari, *omnia si quoquiquitur jure*, quæ lectio castigatores impulit, ut sic emendarent, uti dixi : quum tamen impressi codices habeant, « omnia sesami quoque jure pote, etc. » quam lectionem non omnino spernendam censeo, quum Dioscorides, libro secundo, sesamum contra venenatorum animalium morsus pollere tradat. *ΠΙΝΤ.* — *Omasi.* Neque omasi modo, quod pinguius est, crassiusque bovis intestinum, sed et carnis bubulæ jure aconita pelli Nicander admonet. Sic libri omnes post Hermolaum editi. Parmensis editio, « omnia sesami quoque jure pote, » improbanda penitus lectione, quanquam Pintianus approbat : neque enim

medicinæ modo tractantur, quæ ex frugibus, sed quæ ex animalibus peti possunt. Neque vero ex omaso tantum, ut diximus, sed et e pingui bubula carne jus prodesset ad aconita pellenda, auctor est Nicander in Alex. pag. 132 : Καὶ τὸ βοῦς νεαγίντα περιφλιδῶντος ἀλιφῆ, Τηξάμενος κορέσαιο πότῳ ἰγγανδέα νηδύν. Ubi Scholiastes vetus : Καὶ μοσχάρου, inquit, κρέατος (sic enim emendo, pro κέρατος) ἰψήσας περισφριγώντος καὶ περιπλήθοντος τῷ λίπαι, πλήρωσον τὸ ποτόν ζωμῷ. Καθ' ὑπερβολὴν γὰρ ὁ τοιοῦτος ζωμὸς ὠφελῆι. Gorræus Nicandri versus sic translulit : « Pocula sint etiam, quibus exsaturere, liquamen Excocti vituli, atque in pingua jure soluti. » Ζωμὸν βόειον, et κρέως λιπαροῦ ζωμὸν, jus bubulum e pingui carne bubula adversus aconita commendat etiam Dioscorid. *Εὐπ.* II, num. 137, p. 120, et Scribonius Largus, comp. 188. Quin et *omasi cocti jure pote* satius fuerit fortasse scribi, quum in codd. Reg. 2, et Chifflet. *omasi quoque* legatur. *ΗΑΡΔ.*

28. *Lac.* Caprinum videlicet. *Sext.* Platon. cap. v, de capra et capro, tit. 33 : « Si quis cantharidas biberit : Capræ lac bibat, liberabitur. » *ΗΑΡΔ.*

taminia uva. Sanguis²⁹ caprinus decoctus cum medulla contra toxica venena sumitur: hædinus contra reliqua. Coagulum hædi contra viscum³⁰, et chamæleonem album, sanguinemque taurinum, contra quem et leporis coagulum est ex aceto. Contra pastinacam³¹ vero et omnium marinorum ictus vel morsus, coagulum leporis, vel hædi, vel agni, drachmæ pondere ex vino. Leporis³² coagulum et contra venena additur antidotis. Papilio quoque lucernarum luminibus advolans, inter mala medicamenta numeratur. Huic contrarium est jecur caprinum: sicut fel veneficiis ex mustela rustica factis³³. (XI.) Hinc deinde revertemur ad genera morborum.

XLVI. Capilli¹ defluvia ursinus² adeps admixto³ ladano

29. *Sanguis*. De caprino hædinoque sanguine contra toxicum subscripsit et Dioscorides in Alex. c. 20. HARD.

30. *Viscum*. Ἰξίαν. Viscosus is humor est, qui ex radice et fructu chamæleontis albi, quum præciduntur, manat. DALEC. — *Contra*, etc. Hoc est, contra viscum, quem et chamæleonem album vocant, ut diximus lib. XX, cap. 51. Figura hæc est quam grammatici vocant, ἢ διὰ δούλι, familiaris præsertim poetis. HARD. — Cæcutit Dalec. dum vult innoxium Plinio visum viscum.

31. *Contra pastinacam*. Totidem fere verbis Plin. Val. lib. III, cap. 54. HARD.

32. *Leporis*. Nicand. in Theriac. pag. 40, et in Alex. pag. 132. H.

33. *Ex mustela rustica factis*. Nam ejus fel contra aspidas efficax, cætero venenum est, infra lib. XXIX, cap. 4. DALEC. — *Ex*. Vide quæ diximus IX, 109. HARD.

XLVI. 1. *Capilli*. Hæc pariter Marc. Emp. cap. VI, pag. 45 sq. Sext. Platon. tit. I, cap. XIII de urso, *Ad capillos fluentes, et ut crescant*: • Ursinus adeps cum ladano et vino vetere mixtus, etc. • Dioscorides etiam, lib. II, p. 94; Galenus de Fac. simp. med. lib. X, c. 1, p. 302. H. — *Capilli defluvia... emendat*. Hodie quoque, nec forsam omnino nugantes, jactant olea, illi inprimis quibus commercium circa hæc versantur. Per eos nempe lentis humoribus molliri capillitium, atque eo devenire, ut nec findantur comæ, nec tabescant. Quin cuti non parum accedere firmitudinis, ergo non mirum comas quæ sic adhærere ac tenaciores fieri, si quis præsertim ladanum addiderit, confortativum, ut aiunt, gummi genus. Viderint de his chymicæ rei studiosiores. A7.

2. *Admixto ladano*. Plantæ campestriæ *galeopum* genere: docti vocant *galeopsin ladanum*. *Ladanum*

et *adianto*³ continet, alopeciasque emendat, et raritatem superciliarum, cum fungis lucernarum, ac fuligine, quæ est in rostris⁴ earum. Porrigini⁵ cum vino prodest. Ad hanc⁶ et cornus cervini cinis e vino, utque non *tædia*⁷ animalium capillis increscant. Item⁸ fel caprinum cum creta Cimolia et aceto, sic ut paulum capiti inarescant⁹. Item fel¹⁰ scrofinum cum urina tauri. Si vero vetus sit, etiam *furfures* adjecto sulphure emendat¹¹. Cinere genitalis asi-

quoque vel *labdanum* dicunt piceam quædam substantiam quæ solet e variis *cisti* speciebus in insulis et circa oras interni maris colligi. *AJ.*

3. *Adianto*. E privativa littera et *divitæ*, unde sensus: planta quæ nunquam madet, non gratis dato nomine, si quidem humorem non servant folia et lævia, et minuta; *capillariam* vulg. vocant. *AJ.*

4. *Rostris*. Pars acuminata lucernarum, quæ manubrio adversa est. Icones varias lucernarum apud antiquos Fortunius Licetus exhibet, opere singulari de Lucernis, pag. 600 sqq. Habemus et nos in Museo nostro. *HARD.*

5. *Porrigini*. *Adeps* ursinus. *H.*

6. *Ad hanc*, etc. Ad porriginem emendandam. *Marc. Emp. cap. VI, pag. 46. HARD.*

7. *Tædis increscant*. *Lendes*, pediculosque intelligit. In libris editis, *inhærescant*. Nos ex *Reg. 2*, et *Ch. increscant*. Favet *Marc. Emp. cap. IV, pag. 41*: « Cornu cervinum in scobem limatum, et cum vino potum, lendes enecat, renascique non patitur. » Et p. 43: « Cervini cornus scobes limatæ, et ex vino potui datæ, pedunculos in capite, lendesque nasci non sinunt. » *HARD.*

8. *Item*. Nempe ad porriginem tollendam. *HARD.*

9. *Sic ut paululum capilli inarescant. Sic ut paulum capilli inarescant*, in vetusto codice, ut infra hoc ipso capite: « ad palpebras vero evulso prius pilo cum succo oleris, ita ut unctio inarescat. » *PIXR.*

10. *Item fel*. Libri omnes editi hactenus: « item fel hircinum. » Nos *scrofinum* restituumus, admonitu codicum *Reg. 2* et *Chiffi*. tum vero adducti testimonio *Marc. Empir. cap. IV, pag. 41*, ita scribentis, « Lotio taurino caput si laveris, porriginem vetustissimam tollit. Vetustam porriginem mire adimes, si herbæ cyclaminis, id est, orbicularis, succo sulphuris aliquantum miscueris, et fel scrofinum, atque inde caput in balneo bene perfriabis. » Et sulphur quoque *Plinius* mox adjicit, ad porriginem vetustam. *HARD.*

11. *Furfures adj. sulphure emendat*. *Furfurum* species non quidem paucas, antequam probe nossent, medici voluere utcumque pelli; nec apud Veteres solum multiplex in hac therapeuticæ parte incessit variatio, sed et inter Neotericos, qui nunc acidum nitricum applicari jubent exanthematis, nunc oxida complura metallica; quorum princeps sane oxidum e manganese,

nini, spissari capillum putant, et a canitie vindicari, si¹³ rasis illinatur, plumboque tritus cum oleo¹³. Densari¹⁴ et asinini pulli cum urina : admiscentque nardum fastidii gratia¹⁵. Alopecias¹⁶ felle taurino cum Ægyptio alumine tepefactis¹⁷ illinunt. Capitis¹⁸ ulcera manantia urina tauri efficaciter sanat : item hominis vetus, si cyclaminum adjiciatur et sulphur. Efficacius¹⁹ tamen et vitulinum fel : quo cum aceto calefacto et lendes tolluntur. Sevum²⁰ vitulinum cum sale tritum, capitis hulceribus 3 utilissimum. Laudatur²¹ et vulpium adeps : sed²² præcipue

interdum cicutam, tum aquam phagedenicam, arsenicum, cobaltum, aquam saturninam, unguentum citrinum, butyrum ex antimonio, etc. etc. nam tacendum de horribili emplastro quod Ambrosii Parei tempore in elevandis furfuribus prædicabatur, et de isto molliori quidem, nec tamen probando, quod vulgo aiunt *calotte*. Videtur præstare ipsissimum id quod hoc loco Noster commendat, sulphur scilicet, nam fel scrofinum inutile est. Nostras ALIBERT, qui in nosocomio Parisino *de Saint-Louis*, exanthemata multa observavit, nihil ait puritati restituendæ utilius quam axungiam, ubi flores e sulphure; tum injectam cuti molliter et sæpe aquam sulphuream fictitiam huic similem, quam Neapolis mittit et oppidulum nostrum *Barrèges*. A1.

12. *Si*. Si rasis capillis capiti illinatur. HARD.

13. *Plumboque tritus cum oleo*. Nam plumbum contactu colore nigrum inducit. DAL.

14. *Densari*. Subintellige genitali. HARD.

15. *Fastidii gratia*. Ne fastidium

moveat urinæ gravis odor. DALÆC.

16. *Alopecias*. Marc. Empir. IV, pag. 42, cum nitro et vino adhibet. HARD.

17. *Tepefactis*. Tepefactis prius capillis. HARD.

18. *Capitis*. Habdarrhamanus Ægyptius, cap. VI, p. 49 : « Qui caput lavabit urina boum, capillorum impediet fluxum, et si quæ sunt in capite hulcera, sanabuntur. » Ad porriginem eximendam eodem medicamento utitur Marcellus Empiricus, capite IV, pag. 41, adjecto similiter sulphure et cyclamino. HARD.

19. *Efficacius*. Plin. Val. I, 5, et Marc. Emp. IV, p. 41. HARD.

20. *Sevum*. Plin. Valer. I. cit. et Marc. Emp. IV, p. 40. HARD.

21. *Laudatur*. Item sanguis, Habdarrhamano auctore, ad abigendos furfures, scabiemque capitis, commendatur in primis, cap. XXIX, p. 111. HARD.

22. *Sed præcipue fel et fimum cum sinapis*. In vetusto codice, « Sed præcipue fel lupinum cum sinapis, etc. » PINT.—*Sed*. In Reg. 2 cod. et eo quem Pintianus vidit, « sed præci-

felis fimum cum sinapis pari modo illitum. Caprini²³ cornus farina vel cinis, magisque hircini, addito nitro et tamaricis semine, et butyro oleoque, prius capite raso, mire continent ita fluentem capillum. Sicuti carnis cinere ex oleo illito supercilia nigrescunt. Lacte²⁴ caprino lentes tolli tradunt: fimo cum melle alopecias expleri: item²⁵ unguarum cinere cum pice, fluentem capillum contineri. Leporinus²⁶ cinis cum oleo myrteo capitis dolorem sedat: item aqua²⁷ pota, quæ e bovis aut asini potu relicta est: et²⁸, si credimus, vulpis masculæ genitale circumligatum: cornus²⁹ cervini cinis illitus ex aceto aut rosaceo, aut ex irino.

XLVII. Oculorum epiphoras¹ bubulo sevo cum oleo

pue fel lupinum. » In libris ad hunc diem editis, et in Colb. 3, cæterisque MSS. « sed præcipue fel et fimum. » Nos ex indubitata conjectura, *felis fimum* rescripsimus. Auctor enim sic emendandi Sext. Platon. exstitit, cap. xvii, *de catu*, tit. 1, *Ad capitis alopecias*: « Catæ sterminus siccum cum sinape æquis ponderibus cum aceto contritum, et impositum, capitis alopecias sanat. » Felem vero ab astutia catum vocari, tralatitium est, tritumque jam sermone vulgi. HARD.

23. *Caprini*. Sext. Plat. cap. v, de capro et capra, tit. 8, *Ad capillos fluentes*: « Capræ cornu fure mixto cum oleo myrtino, capillos fluentes retinet, et crescere facit. » HARD.

24. *Lacte*. Alopecias eo sanari egregie Marc. Emp. prodidit cap. vi, pag. 45. HARD.

25. *Item*. Dioscor. II, 46: Οἱ δὲ τῶν αἰγῶν ἐνοχλεῖς καίντες, ἀλωπεκίας καταχρίσμενοι σὺν ὄξει θεραπεύουσι. H.

26. *Leporinus*. Plin. Val. I, 6. H.

27. *Item aqua*. Plin. Val. I, 1, et Marc. Emp. cap. 1, p. 35. H.

28. *Et*. Credit Sextius Platon. cap. iiii de vulpe, tit. 10, *Ad capitis dolorem*: « Natura vulpis circumdata capiti, dolorem statim tollit. » Naturam Veteres genitale dixere. HARD.

29. *Cornus*. Marc. Empir. 1, ad capitis dolores, pag. 37: « Cornus cervini exusti cinis, illitus fronti ex aceto et rosaceo prodest. » Et Plin. Valer. I, 1: « Cervini cornu cinis illitus ex aceto et rosaceo prodest. » MSS. omnes hoc loco, *aut rosaceo*, præ se ferunt. HARD.

XLVII. 1. *Oculorum epiphoras*. Quod vitii genus lacrymantium sponte ac perpetuo, nec urgente causa cur doleas et reluctantæ voluntatis imperio, est. Laxiores sæpe membranæ incusantur, interdum et irritatio. Quod si posterius vere in causa fuerit, Plinianum medicamen forte non inutile. AS.

cocto illinunt. Cervini cornus cinere scabrities eorundem inungunt² : mucrones autem ipsos efficaciores putant. Lupi excrementis circumlini suffusiones prodest³. Cinere eorum cum Attico melle inungi obscuritates : item⁴ felle ursino. Epinyctidas, adipe aprugno cum rosaceo⁵. Ungulæ⁶ asininæ cinis inunctus e suo lacte, cicatrices oculorum, et albugines tollit. Medulla⁷ bubula ex dextro crure priore trita cum fuligine, pilis et palpebrarum vitiiis angulorumque occurrit : calliblephari modo fuligo in hoc usu temperatur : optime ellychnio papyraceo, oleoque sesamino, fuligine in novum vas pennis detersa. Efficacissime tamen evulsos ibi pilos coercet. Felle tauri cum ovi albo, collyria fiunt : aquaque dissoluta inungunt per

2. *Cervini cornus cinere scabritias eorum inungunt.* Vossianus, *scabritias eadem. Lege,* « scabritias eorundem inungunt. » Acad. Gud. Men. « eodem unguine sanat : mucrones etiam ipsos. » GRÆC. — *Cervini.* Dioscor. II, 63, hunc cinerem impense laudat, ad fluxiones oculorum et hulcera, πρὸς τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς ἔλκη καὶ βεύματα. Addi in collyriis auctor est Sext. Platon. cap. 1, de cervo. HARD.

3. *Suffusiones prodest.* Palpebras in suffusione. DAL. — *Suffusiones.* Hoc est, palpebras circumlini eo fimo juvat, in suffusione oculorum. Marc. Empir. cap. VIII, pag. 59 : « Lupi fimus diu perfrictus ad summam lævitatem, cum melle mixtus et inunctione adhibitus, oculorum ὑποχύσις discutit, et ad summam claritatem eos perducit, suffusione siccata. » De ejusdem felle Habbarrhamanus, cap. XXIII, pag. 95 : « Lupi fel inditum oculis per modum collyrii, ipsorum abi-get caligationem, et aquam in eos

descendentem impedit, ne coalescat. » HARD.

4. *Item.* Marc. Empir. cap. VIII, pag. 62. HARD.

5. *Epinyctidas, adipe aprugno cum rosaceo.* Cave, ne credulus male hæc in praxin adducas. Epinyctides pustulæ acri humore refertæ, unde rubet quam maxime hulceris ambitus. Nec parum Pliniano linimento inflammatio cresceret ; quæ sane mali causa inprimis est. AJ.

6. *Ungulæ.* Marc. Emp. VIII, p. 68. Sed cum asinino, muliebri lac idem adsciscit : cætera sunt paria. H. — Nihil hinc auxilii ; nec cineri vis inest, aut quam Plinius asserit, aut de qua ullus uspiam cogitaturus est. AJ.

7. *Medulla.* Marc. Empir. VIII, pag. 70 : « Lucernam fictilem de papyro, et medulla vaccina concinnato, atque ejus fumo sive fuligine pro calliblepharo utere, quo palpebras exesas et glabras sæpius inungendo, decentissimas facies. » HARD.

quadriduum. Sevum vituli cum anseris adipe et ocimi³ succo, genarum⁸ vitii aptissimum est. Ejusdem⁹ medullæ cum pari pondere ceræ et olei vel rosacei, addito ovo, duritiæ genarum illinuntur¹⁰. Caseo¹¹ molli caprino imposito ex aqua calida epiphoræ sedantur : si tumor sit, ex melle. Utrumque vero sero calido fovendum¹². Sicca lippitudo¹³, lumbulis¹⁴ suum exustis atque contritis, et impositis, tollitur. Capras negant lippire, quoniam eæ quasdam herbās edant : item¹⁵ dorcadas : et ob id fimum earum cera circumdatum nova luna devorare jubent. Et quoniam noctu æque quoque cernant, sanguine¹⁶ hircino sanari lusciosos putant, nyctalopas¹⁷ a Græcis dictos :

8. *Genarum.* Hoc est, palpebrarum. Vide quæ diximus lib. XI, cap. 36 et 57. HARD.

9. *Ejusdem.* Marc. Emp. VIII, pag. 71 : « Vituli medulla cum cera et oleo rosaceo aënis ponderibus liquefacta, et permixta, et ad emplastri modum imposita, duritias palpebrarum, et si qua illic in modum pilularum nascuntur, commollit ac discutit. » HARD.

10. *Duritiæ genarum illinuntur.* Dari ac scirrhusi tumores, grandines Pauli, calculi Aetii. DAL.

11. *Caseo.* Marc. Emp. VIII, pag. 57, et Plin. Val. I, 14. HARD.

12. *Utrumque vero sero calido fovendum.* Epiphora cum tumore palpebrarum et oculorum, et sine tumore. DAL.—*Utrumque.* Utraque epiphora : et quæ cum tumore conjuncta, et quæ sine tumore. Serum caprinum idcirco Plin. Val. adhibet, quo foveri oculos præcipit, per quindenos dies, I, 22. HARD.

13. *Sicca lippitudo.* Ἐρροφθαλμία Græcorum, arida lippitudo Celso,

in qua non fluunt oculi, sed tumet, rubent, cum dolore et pruriginè gravescunt, palpebris nocturna pituita cohærentibus. DAL.—*Sicca lippitudo.* Ἐρροφθαλμία, arida lippitudo Corn. Celso: quum in oculorum angulis asperitates et pruriginès, et veluti hulcera fiunt, pruritus oculorum sine rheumate : a siccitate nomen habet. HARD.

14. *Lumbulis suum tostis atque,* etc. Musculis lumborum interioribus, quos γόας vocant: tostis potius, quam retorridis. DAL.

15. *Item.* His nomen est ab acie, a subtilitate visus. Δορκάς, παρά τὸ βλέπω. Ὁξυδιρκάς γὰρ τὸ ζῶον, καὶ ἰσόμματος, inquit Etymologus. Plura vide apud Bochart. part. I, lib. III, de Anim. cap. 25, pag. 925. HARD.

16. *Sanguine.* Marc. Emp. VIII, pag. 70. HARD.

17. *Nyctalopas.* Νυκτάλωπας. Græcis νυκτάλωψ proprie is olim esse videtur, qui noctu melius quam interdiu cerneret: a nocturno enim aspectu vox ea deducta est.

*4 capræ¹⁸ vero jocinere, in vino austero decocto. Quidam¹⁹ inassati jocineris sanie inungunt, aut felle capræ, carnesque eas vesci, et dum coquantur oculos vaporari his præcipiunt. Id²⁰ quoque referre arbitrantur, ut rutili coloris fuerit²¹. Volunt et oculos suffiri, jocinere in ollis decocto: quidam inassato. Fel²² quidem caprinum pluribus modis assumunt: cum melle²³, contra caligines: cum

Sic Theod. Prisc. I, 10: «Nyctalopes vero, qui per noctem vident, et per diem obscuritatem patiuntur.» Eadem his deinde remedia suggerit, quæ mox a Plinio afferuntur: Festus «Luscitio, vitium oculorum, quod clarius vesperi quam meridie cernit.» Sic Hipp. Præd. II, tit. 40, pag. 517. Sic in *Isagoge* sua Galenus. Sed idem rursus ibidem nyctalopas etiam dici testatur, qui contra parum die, vespere autem noctuque nihil aspiciant: atque ita prorsus nyctalopas Paulus Ægineta, e Latinis Cornel. Cels. VI, 6, fere accepit. Eosdem et lusciosos, et luscitiosos dixere Latini, parum et ipsi sibi quoque dum Græcos sequuntur, in earumdem vocum significatione constantes. HARD.

18. *Capræ*. Sext. Plat. de caprea, cap. IV, tit. 2, ad eos qui ab hora decima (hoc est, binis horis ante solis occasum) non vident: «Jecur capræ in aqua calida salsa coquantur, et ejus vaporem oculi excipiant, et ex eadem aqua oculos foveant: sed et jecur edant, et ex liquefacto inungantur. Quidam jecur ejus assant in craticula: et fluentem saporem colligunt, et ex eo inunguntur. Quidam coctum vel assum jecur capræ cum pane edunt, et

idem bibunt.» Quod de capris domesticis Plinius retulit, hoc Sextus de capreis: quoniam, ut Plinius animadvertit, cap. 42, «amplior potentia est feris ejus generis.» HARD.

19. *Quidam*. Cels. VI, 6: «Præter hæc imbecillitas oculorum est, ex qua quidam interdum satis, noctu nihil cernunt... Sic laborantes inungi oportet humore jocineris, maxime hircini: si minus, caprini, ubi id assum coquitur, excepto: atque edi quoque ipsum jecur debet.» HARD.

20. *Id*. Habdarrhamanus Ægyptius, cap. IX, pag. 61: «Rubræ capræ jecur si torrebis, et instillabis ex eo in oculos, proderit eorum caligationibus, et sanabit eos.» HARD.

21. *Si rutili coloris fuerint*. «Ut rutili coloris fuerint,» in antiquo codice, et paulo post, «Rupta in ea parte,» lege contrario ordine, «In ea parte rupta.» PINT.

22. *Fel*. Sext. Plat. de caprea, tit. 5 et 8, hæc totidem ferme verbis. HARD.

23. *Cum melle*. Q. Serenus, cap. XIV, de oculorum dolore mitigando, p. 133: «Hyblæi mellis succi cum felle caprino, Subveniunt oculis dira caligine pressis.» H.

veratri candidi tertia parte, contra glaucomata : cum vino²⁴, contra cicatrices, et albugines, et caligines, et pterygia, et argema : ad palpebras vero evulso prius²⁵ pilo, cum succo oleris²⁶, ita ut unctio inarescat. Contra²⁷ ruptas tuniculas, cum lacte mulieris. Ad omnia²⁸ inveteratum fel efficacius putant. Nec abdicant fimum²⁹ ex melle illitum, epiphoris : contraque dolores, medullam, item pulmonem leporis³⁰ : et ad caligines fel cum passo³¹ aut melle. Lupino quoque adipe, vel medulla suum, fricari oculos contra lippitudines præcipiunt. Nam vulpinam linguam³² habentes in armilla, lippituros negant.

24. *Cum vino.* Plin. Val. I, 20. Cum melle contra albugines Habdarrhamanus adhibet, cap. IX, pag. 217. HARD.

25. *Ad palpebras vero evulso prius pilo.* Pilo pungente. DAL. — *Ad Habdarrhamanus Ægyptius*, cap. IX, pag. 63 : « Si redundantes in palpebris pilos depilabis, et obduces locum felle capræ, nequaquam amplius renascentur. » HARD.

26. *Oleris.* Brassicæ. HARD.

27. *Contra ruptas tuniculas.* Sext. Plat. l. c. HARD.

28. *Ad omnia.* Ad oculorum mala proxime numerata. Hactenus legebatur, *ad omnia inveterata*, quum vel ipsa loci sententia *fel inveteratum* scribi h. l. postulet : id quod egregie confirmat Sext. Plat. cap. IV de caprea, t. 8, ubi eadem prorsus cum Plinio tradit. « Ad caliginem oculorum, inquit, fel capræ drachma I et modicum vini cum melle, ut possit teri, inunges : sanantur : idem facit et ad cicatricem, et argemata, et nephelion, et glaucomata, et pterygia, si ex eo felle inungantur. Item

ex eo felle inungantur palpebræ cum oleris succo : extractos pilos non sinit renasci. Facit et ad ruptiones ex ictu tunicularum cum lacte mulieris tepido. Hoc autem fel quanto vetustius fuerit, tanto melius erit. » HARD.

29. *Nec abdicant fimum.* Plin. Val. I, 14. HARD.

30. *Item pulmonem leporis.* Sext. Plat. de lepore, l. c. tit. 3, ad oculorum dolores : « Pulmo leporis superpositus, et alligatus dolores oculorum mirifice sanat. » HARD.

31. *Sedat caliginem fel cum passo.* Ex Chifflet. præbent *caligines*. Sed præterea Vossianus : « item pulmonem leporis. Et ad caligines fel cum passo aut melle. » Idque multo commodius orationi, quum præcesserit : « Ad omnia inveterata. » GROX.—*Et ad caligines.* Sext. Plat. II, de lepore, tit. 8, ad caliginem oculorum : « Leporis fel cum melle mixtum et inunctum, oculos clarificat. » HARD.

32. *Nam vulpinam linguam habentes.* Similis superstitionis et illud est quod refert Marc. Empir.

XLVIII. Aurium¹ dolori et vitii medetur urina apri in vitro servata : fel² apri vel suis, vel³ bubulum cum oleo cicino et rosaceo æquis portionibus. Præcipue⁴ vero taurinum, cum porri succo tepidum, vel cum melle, si suppuret. Contraque odorem gravem per se tepefactum in malicorio. In ea parte rupta⁵ cum lacte mulierum efficaciter sanat. Quidam⁶ etiam ingravatas⁷ aures sic per-

cap. VIII, pag. 66 : « Ad albuginem oculorum detergendam efficax hoc remedium. Vulpem vivam capies, eique linguam præcides, ipsamque vivam dimittes: linguam autem ejus arefactam phœnicio ligabis, et collo ejus qui albuginem patietur suspendes. » HARD.

XLVIII. 1. Aurium. Marc. Emp. IX, pag. 75 : « Urina apri servatur in vitro, sed melius cum vesica ipsius, quo modo ei sublata fuerit: hæc tepens infusa auribus unice prodest. » Et pag. 81 : « Apri lotium infusum auriculæ valde medetur : quod quia vetustum magis prodest, collectum servari debet in vase vitreo, ut sic ad remedia præparatum. » Sic etiam Plin. Val. lib. IX, et Sext. Plat. cap. VII de apro, tit. 12. HARD.

2. *Fel.* Sic MSS. Reg. 2 et alii. Sic Marc. Emp. pag. 75, sed aprugnum, aut verrinum, porcinumve, dummodo non de scrofa, ad eos usus commendat. HARD.

3. *Fel.* Pro cicino laurinum habet Habdarrhmanus Ægyptius, nisi vitium interpretis est : sic enim ille cap. VI, pag. 39 : « Tauri fel addito oleo lauri, vel unguento rosarum, inditum auribus, hulcera ibi enata curat, et mitigat dolores. » In cod. Ch. citrino, mendose. HARD.

4. *Præcipue.* Sic libri omnes editi,

cum Reg. 2, cod. aliisque. Dalecampius ex Ch. *si superet*, subintellege *dolor*, inquit, plane contra auctoris sententiam. Est enim ejus loci intellectus, si suppuret, si pus auricula faciat, mel adjici oportere. Plin. Val. I, 10 : « Si putruerit auricula, aut vermiculos fecerit, fel taurinum ex melle despumato æquis mensuris mittes in testam rudem, quam impones carbonibus, ut lento igne ferveat, donec in urtum admisceatur. Hocque medicamen in vase vitreo colliges : et quum necesse fuerit ad curam tepefacies in calyce, et mundata aure ex lana medicamentum infundes. » Mel Plin. Val. adhibet tantum : mulsum Sext. Plat. cap. IX de tauro, tit. 5, ad aurium dolorem : « Fel taurinum mulso infusum, et auribus instillatum sanat. » Porri modo succum, ut noster Habdarrhmanus Ægyptius, interprete Eccheleni, cap. V, pag. 38 : « Fel homum liquefactum in aqua porrorum, et instillatum auribus, ipsarum sedat dolores. » HARD.

5. *In ea parte rupta.* Nempæ fractas auriculas. HARD.

6. *Quidam etiam in gravitate aures sic perluendas putant. Ingravatas non in gravitate,* in eodem. PIRAT.

7. *Ingravatas.* Audiendi gravitate laborantes. HARD.

luendas putant. Alii⁸ cum senecta serpentium et aceto includunt⁹ lana collutas ante calida aqua. Aut¹⁰ si major sit gravitas aurium, fel cum myrrha et ruta in malicorio excalfactum infundunt : lardum¹¹ quoque pingue : item fimum asini¹² recens cum rosaceo instillatur : omniaque ea tepefacta. Utilior¹³ equi spuma, vel¹⁴ equini fimi recentis cinis cum rosaceo. Sevum¹⁵ bubulum cum adipe anserino, butyrum¹⁶ recens. Urina capræ, vel tauri, aut fullonia vetus calfacta, vapore per lagenæ collum subeunte. Admiscent et aceti tertiam partem : et aliquid urinæ vituli, qui nondum herbam gustaverit. Fimum etiam mixto felle ejusdem. Et cutem, quam relinquunt

8. *Alii.* Dioscor. II, 19 Marc. Emp. cap. IX, pag. 81 : « Cum felle vitulino, et aceto parimensura, serpentis senectus, id est, exuvias decoctas, et lanula madefacta medicamentum auriculæ insertum, maximæ utilitatis esse creditur, si prius ferventi aqua de spongia aurem foveris. » HARD.

9. *Includunt.* Non, ut editi hactenus libri, *lanas*. Ipse paulo inferior hoc capite : « Lana autem medicamina ea includuntur. » Unde nostræ scripturæ constat optime fides. HARD.

10. *Aut.* Habdarrhamanus, cap. VI, pag. 49 : « Fel vaccæ liquefactum cum aliqua parte corticum maligranatorum contusorum, et instillatum auribus proderit tinnitui et sonitui. » HARD.

11. *Lardum.* Marc. Emp. cap. IX, pag. 79 : « Ad aurium dolorem, quæ pus emittent, lardum vetustissimum teres in mortario, et succum illum lana delicata collectum, in auriculam immittes, et subinde aqua calida fovebis, et iterum suc-

cum illum infundes : mira velocitate sanabis. » HARD.

12. *Item fimum asini,* etc. Quidquid fimi e jumentis est, particulis constat sane animalibus quarum vis diversa; namque hæc, ut aiunt, volatiles, aptiores vero illæ ad solvendum, quædam ut plurimum calfaciunt. Sed etsi ex his aliquam fateamur in sanando malo non inutilem, patet vim ejus cæterarum accessione diminui, meliusque principium hoc, quodcumque est, solum et sincerum, remotis illis quæ aut adulterant, aut deflectunt, usurpandum. Ergo empiricis et rusticis ista linquenda. AZ.

13. *Utilior.* Marc. Emp. cap. IX, pag. 81 : « Spuma equi recens detracta et cum oleo roseo infusa, auricularum quamvis vehementes dolores resolvit. » HARD.

14. *Vel.* Ad verbum Plin. Val. I, 9. HARD.

15. *Sevum.* Vel ut in MSS. *sebum.* Plin. Val. I. c. HARD.

16. *Butyrum.* Marc. Emp. cap. IX, pag. 81. HARD.

3 angues, excalfactis prius auribus. Lana autem, medica-
mina ea includuntur. Prodest¹⁷ et sevum vituli cum anseris
adipe, et ocimi succo : ejusdem¹⁸ medulla admixto cumino
trito infusa. Virus¹⁹ verrinum e scrofa exceptum prius-
quam terram attingat, contra dolores. Auribus fractis
glutinum, e naturis²⁰ vitulorum factum, et in aqua
liquatun. Aliis vitiis²¹ adeps vulpium. Item²² fel caprinum
cum rosaceo tepido, aut porri succo : aut²³ si sint rupta
ibi aliqua, e lacte mulieris. Si²⁴ gravitas sit audiendi, fel

17. *Prodest.* Plin. Val. l. c. et
Marc. Emp. cap. ix, pag. 75. H.

18. *Ejusdem.* Marc. Emp. cap. ix,
pag. 11. HARD.

19. *Virus verrinum.* Quod verres
in coitu effundit. DALEC. — *Virus.*
Semen quod effundit in coitu. Marc.
Emp. l. c. « Verris quum scropham
saliet, priusquam in terram destil-
let, de verendis ejus virus exceptum
tepefactumque, et cum aquæ mo-
dico auriculæ inditum, quamvis
molestos, dolores relevat. Quod
etiam circa auriculam illitum plu-
rimum prodest. » HARD.

20. *E naturis.* E genitalibus. Na-
turas Latini genitalia appellave-
runt, ut alibi monuimus. Ita Sext.
Plat. cap. III, *Naturam vulpis* dixit.
Id vero Dalecampius quum nesci-
ret, e *naribus vitulorum* emendare
nitebatur. At Plinius infra, cap.
50, « glutinum factum e genitalibus
vitulorum » aperte dixit. HARD.

21. *Aliis vitiis.* Aurium ut gravi-
tati. DAL. — *Aliis.* Aliis aurium
doloribus. Sext. Plat. cap. III de
vulpe, tit. 15, ad aurium dolo-
rem : « Adeps vulpis remissus, et
instillatus sanat. » Diosc. II, 41, de
vulpe : Καὶ τὸ ζῆαρ αὐτῆς ταχὺν καὶ
ἕγγυθὲν, ὡτὸς πόνον παύει. « Adeps

lupinus liquefactus, infususque,
etc. » Sic et Galen. κατὰ τόπ. III,
1, p. 403. HARD.

22. *Item.* Plin. Val. I, 9. Apol-
lon. apud Galen. κατὰ τόπ. III, 1,
pag. 395, ad verbum. Et Habdar-
rhamanus Ægyptius, ix, pag. 62 :
« Recipe de felle caprarum, admisce
aliquid aquæ porrorum, instilla in
aures doloribus affectas, mitiga-
buntur earum dolores. » HARD.

23. *Aut.* Ita libri omnes editi.
Reg. 2 : « Aut si rupta sint aliqua
ibi. » Non placet tamen ea scriptura
Dalecampio : legi « si sint suppu-
rata, » vel « suppurantia ibi aliqua »
mavult. Defendit vulgatam lectio-
nem Marc. Emp. cap. ix, pag. 76 :
« Fel ovillum, inquit, cum lacte
mulieris instillatum, etiam ruptas
interius auriculas certissime sanat. »
Sic paulo ante hoc cap. Plinius
idem *in ea parte*, hoc est, in auri-
cula, *felle taurino* dixit « cum lacte
muliebri efficaciter rupta sanari. »
HARD.

24. *Si.* Q. Serenus, cap. XIII, de
aurium vitiis, pag. 132 : « Felque
bovis surdis etiam prodesse loquun-
tur, Si jungas olidæ grave quod
minxere capellæ. » Marc. Emp. cap.
ix, pag. 79 : « Adversus gravitatem

bubulum cum urina capræ, vel hirci, vel si pus sit. In quocumque autem usu²⁵ putant hæc efficaciora in cornu caprino per dies viginti infumata. Laudant²⁶ et coagululum leporis tertia denarii parte, dimidiaque sacopeni in ammineo vino²⁷. Parotidas²⁸ ursinus adeps comprimit pari pondere ceræ et taurini sevi. Addunt quidam hypocisthidem²⁹, et per se butyrum illitum, si prius foveantur feni Græci decocti succo. Efficacius cum strychno. Prosunt et vulpium testes³⁰, et taurinus sanguis aridus tritus. Urina capræ³¹ calefacta, instillata auribus: fimumque³² ejusdem cum axungia illitum.

XLIX. Dentes mobiles confirmat¹ cervini cornus cinis, 1

audiendi, inquit, fel bubulum cum urina hirci, auriculæ, quæ molestiam surdiginis patitur, instillabis, etc. » Lotium capræ per se laudat Sext. Plat. v, tit. 18, ad aurium dolorem. HARD.

25. *Usu*. Sive ad aures fractas, sive ad audiendi gravitatem, sive ad alia vitia hæc adhibeantur. Marc. Emp. ix, p. 181: « Lotium caprinum instillatum dolorem sedat: quod magis prodesse suppuratis auribus affirmatur: ob quam causam præsentis auxilii, plures exceptum, ex cornu caprino inditum, in fumo suspensum, diligenter ad necessarias medelas reservant. » HARD.

26. *Laudant*. Sext. Platon. 11 de lepore, tit. 15, ad aurium dolorem: « Leporis coagululum auriculæ infunditur. HARD. »

27. *Ammineo vino*. Quod scilicet DURINET, not. in Gall. Plinii interp. a prunis ait fieri solere quæ uvarum Narbonensium *campoles* magnitudinem asequuntur: cæterum cf. Plin. lib. XIV, cap. 2. AJ.

28. *Parotidas*. Plin. Val. I, 13,

et Marcell. Emp. xv, pag. 107. H.

29. *Hypocisthidem*. Succus h. l. indicatur e cisti fructibus tritis et certis solitus manare, qui vi multa fertur stringere. AJ.

30. *Prosunt et vulpium testes*. Marc. Empir. cap. xv, pag. 109. Sext. Plat. cap. de vulpe, tit. 7, ad parotidas. Et auctor Kiranidum, pag. 103. HARD.

31. *Urina capræ*. Non externo igne et adventitio, sed nativo calore, si Marcello Empirico credimus, cap. ix, pag. 79: « Lotium caprinum, inquit, sub eo momento quo egeritur, tepidum auri obtusæ infundes. » HARD.

32. *Fimumque ejusdem*, etc. Sext. Platon. cap. v, de capro et capra, tit. 21, ad parotidas, etc. « Capræ stercus cum melle commixtum mire sanat. » Sic etiam Plin. Valer. I, 13. HARD.

XLIX. 1. *Dent. m. confirmat*. Affectum cum eodem citato remedio Galen. lib. V κατά τόπους, γομφίαν vocat, ut et Dioscorid. lib. II, cap. 63. DAL. — *Dentes*. Marcellus

doloresque² eorum mitigat, sive infricentur, sive colluantur. Quidam³ efficaciorum ad omnes eosdem usus crudi⁴ cornus farinam arbitrantur. Dentifricia⁵ utroque modo fiunt. Magnum remedium est in luporum capitis cinere: certumque est in excrementis eorum plerumque inveniri ossa. Hæc adalligata eundem effectum habent. Item⁶ leporina coagula per aurem infusa contra dolores: et capitis eorum cinis⁷ dentifricium est, adjectoque⁸ nardo mulcet graveolentiam oris. Aliqui⁹ murinorum capitum cinerem miscuisse malunt. Reperitur in latere leporis acui os simile¹⁰: hoc scarificari dentes¹¹ in dolore suadent. Talus bubulus accensus, eos¹² qui labant cum dolore, admotus confirmat: ejusdem cinis cum myrrha, dentifricium est. Ossa¹³ quo-

Emp. XII, pag. 92, et XV, p. 109. Sext. Plat. cap. I, de cervo, n. 2: «Cornu cervi combustum (hoc est, redactum in cinerem) dentes qui moventur, confirmat, si pro eo dentifricio quis utatur.» Sic et Dioscor. II, 63, et ante hos Cels. VI, 9. Scribon. Larg. Comp. 60: «Hoc cum eo quod candidos facit dentes, tum etiam confirmat, Augustam constat usam. Nam Messalina Dei nostri Cæsaris (Claudii) hoc utitur. Cornuum cervi ustorum in ollam novam ad cinerem redactorum sextario uno, etc.» H. 2. *Doloresque.* Conf. Plin. Val. I, 36. HARD.

3. *Quidam.* Marc. Emp. cap. XII, pag. 94. HARD.

4. *Crudi.* Non exusti. HARD.

5. *Dentifricia.* Hoc est, et ex cinere combusti cornus cervini, et ex scobe crudi. De his Q. Serenus, cap. XV, pag. 134: «Quod vero assumpsit nomen de dente fricando, Cervino ex cornu cinis est, aut ungula porcæ Torrida: vel cinis

ex ovis: sed non sine vino, Muricis aut tosti, vel bulbi extinctæ favilla, etc.» HARD.

6. *Item leporina coagula.* Sext. Plat. II, de lepore, tit. 15. H.

7. *Et capitis eorum cinis.* Marc. Emp. cap. XI, pag. 88. HARD.

8. *Adjectoque.* Marcell. Empir. l. c. HARD.

9. *Aliqui.* Huc pertinet quod ait Marc. Emp. l. c. «Murinus cinis, id est, pulvis exusti muris, cum melle, dentibus infrictus, halitum fœtidi oris emendat.» HARD.

10. *Acui os simile.* Acutum et mucronatum processum intelligit, quem anatomes periti, ob eandem cum acu similitudinem, βελονοειδῆ ἀκρόποιον vocant. Situm est id os in latere capitis ad maxillæ radicem. DALEC.

11. *Hoc scarificari dentes.* MSS. Reg. 2, aliique, hoc scarificare. H.

12. *Eos.* Dentes. HARD.

13. *Ossa.* Q. Seren. loco allato. Marc. Emp. XII, pag. 94, et Plin. Val. I, 36. HARD.

que ex unguulis suum combusta, eundem usum præbent: item ossa¹⁴ ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices vertuntur. Iisdem sanari, demissis in fauces jumentorum¹⁵, verminationes notum est¹⁶: sed et combustis dentes confirmari. Asinino quoque lacte percussu vexatos, aut dentium ejusdem cinere: lichene¹⁷ item equi cum oleo infuso per aurem. Est¹⁸ autem hoc non hippomanes¹⁹, quod alioqui noxium omitto, sed in equorum²⁰ genibus, ac super unguilas. Præterea²¹ in corde equorum invenitur 3

14. *Item ossa.* Marc. Emp. XIII, pag. 99: «Pernæ scrofinae os, inquit, quod est amplissimum, combustum, tritumque, optimum, et salubre dentifricium præstat: giugivas enim siccatur et adstringit: dentesque ab humoris injuria et tumore defendit.» HARD.

15. *In fauces jumentorum.* Cornu indito, ut fit a veterinariis. DAL.

16. *Verminationes notam est.* Vermina Festo: dolores corporis cum quodam minuto motu, quasi a vermibus scindantur: tormina, τρέφους. DALEC. — *Verminationes.* Dentium vermes. Ea vox vermium proprie ortum significat, sive in dente fiat, sive in aure, sive in interaneis, seu in alia quacumque parte corporis. Hinc verminare aurem dixit Martial. XIV, epigr. XXIII, ubi verba: «Si tibi morosa prurigne verminat auris, Arma damus tantis apta libidibus.» Nunc de morbis dentium sermo est. HARD.

17. *Lichens.* Dioscorid. II, 45: Λιχηνες ἴκτων, αἰσὶ δὲ τύλοι κατ' ἐπιγραφὴν ἐντετυλωμένοι παρὰ τοῖς γόνασι καὶ παρὰ ταῖς ὀπλάσις. «Lichenes equorum calli sunt, » tuberosæ verrucæ instar, «circa genua et

ungulas in earum partium flexu indurati.» Veterinariis in Gallia, sur-os. HARD.

18. *Est autem hoc non, etc.* Non illud nimirum est, de quo egimus lib. VIII, cap. 66.

19. *Hippomanes.* Aspera tuberosaque verruca: vulgo *les sousrots*.

20. *Sed in equorum genibus.* Hippomanes tria significat: primum quidem herbam in Arcadia nascentem: de qua Theocritus ἵππομανὲς φυτόν ἐστὶ παρ' Ἀρκάσι: alterum, carunculam nigram, magnitudine caricæ, fronti pulli recens nati adherescentem, veneficium amoris, quam statim devorat fœta, aut ad ubera partum non admittit (lib. VIII, cap. 42); tertium, virus genituræ simile maris, sed liquidius, quod ex equæ pudendo ad venerem concitatæ fluit, veneficiis expetitur, et hippomanes pariter vocatum infra cap. 19 hujus libri. Vide Victorium, VII, 6; Ælianum, de Animal. XIV, 18, quo loco etiam κώλιον vocatum fuisse scribit. DAL.—Virg. G. III, 280; adi. nost. edit. t. I, p. 465. ED.

21. *Præterea in corde equorum, etc.* Vide quæ diximus lib. XI, cap. 70. HARD.

os²², dentibus caninis maximis simile²³: hoc²⁴ scarificari dolorem, aut exempto dente emortui equi maxillis, ad numerum ejus qui doleat²⁵, demonstrant. Equarum virus a coitu in lychnis accensum Anaxilaus²⁶ prodidit, equinorum capitum usus repræsentare monstrifice: similiter ex asinis. Nam hippomanes tantas in veneficio vires habet, ut affusum æris mixturæ²⁷ in effigiem²⁸ equæ Olympiæ, admotos mares equos ad rabiem coitus agat. Medetur dentibus et fabrile glutinum, in aqua decoctum, illitumque, et mox paulo detractum, ita ut confestim colluantur vino, in quo decocti sunt cortices mali Punici dulcis. Efficax²⁹ habetur et caprino lacte collui dentes, vel felle taurino. Talorum capræ recentium cinis dentifricio placet, et omnium fere villaticarum³⁰ quadrupedum, ne sæpius eadem dicantur.

1 L. (XII.) Cutem in facie erugari et tenerescere, et

22. *Invenitur os.* Cordis id ligamentum est, cartilagosum, in vastis animalibus, ut equo, bove, cervo, tam durum et crassum, ut hinc exemptum in ossis naturam facile solidescat. Venatores vocant, *la croix du cœur*. DAL. — In jumentis illis dumtaxat invenitur quibus per vitam multus labor. Causa est fibrarum tendinosarum solidatio; hinc ossificatio; virtus autem nulla. AJ.

23. *Dentibus caninis maxime simile.* Voss. Gud. And. Menap. « dentibus caninis maximis simile. » Hoc libro, cap. 19: « Dentes quidem eorum maximi equis alligati. » Lib. XXX, 4: « Caninus dens sinister maximus. » Acad. quoque *maximis*. GRON.—*Usus.* Elz. *visus.* ED.

24. *Hoc scarificari.* MSS. *hoc scarifari.* HARD.

25. *Maxillis ad numerum ejus qui*

doleat. Scribendum reor, *admove*, non *ad numerum*. PINT.

26. *Anaxilaus.* Forte e Pægniis suis, h. e. ludificationibus, ni ipsum aliquis ludibrio habuerit circulator. AJ.

27. *Affusum æris mixturæ.* Intra æream statuam reconditum fuisse hippomanes tradit Ælian. de Anim. lib. XIV, cap. 18. At equum fuisse opus Dionysii Argivi, non equam, scribit Pausan. lib. V. DAL.

28. *Effigiem equæ,* etc. Ut simul cum ære fuso mixtum, in effigiem equæ Olympiæ, etc. HARD.

29. *Efficax.* Plin. Val. I, 42; Sext. Platon. v, de capro et capra, t. 32. Q. Serenus, cap. xv, p. 134: « vel lacte capellæ Sanescunt dentes, vel tauri felle juvantur. » H.

30. *Villaticarum.* Quæ rure nutriuntur. HARD.

candorem custodire lacte asinino putant¹: notumque est quasdam² quotidie septingentis³ custodito numero fovere. Poppæa⁴ hoc Neronis principis instituit, balinearum quoque solia sic temperans, asinarum gregibus ob hoc eam comitantibus. Impetus pituitæ in facie, butyro illito tolluntur: efficacius cum cerussa. Sincero⁵ vero vitia quæ serpunt, insuper imposita farina hordeacea. Hulcera in facie membrana e partu bovis madida. Frivolum videatur, non tamen omittendum, propter desideria mulierum, talum candidi juve⁶ni, quadraginta diebus noctibusque, donec resolvatur in liquorem decoctum, et illitum lin-teolo, candorem, cutisque erugationem præstare. Fimo

L. 1. *Cutem in facie..... pat.* Pelluculam mollem et flexilem aliquatenus illa efficiunt quæ glandibus milliariibus libertatem addunt. Omne lac vero patet ad illud præstandum non sine vi esse posse. De asellarum lacte, nescio an cuiquam compertum aliud sit quam de cæteris. Quidquid rei est, nullus sane talem usum merito vituperaverit: nullum enim cosmetici genus magis innoxium. Immo optandum, quando is usus incessit, nec mox cessaturus videtur, ut vulgo et pulchritudinem aucupantibus utriusque sexus mulierculis pecuniam certatim furerent unguentarii, illa solum venalia poni, quæ lacte asinino non sint periculosiora. *As.*

2. *Quasdam.* Nonnullas feminas septingentis fovere cutem quotidie servato numero. *HARD.*

3. *Septingentis.* Reg. codicis secundi fidem secuti sumus, sententiamque ipsam, ut remur, scriptoris, quæ est ejusmodi: nonnullas feminas cutem fovere solitas quotidie usque ad septingentas vices.

Plinius, XI, 96, quingentas asinas a Poppæa trahi solitas quum dixit, conjecturam facit aliquibus, hoc quoque loco non *septingentis*, ut cod. Reg. 2, aliique exhibent, sed *quingentas* scribi oportere. At non asinarum hoc loco numerum recenset, sed assiduitatem in cute fovenda nimiam irridet. Occupavit hoc ante nos Hermolaus. *HARD.*

4. *Poppæa.* Egimus jam de eo illius more, XI, 69. *HARD.*

5. *Sincero.* « Cui nihil aut salis aut cerussæ admixtum, » eo emendantur vitia quæ serpunt, etc. *H.*

6. *Talum candidi juve⁶ni.* Habdarhmanus Ægyptius, interprete Ecchellensi, cap. VI: « Ad faciem egregie emundandam recipe talum tauri, contunde, et accipe ex illo xx partes, et unam ex piscium glutine, itemque unam ex draghanto. Maceretur gluten tepida aqua, et madesiet draghantum, donec dissolvatur: tum contendantur omnia simul, donec fient instar mellis. Tunc bene lavetur facies et munda³detur, abstergaturque diligentissi-

taurino malas rubescere aiunt : non crocodileam⁷ illini melius; sed foveri frigida et ante, et postea jubent. *Æstates*, et quæ decolorem faciunt cutem⁸, fimum vituli cum³ oleo et gummi manu subactum emendat. *Hulcera*⁹ oris ac rimas, sebum vituli vel bovis cum adipe anserino, et ocimi succo. Est et alia mixtura, e sevo vituli cum medulla cervi, et albæ spinæ foliis una tritis. Idem præstat et medulla cum resina, vel si vaccina sit, et jus e carne vaccina. *Lichenas*¹⁰ oris præstantissime vincit glutinum factum e genitalibus vitulorum, liquatum aceto cum sulphure vivo¹¹, ramo ficulneo permixtum¹², ita ut his die recens illinatur. Item¹³ lepras ex melle et aceto decoctum, quas et jecur hirci calidum illitum tollit : sicut elephantiasin fel caprinum : etiamnum lepras ac furfures¹⁴, tauri fel, addito nitro : urina asini circa Canis ortum : maculas¹⁵ in facie, fel utriusque per sese aqua infractum, evitatisque solibus⁴ ac ventis post detractam cutem. Similis effectus et in

me : deinde illinatur ea mixtura, et sic per mediam horam relinquitur, postea abluatur aqua frigida, et optime abstergetur. » HARD.

7. *Non crocodileam illini.* Nec crocodileæ, inquit, fimum taurinum ulla re cedit. Ut crocodilea molestias in facie enascentes tollat, nitoremque reddat, dictum est superius, cap. 28. HARD.

8. *Æstates et quæ decolorem faciunt cutem.* In apographo nostro, « *Testas æque faciunt cutem.* » PINT. — *Æstates.* Maculas ab æstivo sole. HARD.

9. *Hulcera.* Marc. Emp. XI, pag. 88; Plin. Val. I, 29, sq. HARD.

10. *Lichenas.* Marc. Empir. ad verbum, XIX, pag. 129, et Plin. Val. II, 56. HARD.

11. *Liquatum aceto cum sulphure vivo.* In apographo nostro, « Li-

quatum ex aceto cum sulphure vivo. » PINT. — *Liquatum.* Aceto remissum, inquit Marc. Emp. I. c. vel liquefactum, ut idem ait, XVIII, pag. 239. HARD.

12. *Ramo ficulneo permixtum.* Agitatum. HARD.

13. *Item lepras.* Marc. Emp. et Plin. Val. II. cc. HARD.

14. *Etiamnum lepras ac furfures tauri, vel addito nitro.* Scribe, « etiamnum lepras ac furfures tauri fel addito nitro, » tum ex nostro apographo, tum etiam ex Dioscor. lib. II, de tauri felle agente : « cum nitro, inquit, cretave Cimolia lepras furfuresque efficacissime exerit. » PINT. — *Etiamnum.* Dioscor. II, 96 : Πρὸς δὲ λέπρας καὶ πίτυρα σὺν νίτρῳ ἢ γῆ Κιμωλία σμῆγμα κράτιζον. HARD.

15. *Maculas.* Tauri et asini. H.

taurino vitulinove felle¹⁶, cum semine cunilæ, ac cinere e cornu cervino, si Canicula exoriente comburatur. Asinino sevo cicatricibus ac licheni leprisque maxime color redditur. Hirci¹⁷ fel et lentigines tollit, admixto caseo, cum vivo sulphure¹⁸ spongiæque cinere, ut mellis sit crassitudo. Aliqui inveterato felle uti maluerunt, mixtis calidis furfuribus pondere oboli unius, quatuorque mellis, prius defricatis maculis. Efficax¹⁹ ejusdem et sebum cum melanthio, et sulphure, et iride. Laborum fissuris cum adipe anserino, ac medulla cervina resinaque et calce. Invenio apud auctores, his qui lentigines habeant²⁰, negari Magicis sacrificiorum usus.

LI. Lacte¹ bubulo aut caprino tonsillæ et arteriæ ex-
hulceratæ juvantur². Gargarizatur tepidum, ut est ex-
pressum, aut calefactum. Caprinum³ utilius, cum malva

16. *Similis effectus in taur. sevo vitulinove felle.* Verbum sevo redundat, ex eodem. ΠΙΝΤ.

17. *Hirci.* Et capræ quoque, teste Sexto Platonico, cap. iv, tit. 10, ad lentigines. Et tauri, eodem iterum ita prodente, x, xi, de tauro, tit. 6, ad lentigines in facie. HARD.

18. *Cum vivo sulphure.* Simili temperamento ad tollendas e facie lentigines felle capræ Sext. Platon. utitur, cap. iv, tit. 10, ad lentigines in facie: « Fel capræ cum melle et nitro commixto, et spongia combusta, et sulphure vivo ad mellis crassitudinem redactum, et in faciem illitum, emendat. » HARD.

19. *Efficax ejusdem et sebum.* Hirci. HARD.

20. *His qui lentigines habeant.* Eos qui lentigines habeant, non esse idoneos ad sacra magica peragenda. HARD.

LI. 1. *Lacte bubulo, etc.* Marc. Emp. xv, p. 106: « Lac caprinum, vel bubulum, vel ovillum recens mulsum, dum calet, vel etiam calefactum gargarizatum, tonsillarum dolores et tumores cito sedat. » Et cap. xiv, pag. 103: « Lac bubulum recens mulsum, et lento igne calefactum, gargarizatumque, arteriam constrictam infuso catarrho, et fauces exasperatas, pristinae sanitati restitutas persanat. » HARD.—*Lacte bubulo aut caprino tonsillæ.* Nullus non novit lacte potissimum id mali genus pelli: bubulum postponunt, si laxatas partes aliquantulum adstringere opus fuerit. As.

2. *Tonsillæ et arteriæ exulceratæ levantur.* In eodem, non levantur, sed jubentur legitur: scribo, juvantur. ΠΙΝΤ.

3. *Caprinum.* Hæc totidem verbis Marc. Emp. cap. xv, pag. 108; sed pro malva myrrham adsciscit

decoctum et sale exiguo. Linguae exulcerationi et arteriarum prodest⁴ jus omasi gargarizatu : tonsillis⁵ autem privatim renes vulpium aridi, cum melle triti illitique : anginae⁶ fel taurinum vel caprinum cum melle. Jecur melis ex aqua oris gravitatem, hulceraque butyrum emendat. Spinam aliudve quid faucibus adhærens, extrinsecus fimo perfricatis, aut reddi, aut delabi tradunt⁷. Strumas⁸ discutit fel aprinum, vel bubulum tepidum illitum. Nam coagulum leporis e vino in linteolo exulceratis dumtaxat imponitur. Discutit⁹ et ungulae asini vel equi cinis, ex oleo, vel aqua illitus, et urina calefacta : et bovis ungulae cinis ex aqua : fimum quoque fervens ex aceto. Item sebum caprinum¹⁰ cum calce, aut fimum ex aceto

Plin. Val. I, 45, amanuensium, ut remur, errore. HARD.

4. *Prodest jus omasi gargarizatu.* In MSS. Reg. 2, aliisque, «prodest jus magis.» HARD.

5. *Tonsillis.* Plin. Val. I, 45 : «Tonsillis privatim medentur renes vulpis aridi, cum melle triti et illiti.» Marc. Emp. cap. xv, p. 106 : «Tonsillis renes vulturini aridi in melle triti, vel decocti mirum remedium præstant, si pro emplastro apponantur.» Sext. Platon. cap. III, de vulpe, t. 9, *ad faucium tumorem* : «Rene vulpis in melle sæpius fauces tumentes confrica.» Ex Plinii nostri præsertim loco, quem vel ex eo sanum esse constat, quod de quadrupedum, non de avium medicinis hic agitur, Marcelli textum in mendo cubare perspicuum est, ac pro *vulturini* scribi *vulpini* oportere. HARD.

6. *Anginae.* Marcell. Emp. xv, pag. 106. HARD.

7. *Aut reddi, aut delabi tradunt.*

Nam fœtore tantum impetum vomendi conciat, ut vehemens is conatus affixas spinas revellat. DAL. — *Aut.* Aut reddi vomitu, aut delabi in alvum. HARD.

8. *Strumas.* Sic MSS. Reg. 2, alique. Sic totidem syllabis Plin. Val. III, 29. Malim ego tamen, si quid audendum, *caprinum* legi : tum quia hæc fellis genera duo a Plinio fere copulantur, caprinum ac bubulum : tum vero maxime quoniam ita Marc. Emp. prodidit, cap. xv, p. 108, præeunte Plinio, ut apparet : «Fel bubulum, inquit, vel caprinum, ad incipientes strumas optime facere experimenta docuerunt : nam penitus crescere non sinentur, si eo assidue tangantur.» HARD.

9. *Discutit.* Marc. Emp. cap. xv, pag. 108, et Galen. de Simpl. med. fac. XI, pag. 305, cum Dioscorid. III, 44. HARD.

10. *Item sebum caprinum.* Marc. Emp. xv, pag. 109. HARD.

decoctum, testesque vulpini. Prodest et sapo : Galliarum¹¹ hoc inventum rutilandis capillis : fit ex sebo et cinere¹². Optimus¹³ fagino et caprino, duobus modis, spissus ac liquidus : uterque apud¹⁴ Germanos majore in usu viris quam feminis.

LII. Cervicum¹ dolores butyro aut adipe ursino per-

11. *Galliarum*. Unde Gallicus sapo nuncupatur a Theod. Prisc. I, 3, « decrementis capillorum.... Attamen gallico saponem caput lavabis. » Qui mos deinde translatus in Latium : unde Martialis, VIII, ep. 33 : « Et mutat Latias spuma Batava comas. » Quod romanæ mulieres flavedinem eo saponem mentirentur. Valer. Max. II, 1, n. 5, de romanis feminis : « Cæterum ut non et horrida pudicitia, sed honesto comitatus genere temperata esset, indulgentibus maritis et auro abundantem, et multa purpura usæ sunt : et quo formam suam concinuiorem efficerent, summa cum diligentia capillos cinere rutilarunt. » HARD.

12. *Fit ex sebo et cinere*. Nunc patet nomen saponis latissime, et omnia hæc complectitur quæ ex oleo quolibet fixo aut volatili, aut sebo constant, et terris, oxidisque metallicis, et alcalinis. Quadruplex genus nempe alcalinorum, terraneorum, metallicorum, saponulorum. Nec propositi nostri est singulorum species ulterius dividuas indicare, aut quænam saponificationum sit ratio. Patet, quamvis Veteres in hac arte antecellamus, non parum illis ea abunde fuisse, quæ saponis bases necessariæ sunt, sebum nempe (a quo multiplex olei genus modice recedit) et cinis, cui

sudem ac potassidem (*soude et potasse*) inesse constat. Saponum in cosmeticis usus frequens, sed non ut capillitii adulteretur color. Illis non credendum, qui saponis ordinem asserunt Plinio posteriorem fuisse, et a muliercula inventum Savone in urbe Italiæ. AR.

13. *Optimus*. Optimus e fagino cinere, et caprino sevo. HARD.

14. *Apud Germanos*. Auctor libri de Simpl. med. ad Pat. tom. XIII Opp. Galeni, pag. 100 : « Sapo conficitur ex sevo bubulo, vel caprino, aut vervecino, et lixivio cum calce. Optimum judicamus Germanicum : est enim mundissimum, et veluti pinguisimum : deinde Gallicum. » Hinc saponis globuli a Martiale, XIV, ep. xxvii, Mattiacæ pilæ vocantur, a Mattiaco Germaniæ oppido : « Si mutare paras longævus cana capillos : Accipe Mattiacas, (quo tibi calva?) pilas. » Et epigr. xxvi, cujus lemma, *Sapo* : « Caustica Teutonicos accendit spuma capillos, etc. » Denique Q. Seren. de capillo tingendo sic præcipit : « Ad rutilam speciem nigros flavescere crines Unguento cineris, prædixit Tullius auctor. » Hinc pro Germanis Tertullianus ad Uxorem, II, 8, *cinerarios* dixit, *peregrinæ proceritatis*. HARD.

LII. 1. *Cervicum*. Plin. Val. I, 54, et Marcell. Emp. xiv, p. 127.

fricantur : rigores² bubulo sevo : quod et strumis prodest cum oleo. Dolorem³ inflexibilem (opisthotonon⁴ vocant) levat urina capræ auribus infusa, aut fimum cum bulbis illitum : ungues contusos fel cujuscumque animalis circumligatum : pterygia digitorum fel tauri aridum aqua calida dissolutum. Quidam adjiciunt sulphur et alumen, pari pondere omnium.

LIII. Tussim¹ jecur lupi ex vino tepido sanat : ursinumque² fel admixto melle, aut ex cornus bubuli summis partibus cinis : vel³ saliva equi triduo pota : at equum

2. *Rigores bubulo sevo.* Marcell. Emp. l. c. HARD.

3. *Dolorem,* etc. Totidem verbis Marc. Emp. l. c. « Cervicis dolor inflexibilis, quem opisthotonon Græci vocant, levatur urina capræ auribus infusa, aut bulbo trito cum fimo ejusdem capræ cervici illito. » Plin. Val. I, 54. Q. Seren. cap. xvii : « At si cervices, durataque colla rigeant, Anseris aut pingui torpentia colla fovebis : Illinitur valido multum lens cocta in aceto : Aut capræ fimum et bulbi, aut cervina medulla. » Egimus de eo morbi genere, XXIII, 24. HARD.

4. *Opisthotonon vocant.* Supinum et prosterganeum raptum vocat Aurelianus lib. III, cap. 6 acutorum. DAL.

LII. 1. *Tussim.* Marc. Emp. xvi, p. 117, et Plin. Val. I, 58. HARD.

2. *Ursinumque,* etc. Plin. Valer. loc. cit. HARD.

3. *Vel.* In libris hactenus vulgaris, « triduo potu eam mori tradunt » : ut esset sententia, « triduo salivæ potu mori tussim. » An vero hoc medicæ, an romanæ aures ferant ? In reg. 2, « triduo potæ commori tradunt. » Nihil est nostra

emendatione certius : ecom amanenses scilicet, pro equum scribere : librarii denique eam pro ecom. Sext. Platon. xvi, de equo, tit. 1, ad phthisicos, et qui male tussiant : « Equi salivam si biberint, sani efficiuntur : expertissimum ; sed equus morietur. » Marc. Emp. xvi, pag. 120 : « Ad phthisicos, inquit, remedium et præsens, et maximum (nam etiam vitæ dubios sanat, et quibus spes superesse nulla videatur) : equi salivam vel spumam cum aqua calida bibendam per triduum dabis : etiam quem tussi intoleranda et diutina laborare videris, hoc remedio liberabis : ægrum quidem sine cunctatione sanabis : sed equum mors subita consequetur. » Theod. Prisc. IV : « Ad tussim facit, et maximum remedium est : Equi salivam ex aqua calida bibat per triduum : is qui tussierit, vivet : equus morietur. » Simile est, quod suspiriosos præcipit idem Marc. Emp. c. xvii, p. 124, ut spumam ex ore mulæ collectam hauriant : id ipsi saluti fore : mulam morituram. Plin. Val. I, 58 : « Salivæ equi triduo potatæ ternis potionibus ex aqua

mori tradunt : pulmo⁴ cervinus cum gula sua arefactus in fumo, dein tusus ex melle, quotidiano ecligmate. Efficacior est ad id subulo cervorum generis⁵. Sanguinem⁶ exspuentes, cervini cornus cinis : coagulum⁷ leporis tertia parte denarii cum terra Samia et vino myrteo potum sanat. Eiusdem fimi cinis in vino vesperi potus, nocturnas tusses : pili quoque leporis suffiti, extrahunt pulmonibus difficiles exscreationes. Purulentas⁸ autem exulcerationes pectoris pulmonisque, et a pulmone graveolentiam halitus, butyrum efficacissime juvat, cum pari modo mellis Attici decoctum, donec rufescat, et matutinis sumptum ad⁹ mensuram lingulæ. Quidam pro melle, laricis resinam addere maluerunt. Si sanguis rejiciatur¹⁰, efficacem tradunt bubulum sanguinem, modice et cum aceto sumptum : nam de taurino credere, temerarium est. Sed¹¹ glutinum taurinum tribus obolis cum calida aqua bibitur in vetere sanguinis exscreatione.

calida tussim sanant : equum morti tradunt, hominem sanant. » HARD.

4. *Pulmo*. Iisdem verbis Marcell. Emp. XVI, pag. 119, et Plin. Val. I, 8. Et ad suspirium pulmonem cervinum in olla fictili redactum ad cinerem, datumque cum aquæ calidæ cyathis tribus, commendat Scrib. Larg. Comp. 76. HARD.

5. *Subulo cervorum generis*. Subulones cervi, quorum cornua in ramos non explicantur, sed acuminata, oblonga, simplicia crescunt, et attolluntur. Vide infra c. 17 hujus libri, et supra, XI, 37. DAL.

6. *Sanguinem*. Marc. Emp. XVI, pag. 120; Plin. Val. I, 64, et Diosc. II, 63. HARD.

7. *Coagulum*. Marc. Emp. cap. XVI, pag. 120: « Coagulum cervinum, sive leporinum, sive hædinum, in potione solutum, bibitur

utiliter ab empyicis vel hæmoptoicis. » Et cap. XVII, p. 124: « Benefacit ad arteriæ eruptionem... cretæ Samiæ denarius unus, sumptus ex aquæ frigidæ rigore detracto, cyathis tribus, etc. » H.

8. *Purulentas autem exulcerationes*. Purulentos abscessus post pleuritidem, et peripneumoniam. DAL. — *Purulentas*. Totidem verbis Marcellus Empiricus, cap. XVI, pag. 119. HARD.

9. *Ad mensuram lingulæ*. Vel lingulæ, ut alibi diximus. Singula cochlearia dari matutinis jubet Marc. l. c. Idem paulo antea *plenam ligulam*. HARD.

10. *Si sanguinis rejiciatur*. Ad verbum hæc Marc. Emp. XVI, p. 120, et Plin. Val. I, 64. HARD.

11. *Sed*. Marc. Emp. ad verbum l. c. HARD.

LIV. (XIII.) Stomachum exulceratum lactis asinini potus reficit : item¹ bubuli. Rosiones² ejus caro bubula admixto aceto et vino cocta. Rheumatismos³ cornus cervini cinis. Sanguinis⁴ exscreationes hædinus sanguis recens, ad cyathos ternos cum aceto acri pari modo fervens potus, coagulum⁵ tertia parte ex aceto potum.

LV. Jocineris dolores¹, lupi jecur aridum ex mulso : asini² jecur aridum cum petroselini partibus duabus, ac nucibus tribus, ex melle tritum et in cibo sumptum : sanguis³ hircinus cibo aptatus. Suspiriosis ante omnia efficax est potus equiferorum sanguinis⁴. Proxime lactis asinini tepidi cum bulbis decocti, ita ut serum ex eo bibatur : addito in tres heminas cyatho nasturtii⁵ perfusi aqua, deinde melle diluti. Jecur⁶ quoque vulpinum, aut pulmo,

LIV. 1. *Item*. Marc. Emp. xx, pag. 148 : « Lac bubulum tepidum incoctum, subinde sumptum, exulceratum quoque stomachum sanabit. » De lacte autem asinino refert scriptor libri gallici, *Mélanges d'Histoire et de Littérature*, tom. II, pag. 130. audivisse se a Patino medico, quum diceret, plurimos se novisse, qui quum constanter annis singulis per hebdomadas sex septemve asinino lacte usi fuissent, ad annum octogesimum vitam produxissent. HARD.

2. *Rosiones*. Marcell. Empir. xx, pag. 143 : « Rancorem stomachi, inquit, temperat caro vaccina, ex vini et aceti æqua portione discucta, et cibo sumpta. » HARD.

3. *Rheumatismos*. Fluxiones. H.

4. *Sanguinis*. Marc. Emp. xvi, pag. 120. HARD.

5. *Coagulum*. Marcell. Empir. loc. cit. HARD.

LV. 1. *Jocineris dolores*. Ex ob-

structione natos. DAL. — *Jocineris*. Q. Serenus. cap. xxiii, de *jecoris vitiiis*, pag. 139 : « Nec non et jecoris quaeretur fibra lupini, Jungenturque simul costum, foliumque, piperque : Quæ diluta mero dantur potanda LYÆO. » Scrib. Larg. comp. med. xxx, n. 123 : « Ad tumorem et dolorem jocineris, item ad duritiem facit bene lupi jecur primum in aqua ferventi dimissum, atque ita arefactum. » H.

2. *Asini*. Totidem syllabis Marc. Emp. xxii, pag. 160. HARD.

3. *Sanguis*. Marcell. Emp. xxii, pag. 156 : « Hircinus sanguis adhuc calens supra prunas excoctus, et cibatum datus jejuno, jocineroso mederi traditur. » HARD.

4. *Equiferorum sanguinis*. Equorum silvestrium. Horum mentio fit lib. VIII, cap. 15. DAL.

5. *Nasturtii aridi*. Hortensis. Silvestre nigricat. DAL.

6. *Jecur*. Ita Celsus, IV, 4, de

in vino nigro, aut⁷ fel ursinum in aqua, laxat⁸ ineatus spirandi.

LVI. Lumborum¹ dolores, et quæcumque alia molliri opus sit, ursino adipe fricari convenit: cinerem² aprini aut suilli fimi inveterati adspergi potioni vini. Afferunt³ et Magi sua commenta. Primum omnium, rabiem hircorum, si⁴ mulceatur barba⁵, mitigari: eadem præcisa, non abire eos in alienum gregem. Huic admiscent fimum⁶ caprinum,

difficultate spirandi: « Est etiam non vana opinio, vulpinum jecur, ubi siccum et aridum factum est, contundi oportere, polentamque ex eo potioni adspergi: vel ejusdem pulmonem quam recentissimum assum, sed sine ferro coctum, edendum esse. » Marc. Emp. xvii, pag. 122: « Profruit multis, inquit, ad suspirium, vel dyspnœam depellendam pulmo vulpis, vel jecur in olla fictili exustum, atque ad cinerem redactum, et datum ad diem jejuno, mensura cochleariorum trium, cum aquæ calidæ cyathis tribus, si febricitabit: si sanus erit, ex vino vetere. » Pulmone vulpino asthmaticos juvari scribit etiam Diosc. II, 41, et Sext. Plat. III, de vulpe, tit. 5. HARD.

7. *Aut.* Sext. Platon. cap. XIII, de urso, tit. 3. Marcell. Empir. cap. xvii, pag. 124: « Ad suspiriosos sanandos bibendum optime datur, etc. » HARD.

8. *Laxat meatus spirandi.* Impeditos et infartos pituita crassa, facilemque anhelitum præbet. DAL.

LVI. 1. *Lumborum.* Sext. Plat. VII, de apro, tit. 13, *ad coxendices.* Marc. Emp. xv, pag. 172: « Adipe ursina dolentes coxas perfrica, continuo sanabis. » HARD.

2. *Cinerem.* Marc. Emp. xxv, pag. 174. HARD.

3. *Afferunt et Magi sua commenta.* Hæ duæ clausulæ reponendæ et legendæ sunt ante initium illius, « suspiriosis ante omnia, etc. » Nam eo loco proxime fecit hircini sanguinis mentionem. DAL.

4. *Si.* Si infricetur barba tali medicamento, hoc est, cinere aprini vel suilli fimi cum vino. HARD.

5. *Rabiem hircorum, si mulceatur barba, mitigari.* Hircinam, ursinam, equinam rabiem eo pepulit ratio et rerum naturalium observatio, quo tot delirantium hominum mera somnia: de canina sola et humana sub iudice lis est. AZ.

6. *Huic admiscent fimum caprinum.* Aut ursino adipi, aut vino, aut cineri fimi aprini suillive. Ego potius adipem intelligo, quo perunctum fimum quum igni admovetur, facilius ardet: aut cum Dioscoride lego, oleo admiscent. Is lib. II, cap. 98, id remedium paulo aliter explicat, de ischiade, his verbis: « Utilem ischiadici ustionem hunc in modum accipiunt. Eo interstitio ubi brachiali pollex committitur, cava veluti lacuna subsidet, in qua lana oleo imbuta substernitur: deinde sigillatim ferventes caprini

et subdito linteolo uncto, cava manu, quantum pati possit, fervens sustinere jubent: ita ut si læva⁷ pars doleat, hæc medicina in dextra manu fiat, aut e contrario. Fimum quoque ad eum usum acus æreæ punctis⁸ tolli jubent.

2. Modus curationis est, donec vapor⁹ ad lumbos pervenisse sentiatur. Postea vero manum¹⁰ porro tuso illinunt, item lumbos ipso fimo cum melle, suadentque¹¹ in eodem dolore et testes leporis devorare. Ischiadicis¹² fimum bubulum imponunt, calfactum in foliis cinere ferventi. In renumque¹³ dolore leporis renes crudos devorari jubent, aut certe coctos, ita ne dente contingantur. Ventris quidem dolore¹⁴ tentari negant talum leporis habentes.

1. LVII. Lienem¹ sedat fel apri vel suis potum, vel² cer-

stercoris pilulæ imponuntur, dum vapor per brachium ad coxam sentiatur pervenire, et coxandicis dolorem mitigare. Adustio id genus Arabica vocatur. » DAL. — Nempe fimo aprino suillove. HARD.

7. *Læva*. Lumbus sinister. H.

8. *Punctis*. Extremo acumine. H.

9. *Vapor*. Calor. HARD.

10. *Manum porro tuso illinunt*.

Idem præcipit Antylus apud Aetium, quum pollicem pedis stercore capræ sic accenso in ischiade ussit. DALEG.

11. *Suadentque*. Marc. Emp. xxv, pag. 172: « Qui testiculum leporinum coctum jejunos comederit, cito coxarum dolore relevabitur. » HARD.

12. *Ischiadicis*. Monet Dalecampius in vetere nescio quo exemplari legi in *solis*. Sane minus commode. Nam folia brassicæ Plinius intellexit, uti ex Plinio altero Valeriano discimus, eadem prodente, II, 45: « Scis (hoc est, ischiadi) sanandæ. Fimus quoque huhulus calefactus

in cinere ferventi, locis dolentibus, in foliis cujuscumque oleris imponitur. » Habet idem medicamentum et Marc. Emp. xxv, pag. 174; sed eas voces in *foliis*, quas non intellexit, omisit. Repetitur iterum forma loquendi hæc eadem, cap. 63, ubi Hermolaus in *foliis*, nescio quis in *pulte* legendum somniat. HARD.

13. *Renumque*. Marc. Emp. totidem verbis, xxvi, p. 176. HARD.

14. *Dolore*. Sext. Plat. de lepore, II, t. 18: « Ad ventris dolorem. » Hoc vero ceu muliercularum commentum irridet Plin. Val. II, 30. Refert quoque Marcell. Emp. cap. xxvii, pag. 194, et cap. xxviii, pag. 200. HARD.

LVII. 1. *Lienem*. Ad verbum Plin. Val. II, 18. HARD.

2. *Vel cervini cornus cinis in aceto*. Vetustus codex, « Vel unicornii cinis in aceto. » Posset legi *unicornis*: nam de unicorne bove in octavo disseruit cap. 21, et paulo post in eodem, *Cælius Bion*, non *Cæcilus*. PIXT.

vini cornus cinis in aceto. Efficacissime³ tamen inveteratus lien asini, ita ut in triduo sentiatur utilitas. Asinini pulli fimum⁴, quod primum edidit (poleam vocant Syri) dant in aceto mulso : datur⁵ et equi lingua inveterata, ex vino, præsentaneo medicamento, didicisse se ex barbaris Cæcilius Bion tradidit : et lien⁶ bubulus simili modo : recens autem assus vel elixus in cibo. In vesica⁷ quoque bovis, alii capita xx tusa, cum aceti sextario, imponuntur ad lienis dolores. Eadem⁸ ex causa emi lienem vituli, quanti indicatus⁹ sit, jubent Magi, nulla¹⁰ pretii contatione : quoniam hoc quoque religiose pertineat : divisumque per longitudinem annecti tunicæ utrimque, et induentem pati decidere ad pedes : dein collectum in umbra¹¹ arefacere.

3. *Efficacissime.* Marc. Emp. xxiii, pag. 166, totidem verbis. H.

4. *Asinini pulli fimum, quod primum edidit (poleam Syri vocant) datur in aceto mulso.* Contra lienis dolores. Syriaca lingua sic dici falsum : *πολίαν* enim, vel *πολίαν* Græci id vocavissent, haud Syri. *Poleam* etiam nominat capitib. seqq. Sed Arist. Hist. Anim. VIII, cap. 29, *πόλιον* appellari id quod egerunt equæ autequam pariant, scripsit : reddunt *pullium*. Vide et Salmas. pag. 939 ; Reines. Var. lect. lib. II, cap. 7, p. 173. — *Asinini.* Etiamet muli, teste Marc. Emp. xxiii, pag. 164 : « Stercus mulinum, inquit, cum oxymelle lienosis potui datum, dolores efficaciter tollit. » Ut infantium primum stercus a partu meconium appellari superius vidimus, cap. 13, sic asinini pulli a Syris poleam dici significat. Quam vocem de secundis, sive membranis, quibus fetus involvitur, perperam Salmasius intellexit, in Solin.

pag. 939, a Reinesio eo nomine reprehensus. HARD.

5. *Datur.* Plin. Val. II, 18. Marc. Emp. xxiii, pag. 164 : « Equi lingua arefacta, inquit, et ad lævitatem trita, atque ex vino potui data, protinus utilitatem suam sedato lienis dolore manifestat. » H.

6. *Lien.* Cels. lib. IV, 9, de lienis morbo : « Lien quoque bubulus utiliter esui datur. » HARD.

7. *Vesica.* Plin. Val. II, 18, vesicam hubulam prætermisit : cætera ad verbum reddidit. Hanc Marc. Emp. adhibet, xxiii, pag. 163, sed idem sinapi pro alio, et æris florem adsciscit. Allia tamen et in hunc usum laudat idem, pag. 165 et 168. HARD.

8. *Eadem.* Hæc totidem fere verbis Marc. Emp. xxiii, pag. 165.

9. *Indicatus.* Estimatus. HARD.

10. *Nulla.* Sine ulla cunctatione, aut percontatione pretii. HARD.

11. *Umbra.* In fumo suspendi, ibique areferi Marcellus jubet. H.

Quum hoc fiat, simul residere lienem ægri vitiatum, liberarique morbo dicitur. Prodest¹² et pulmo vulpium cinere siccatus, atque in aqua potus. Item hædorum lien impositus¹³.

¹ LVIII. (xiv.) Alvum¹ sistit cervi sanguis: item² cornus cinis: jecur³ aprinum ex vino potum citra salem, recensque: item⁴ assum suillum⁵, vel⁶ hircinum decoctum ad quintam heminam in vino. Coagulum⁷ leporis in vino ciceris magnitudine: aut si febris sit, ex aqua. Aliqui⁸ et

12. *Prodest.* Sext. Plat. III, de vulpe, t. 4, ad splenis dolorem: « Pulmo vulpis in cinere assatus et tritus, in potione datus, splenem sanat. » Marc. Emp. xxiii, pag. 167, hanc vulpino jocineri vim adscribit. HARD.

13. *Item hædorum lien impositus.* Verbum, *lien*, non agnoscit nostrum exemplar. PINT. — *Item.* Carere sit suum exemplar Pintianus ea voce *lien*. Excidit ergo amanuensibus imprudenter. Nam et Marc. Empir. et Plin. Valer. agnoscunt. Ille cap. xxiii, pag. 165: « Hædinus vero lien. inquit, similiter ut hircinus, super splenem infantis appositus, et tumores, et dolorem ejus emendabit. » Iste, II, 18, cui titulus: Spleni quomodo succurrendum: « Hædi lien, inquit, impositus idem præstat. » Agnoscit et Q. Seren. cap. xxiv, de splene curando: « Arida ficus item fervente domatur aceto. Et trita illinitur: vel splen apponitur hædi. » Denique et eam vocem habent Reg. 1, cod. aliique fere, quos vidimus. H.

LVIII. 1. *Alvum sistit*, etc. Dioscorid. II, 97. HARD.

2. *Item.* Galen. κατὰ τόπους, IX, pag. 616. HARD.

3. *Jecur.* Sext. Plat. VII, de spro, t. 5, ad ventris fluxum: « Jecur apri recens ex vino potatum, mire restringit. » HARD.

4. *Item.* Marc. Emp. cap. xxvii, pag. 194. HARD.

5. *Assum suillum, vel hircinum decoctum in vini hemina.* Voss. ut et Chiffi. *decoctum ad quintam heminam in vino.* Lege, *decoctum ad quintam heminae in vino.* Quatuor alii: *decoctum eminam in vino.* GROX.

6. *Vel.* In libris hactenus editis, « vel hircinum decoctum in hemina vini. » Probabilior nobis visa scriptura Reg. 2 cod. et Chiffi. quam amplexi sumus, ad stipulante fere Marc. Emp. xxvii, pag. 195: « Jecur hircinum, inquit, missum in ollam novam, cum vini austeri cotylis sex, ad tertias decoctum: sed dum excoquitur, compunctum: ut humor ejus cum vino permisceatur: postea dysenterico potui datum, efficaciter prodest. » HARD.

7. *Coagulum.* Sext. Plat. cap. II, de lepore, t. 17: « Ad infantium ventris fluxum, etc. » Marc. Emp. cap. xxvii, pag. 192; Plin. Val. II, 26, et Dioscorid. lib. II, cap. 85. HARD.

8. *Aliqui.* Sext. Plat. l. c. H.

gallam adjiciunt⁹, alii per se leporis sanguine contenti sunt lacte cocto. Equini¹⁰ fimi cinis in aqua potus. Taurini cornus veteris ex parte ima cinis, inspersus potioni aquæ. Sanguis¹¹ hircinus in carbone decoctus : corium caprinum cum suo pilo decoctum, succo epoto. Coagulum equi, et sanguis caprinus, vel medulla, vel jecur, alvum solvit. Fel¹² lupi cum elaterio umbilico illigatum. Vel¹³ lactis equini potus : item¹⁴ caprini cum sale et melle. Capræ¹⁵ fel cum¹⁶ cyclamini¹⁷ succo et aluminis momento. Aliqui et nitrum et aquam adjecisse malunt. Fel¹⁸ tauri

9. *Aliqui et gallam adjiciunt.* Adstrictivam nempe et alvo sistendæ, ut hinc patet, sat idoneam; sed aleam periculosam eo ludente qui hanc haurit: nam irritatio non raro medicaminis haustum secuta est, atque ipsa mors non semel. *As.*

10. *Equini.* Marc. Emp. xxvii, pag. 191, sq. *HARD.*

11. *Sanguis.* Marc. Emp. xxvii, pag. 194. *HARD.*

12. *Fel.* Annon *illitum* potius? Nam Plin. Val. II, 23, ventri molliendo: « Fel lupi, inquit, elaterio ventriculo illinuntur. » *H.*

13. *Vel.* Q. Serenus, cap. xxix, de ventre molliendo, pag. 104: « Crede tamen potum meliorem lactis equini, Dicitur hic validos asini pervincere succos. » Marc. Emp. xxx, pag. 218: « Serum de lacte equino, ventrem molliter purgat. » *HARD.*

14. *Item.* Marc. Emp. cap. xxvii, pag. 189, caprino lacte per se vel ovillo utitur tepido, aut decocto etiam cum butyro. *HARD.*

15. *Capræ.* Sext. Plat. cap. iv, de caprea, t. 13, ad ventrem solvendum: « Fel capræ suppositum

ano cum succo cyclaminis herbæ, et alumine aliquantulum, aut anetho combustum induito. » E caprea et caprea easdem fere peti medicinas alibi monuimus. *HARD.*

16. *Cum cyclamini succo et aluminis modico.* Voss. et Pintiani: « et aluminis momento. » Pulcherrime, nam pondusculum est certum. Lib. XXX, 7, « ut cinis earum bibatur in vino, addito resinæ momento. » Eodem lib. cap. 11: « sordes aurium aut mammarum pecudis denarii pondere cum myrrhæ momento. » Cap. 15: « Somnos allicit œsopum cum myrrhæ momento in vini cyathis duobus. » *GRON.*

17. *Lactis equini... caprini... Capræ... cyclamini.* Læc equinum purgaturu nequaquam simile; nec, si quando, eo poto, unus aut alter sanus evaserit, hoc credas ex ipso lacte proficisci. De quolibet lacte idem fere censendum. Quin caprino vis adstrictiva. Quod vero cyclamini succum jungit, bene est: quippe cui purgandi potestas summa, et citra lactis auxilium spectabilis. *As.*

18. *Fel,* etc. Suppl. et h. l. et in seq. *adjecisse malunt. As.*

cum absinthio tritum ac subditum pastillo¹⁹. Butyrum²⁰ largius sumptum. Cœliacis²¹ et dysentericis medetur jecur vaccinum. Cornus²² cervini cinis tribus digitis captus in potione aquæ. Coagulum²³ leporis subactum in pane : si vero sanguinem detrahunt, in polenta. Aprini vel suilli vel leporini fimi cinis, inspersus potioni tepidi vini. Vituli quoque jus vulgariter datum, inter auxilia cœliacorum et dysentericorum tradunt. Lactis asinini potus utilior, addito melle²⁴. Nec minus efficax fimi cinis ex vino utriusque vitio. Item²⁵ polea supra dicta. Equi²⁶ coagulum, quod aliqui hippacen²⁷ appellant, etiam si sanguinem detra-

19. *Pastillo*. Glandis loco quidam pastillum globulumve formant, et involutum linteolo ano induunt : quod auctor hic indicat. DALC.

20. *Butyrum*. Locus hic præpostera ad hunc diem interpunctione, et criticorum interpolatione laboravit, in hunc modum : « Butyrum largius sumptum cœliacis... medetur, et jecur vaccinum. » Verum interpunctionis vitiosæ non modo Reg. 2 cod. sed et res ipsa admonuit : ad superiora videlicet, hoc est, ad ea remedia quæ alvo solvendæ traduntur, quæ de butyro nunc prodit auctor, referri oportere : ut intellectus sit butyrum quoque largius sumptum alvum solvere, nedum cœliacis aut dysentericis eo pacto prodesse. Sic et Diosc. II, 81, de butyro, ἕθεν καὶ λίαν τι ἐκλύει πλέον πόνον. Itaque frustra illi Plinii editores, ut fucum facerent, vocolam et adjecerunt : quam MSS. codicum nullus representat, non Reg. 1, 2, Colb. aliive : quum etsi adesset illa, nihil tamen orationis perspicuitati obsesset, aut veritati. H.

21. *Cœliacis*. Ob flavæ bilis acrimoniam eo malo vexatis. DAL.

22. *Cornus*. Binum cochlearium mensura potus, inquit Dioscor. II, 63. Marc. Emp. xxvii, pag. 194 : « Cervini cornus, inquit, de ipsis radicibus, quæ capiti hærent, scobes lima tenuissima factus, et ad drachmæ mensuram cum vini austeri cyatho datus, sistet nimios ventris fluores, si vel triduo jugiter bibatur. » HARD.

23. *Coagulum*. Marc. Emp. xxvii, pag. 194. HARD.

24. *Addito melle*. Persuasum hoc Antiquis hulceris genus δυσεντερίαν esse. Unde, quum jam in finem ægritudo vergeret, mel ad hulcus detergendum sumi jussere, quod deterrentium sane est. At erratum in enarrando morbo vehementer. AJ.

25. *Item*. Sup. cap. HARD.

26. *Equi*. Totidem fere verbis Diosc. II, 85 : Ἡ δὲ τοῦ ἵππου, ἱππάκη καλουμένη, etc. HARD.

27. *Hippacen vocant*. Auctori hippace nunc herba, nunc coagulum, nunc caseus, magna levitate, et inconstantia. DAL.

hant, vel fimi cinis, dentiumque ejusdem tusorum farina, salutaris dicitur: et bubuli lactis decocti potus. Dysentericis addi mellis exiguum præcipiunt: et si tormina sint, cornus cervini cinerem; aut fel taurinum cumino²⁸ mixtum, et cucurbitæ carnes²⁹ umbilico imponere. Caseus recens³⁰ vaccinus immittitur³¹ ad utrumque vitium. Item butyrum³² heminis quatuor, cum³³ resinæ terebinthinæ sextante, aut cum malva decocta, aut rosaceo. Datur³⁴ et sebum vitulinum, aut bubulum. Item³⁵ medullæ excoquantur cum farina ceræque exiguo, et oleo, ut sorberi possint. Medulla et in pane subigitur. Lac³⁶ caprinum ad dimidias partes decoctum. Si sint et tormina, additur protropum³⁷. Torminibus³⁸ satis esse remedii in leporis cogulo potio e vino tepido, vel semel, arbitrantur aliqui. Cautiores³⁹ et sanguine caprino cum farina hordeacea et

28. *Cumino*. Absurde: nam ex irritativis cuminus est. Quamquam forte, si quando ea dysenteria labores quam fæculentorum ciborum usus, ultra quam par est productus, genuerit in frigidis paludosisque regionibus, non inutiliter cuminum sumpturus es. *AL.*

29. *Cucurbitæ carnes*. Si exurens et mordax bilis descendit. *DAL.*

30. *Caseus recens*. Iisdem verbis Plin. Val. II, 33. Sed, plane ab utroque abhorrens, mandi jubet Marcellus Empiricus, cap. xxvii, pag. 195. *HARD.*

31. *Immittitur*. Immitti hoc loco infundi clystere est, ut quidem videtur.

32. *Item butyrum*, etc. Alvum eo sisti ex Dioscor. diximus superius, cap. 35. *HARD.*

33. *Cum resinæ terebinthinæ sextante*. Si hucns tergendum est. *H.*

34. *Datur*. Marc. Emp. xxvii, pag. 193. *HARD.*

35. *Item medullæ*, etc. Marc. Emp. xxvii, pag. 195: « Medulla vaccina cum farina tenui subacta, et velut excoctus panis cibatu data, mire dysentericos sanat. » *H.*

36. *Lac*. Marc. Emp. xxvii, p. 192: « Lac caprinum fervens, adjecto polentæ quantum satis sit, quum fuerit quasi tenuis pulvicula, dabis dysenterico bibendum. » At Plin. Val. II, 33, vel sic infundi clystere jubet. *HARD.*

37. *Protropum*. Vinum quod ex uvis sponte fluit, et antequam has aliquis prælo subjecerit. *AL.*

38. *Torminibus*. Ad verbum Plin. Val. II, 22. *HARD.*

39. *Cautiores*. Hæc totidem verbis Marc. Emp. xxvii, pag. 194. Item Sext. Platon. cap. v, de capro et capra, tit. 15, ad torminosos. *H.*

resina, ventrem illinunt. Ad omnes epiphoras⁴⁰ ventris illini caseum mollem suadent : veterem autem in⁴¹ farina tritum cœliacis et dysentericis dari, cyatho casei in⁶ cyathis⁴² vini tribus. Sanguis caprinus decoctus cum medulla dysentericis. Jecur⁴³ assum capræ cœliacis subvenit, magisque etiam hirci, in vino austero decoctum potumque, vel ex oleo myrteo umbilico impositum. Quidam decoquunt a tribus sextariis aquæ ad heminam, addita ruta. Utuntur⁴⁴ et liene asso capræ hircive, et⁴⁵ sevo hirci in pane qui cinere coctus sit : capræ⁴⁶ a renibus maxime, ut per se hauriatur protinus⁴⁷; inque modice frigida sorberi jubent. Aliqui et in aqua decoctum sevim admixta polenta, et cumino, et⁴⁸ anetho, acetoque. Illinunt et ventrem cœliacis, fimo cum melle decocto. Utun-

40. *Ad omnes epiphoras.* Plin. Val. II, 23. Marc. Empir. xxvii, pag. 194 : « Ad omnes epiphoras ventris caseum vaccinum mollem calidum imponi oportet : quo tempore dysentericis potiones ferro candenti calefactas dari convenit. » HARD.

41. *In farina.* Sic libri omnes. Plin. Val. l. c. *in modum farine*, ut plane *in farinam* legisse videatur. H.

42. *In cyathis vini tribus.* Nostrium apographum, « in vini cibarii cyathis tribus. » PINT.

43. *Jecur.* Marcell. Emp. xxvii, pag. 192. HARD.

44. *Utuntur.* Sext. Plat. cap. iv, de caprea, tit. 17, *ad torminosos* : « splen capræ potatum mire sanat. » Eadem et in capræ liene vis, ut alibi diximus, quamquam imbecillior. HARD.

45. *Et sevo hirci in pane qui cinere coctus sit.* Dictio hirci non est in cod. Pint.

46. *Capræ.* Capræ sevo, inquit, quod maxime a renibus prodest. Marc. Emp. cap. xxvii, pag. 195 : « Adipem caprinum de renibus sublatum, misce cum polentæ furfuribus, atque adjice illic cuminum, et anethum, et acetum, æquis portionibus : atque ex aqua decoque, et colatum, sorbitionis more, dysenterico dato sumendum, etc. » HARD.

47. *Protinusque modice frigidam sorberi jubent.* Acad. *protinusque hujusmodi frigidum.* Tres alii, *protinusque modi frigidum.* Antiquissimus et Chiff. *protinus lique.* Unde conjiciunt, *protinus aliqui.* Sed Vossianus etiam *frigida.* Scribe igitur : « ut per se hauriatur protinus, inque modice frigida sorberi jubent. » Sic mox, « uti protinus hauriatur frigida aqua. » GRON.

48. *Et.* Sic Reg. 1 et Marcell. Empir. In Reg. 2 et Chiff. *aniso,* hoc est, *aniso.* HARD.

tur⁴⁹ ad utrumque vitium et coagulo hædi in vino myrtite, magnitudine fabæ potō : et sanguine ejusdem⁵⁰ in cibum formato, quem⁵¹ sanguiculum vocant. Infundunt⁵² dysentericis et glutinum taurinum aqua calida resolutum. Inflationes⁵³ discutit vitulinum fimum in vino decoctum. Intestinorum⁵⁴ vitiis magnopere prodest coagulum cervorum, decoctum cum lente betaque, atque in cibo sumptum. Leporis⁵⁵ pilorum cinis cum melle decoctus. Lactis caprini potus, decocti cum⁵⁶ malva, exiguo sale addito. Si⁵⁷ et coagulum addatur, majoribus emolumentis fiat. Eadem⁵⁸ vis est et in sevo caprino in sorbitione aliqua, uti protinus hauriatur frigida aqua. Item feminum hædi cinis rupta intestina sarcire mire traditur. Fimum leporis⁵⁹ cum melle decoctum, et quotidie fabæ magnitudine sumptum, ita⁶⁰ ut deploratos sanaverint.

49. *Utuntur.* Marcell. Emp. ad verbum, cap. xxvii, p. 193. H.

50. *Et sanguine ejusdem,* etc. Aqua calida elixo, deinde in sartagine frixo. Allobrogibus *sanchet*. DALEC.

51. *Quem.* Sic etiam Reg. I. In Reg. 2 et Chiffi. *sanguiculum*. In Gallia *boudin* vulgus appellat. H. — *Sanguiculum.* Præstat sane vulgata lectio. Cæterum monuit DUPRET suo (non enim satis scimus an et hodierno) tempore hoc cibi genus ab Alpinis gentibus *sanchet* vocitatum. AJ.

52. *Infundunt.* Ad verbum Plin. Val. II, 33. HARD.

53. *Inflationes.* Plin. Val. I. cit. • Imponitur item inflationi fimus vitulinus in vino decoctus. • H.

54. *Intestinorum.* His cervi medullam opitulari ait Sext. Platon. cap. I, de cervo, tit. 19. HARD.

55. *Leporis.* Plin. Val. II, 32.

Marc. Emp. cap. xxvii, pag. 196 : • Pilos leporinos adjecto melle comprehendes, atque inde globulos parvos facies : hi singuli sæpius deglutiti, intestina quamvis perniciose rupta, certa conjunctione connectunt. • HARD.

56. *Cum.* Plin. Val. I. c. cum melle et sale : forte mendose. H.

57. *Si.* Q. Serenus, cap. xxxii, pag. 146 : • Quum colus invisum morbi genus intima carpit, Mande galeritam volucrem quam nomine dicunt, Aut pavidi leporis madafacta coagula pota. • HARD.

58. *Eadem.* Hoc medicamentum refert ad hydropicos Sext. Platon. cap. v, de capro et capra, tit. 17. HARD.

59. *Fimum leporis,* etc. Plin. Val. II, 32. HARD.

60. *Ita.* Quamvis perniciose ruptis intestinis, inquit Marc. Emp. cap. xxviii, p. 202. HARD.

Laudant⁶¹ et caprini capitis cum suis pilis decocti succum.

LIX. Tenesmos¹, id est, crebra et inanis voluntas desurgendi² tollitur potu lacte asinino; item³ bubulo. Tæniarum⁴ genera pellit cervini cornus cinis potus.

61. *Laudant.* Marc. Emp. cap. xxvii, p. 196. HARD.

LIX. 1. *Tenesmos.* Vel, ut alii scribunt, *tenasmos*: Græcis τενεσμός et τενεσμός, hoc est, ut Cels. ait, IV, 18, morbus in quo frequens desidendi cupiditas est. Hanc *desurgendi* vocem, quam MSS. omnes repræsentant, Reg. 1, 2, Colb. 3, Chiff. aliique, quam quæ vis ei subesset haud satis perciperent Plinii editores, eradendam duxere, atque *egerendi* verbum inseri satius fore, quod in hunc diem libri vulgati præferunt. *Desurgere*, verbum est medicum, quo sæpe Largus Scribonius utitur, præsertim vero in definitione tenesmi quæ Plinianæ similis est ac plane par. « Est, inquit, irrita crebro desurgendi voluntas, » hoc est, secedendi, ut diximus in interpretatione. Græci ἀρσιδυσίω dicunt. Cels. IV, 15: « frequentem deiciens cupiditatem »: *desidendi*, cap. 18. Hinc apud Marc. Emp. xxvii, p. 187: « cæliaci propter frequentes desurrectiones viribus defecti. » Item Scribonius, proxime antea laudatus, cap. 38, cui titulus est, *Ad prolapsionem, et libidinem nimiam desurgendi extremi intestini*, Comp. 142: « Tenesmos est irritatio ultimæ partis directi intestini, in quo ultimo sæpius libet desurgere sine causa. » Non sic tamen intelligendus Horat. Sat. II, vs. 76: « Videt ut pallidus omnis Cæna desur-

gat dubia. » Sed *desurgat* ibi dictum pro *de cæna surgat*. HARD.

2. *Desurgendi.* Secedendi ad exonerandam alvum. HARD.

3. *Item.* Plin. Val. II, 24, et Marc. Emp. xxix, pag. 203. H.

4. *Tæniarum.* Ita MSS. non *linearum*. Vide Cels. IV, 17; Sextum Plat. 1, de cervo, n. 8: « Cervinum cornu combustum datum in vino, vel aqua calida, lumbricos necat et ejicit. » Sic et Plin. Val. II, 21; Scribon. Larg. comp. 122; Marc. Empir. cap. xxviii, p. 200; Q. Seren. cap. xxxi, de lumbricis et tineis purgandis, pag. 145: « Ergo cinis cornu cervini proderit haustus. » H.—*Tæniæ*. Equidem mirarer tæniarum genus Pliniano tempore multiplex visum (nam nec ante sagacissimi Plateri, mox Cl. V. ANDRY et BONNET, tempora in duas species typus vermis abiit; nec de his egit Plinius, quos mammalium cætera, tum aves, pisces, immoreptantia accolashabent), ni hoc succurreret, multos, ut aiunt, elminthas cum vcris tæniis uno, non quidem apto satis nomine, indicatos. Sexaginta fere nunc species novimus, quarum 6, ni falluntur docti, humanitatis hospites. Celeberrimus omnium *vermis cucurbitinus* Pall. et Plat. (Linn. *tænia solium*; *longiorum annulorum tænia* BONNET; *tænia articulos dimittens* DIONIS; *lumbricus latus* TYSON, DE HÆLN, LECLEEC, MARX), quem nos *tanium*

Quæ⁵ in excrementis lupi diximus inveniri ossa, si terram non attigerint, colo medentur, adalligata brachio. Polea⁶ quoque supra dicta, magnopere prodest in sapa decocta. Item suilli fimi farina addito cumino in aqua rutæ decoctæ. Cornus⁷ cervini teneri cinis, cochleis

hominis armatam dicimus (nam nec lumbricus est; nec articularum longitudo, latitudo et moles, singularitas aut χαρακτήρ videtur). Armatam vero ideo, quod huic os hamuli muniant χυθρόδεις, unde annuli effigies aut coronæ duplicis (vid. icon. in sup. laudat. fere omnium Encyclop. tab. XLI, 15, 19; Linn. Amœnit. Acad. et BRERA, tab. I, 1, 2, 3, 6, 8, 9, 11, 16; II, 1, 2, 3, 5, 6, 7). Hinc certissime ac facillime ab illa excedebat tænia cui hamulorum uncitas deest, *inermi* propterea nominata. Cæterum uterque sævus parasitus et tenax, quamvis non semel dolorum atrocitas in majus celebrata a vulgo. Certe longitudine hic valet portentosa, quæ quum sæpissime 25 pedum sit aut 30, ad 150 tamen (VANDEVEREN, *Dissert. de verm. intest. hom.*), et 300 (ROSENSTEIN, *malad. des enfans*), et 700 (BALDINGER, *Arncien. II, B*) pervenit; tum quadruplex huic osculum, cucurbitulæ vi et officio simillimum, unde firmissimus bis adhæret quibus sese applicuit, et frangitur, lancinatur per partes facilius quam avellitur: idem, postquam truncatus ac fractus est, reparatur, et ad hoc incrementi rursus pervenit, quo miserrime ægrotantes vexaverat, modo integrum manserit caput. Hyperboles tamen illa causa apud vulgus fuit, quod olim crederent

singulis articulis triplicem, aut quadruplicem proboscidem inesse, unde succos mucosos ex intestinis ducerent, raperent; quod anatome falsum decrevit. Cætera ignorantur, neque hic de his disceptandum. Therapeutice vero omnibus fere modis hostem aggressa, vix potest laboranti opem ferre. Quocumque vero modo utantur, id fere semper in consilio est, ut tæniam enecent, quod quinque tentatur medicaminum generibus, aqua nempe quam gelidissima, oleis (unde asphyxia, deficiente aere), aeriformibus irritativis (qualia æther in vapores lapsus, acidum carbonicum: hinc quoque asphyxia), salibus (quos inter murias e baryto, item nitras e potasside), tum purgativis. Non raro quoque in id laborant, ut vermem anus egerat, quod purgantium ope fit, si fiat. Principes in hoc affectu curando, ROSENSTEIN, HERRENSCHWAND, nostr. CHABERT, ODIER, RATHIER, MATHIEU; sed præterea varii varie hoc malum lacescunt, nec ullus fere est optimæ notæ medicus, cui non methodus quædam sua præ cæteris placeat. Nullos tamen audio cervino cornu uti. A7.

5. Quæ. Nempe cap. 49. Hæc totidem verbis Marc. Emp. XXIX, pag. 202. HARD.

6. Polea. Cap. 58. HARD.

7. Cornus. Plin. Val. II, 18:

Africanis cum testa sua tuis mixtus, in vini potione.

- x LX. (xv.) Vesicæ¹ calculorumque cruciatibus auxiliatur urina apri, et ipsa vesica pro cibo sumpta; efficacius², si prius fumo maceretur utrumque. Vesicam³ elixam mandi oportet; et a muliere, feminæ suis. Inveniuntur et in jocineribus eorum lapilli, aut duritie lapillis⁴ similes, candidi sicuti in vulgari sue: quibus contritis atque potis in vino, pelli calculos aiunt. Ipsi⁵ apro tam gravis sua urina est, ut nisi egesta, fugæ non sufficiat, ac velut devinctus opprimatur. Exuri illa tradunt eos. Leporis⁶ renes

• Cornus cervini teneri cinis cum cochleis Africanis, cum testis suis tuis mixtus, datus in potione vini, facit optime ad colum. • Tene-rum cornu vocat, quod ut ait Marc. cap. xxvii, pag. 194, de ipsis radicibus sumitur, quæ capiti hærent. HARD.

LX. 1. *Vesicæ.* Marc. Emp. iisdem verbis, xxvi, pag. 180. HARD.

2. *Efficacius.* Sic libri omnes. At in Chiff. *si prius fumo.* Inepte: nam Marc. Emp. Plinium secutus, cap. xxvi, pag. 180: « Verris silvatici, inquit, lotium cum sua vesica, in fumo suspensum et asservatum, stranguriosis cum potione mixtum, potui datum efficacissime prodest. » Et Sext. Plat. vii, de apro, tit. 9, *ad stranguriam et vesicæ dolorem:* « Vesica apri cum lotio infuso, si suspensa et passa fuerit (solem nimirum, ventosque, aut fumum), donec aquaticus humor effluat, et discoctam dederis manducare iis, qui patiuntur, mire sanantur. » H.

3. *Vesicam.* Apri scilicet maris a viro, feminæ a muliere mandi suadet. Plin. Val. II, 39, vesicæ et calculo purgando: « Vesica apri

in cibo elixa sumitur. » Apertius vero Marc. Emp. xxvi, pag. 183:

« Vesica apri recte adversum vesicæ dolores in cibo sumitur; ita ut mulier feminæ, vir masculi sumat. » HARD.

4. *Lapilli, aut duritie lapillis similes.* Hi lapilli calculi sunt qui vesiculam fellis sæpe tenent. His calculis natura saponis, alioqui in aqua facile solubilibus, quanquam inflammabiles fuerint. Orientalium virorum est tales calculos, quasi medicamina sint, prædicare. Inde fama Bezoardo non uni in Occidente, dum sæpe de stultitiæ palma visi sumus disputare. Lusitani prædicaverunt quoque aprugni calculi vim, cui nomen fecerant *pedra di porco.* AS.

5. *Ipsi apro tam gravis sua urina est, ut nisi egesta fugæ non sufficiat.* In vetusto exemplari superfluit verbum *sua:* *effugere* legitur, non *fugæ.* PINT. — *Ipsi apro tam gravis,* etc. Diximus ea de re supra, lib. VIII, cap. 77. HARD.

6. *Leporis.* Totidem verbis ac syllabis Plin. Val. II, 39. In sole coctos derasosque in potione dari

inveterati, in vino poti, calculos pellunt. In⁷ perna suum² articulos esse diximus, quorum decoctum jus facit urinæ utile. Asini⁸ renes inveterati, tritique, et in vino mero dati, vesicæ medentur. Calculos expellunt lichenes equini ex vino aut mulso poti diebus XL. Prodest⁹ et unguæ equinæ cinis, in vino, aut aqua. Item¹⁰ fimum caprarum in mulso, efficacius silvestrium. Pili¹¹ quoque caprini cinis. Verendorum¹² carbunculis, cerebrum apri vel suis, sanguisque. Vitia¹³ vero, quæ in eadem parte serpunt, jecur eorum combustum, maxime juniperi ligno, cum charta et arrhenico¹⁴ sanat : fimi cinis : fel¹⁵ bubulum cum alu-

Sext. Platon. jubet, cap. II, de lepore, tit. 10, ad calculosos. H.

7. *In*. Cap. 49 : « Item ossa ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices vertuntur. » HARD.

8. *Asinini*. Marc. Emp. xxvi, pag. 180. HARD.

9. *Prodest*. Plin. Val. II, 39, et Marc. Emp. xxvi, pag. 181. H.

10. *Item*. Marc. Empir. xxvi, pag. 177. HARD.

11. *Pili*. Marc. Emp. cap. xxvi, pag. 180. HARD.

12. *Verendorum*. Sext. Plat. VII, de apro, tit. 2, ad carbunculos et dolores veretri : « Apri cerebrum coctum, contritum ex melle, et impositum, mire sanat. » HARD.

13. *Vitia*. De arrhenico, sive arsenico, quod ad enarrandam lectionem patet, dicemus XXXIV, 56. Libri fere omnes editi, cum MSS. Reg. 1, 2, Colb. 3, cæterisque. Editio Parm. cum charta *Armeniaca*; cod. Chifflet. *carteti Armenico*. Utrobique mendum. His nos neglectis sinceram priorum exemplarium non modo retinemus, sed etiam Marcelli Empirici suffragio defen-

dimus, apud quem hoc medicamentum totidem fere verbis exstat, cap. xxxiii, pag. 227 : « Mirifice, inquit, hoc medicamentum purgat hulcera quælibet, etiam si cancer tentaverit. Est autem lene. Conficitur sic. Auripigmenti denarios sex æris squamæ X. tres; Elaterii X. 1. chartæ combustæ cineris X. 3. Ex his tritis quum opus, cochlearia tria rosæ cyatho permiscuntur, et linteola carpta in eo tinguntur, atque ita hulceri superponuntur. Hoc medicamentum cito et sine ullo morsu expurgat sordidissima hulcera, ac sanat. » H.

14. *Arrhenico*. Vulgo, ut patet, *arsenic*. Cave ne celeberrimum virus tam incaute aut sumas, aut porrigas. Quanquam non eadem pericula applicanti ac potanti. Fieri tamen potest, ut arrhenico tacta pars humanitatis delicatior eo deveniat irritationis, ut spasmus et mors sequatur. As.

15. *Fel*. Ita rescripsimus ope cod. Reg. 2, in quo *myrrha* disertè legitur : in Reg. 1 et Chifflet. *ac murra*, vetusto more, pro *myrrha*.

mine Ægyptio ac myrrha ad crassitudinem mellis subactum : insuper beta ex vino cocta imposita : caro¹⁶ quoque. Manantia vero hulcera, sebum cum medulla¹⁷ vituli in vino decoctum, fel caprinum¹⁸ cum melle rubique succo : vel si serpent, fimum¹⁹ etiam prodesse cum melle dicunt, aut cum aceto, et per se butyrum. Testium²⁰ tumor sevo vituli, addito nitro cohibetur : vel fimo ejusdem

In libris hactenus editis, *at muria*, perverse. Plin. Val. II, 41, ad vendendum vitia : « Fel item bubulum, inquit, cum alumine Ægyptio ad crassitudinem mellis subactum illinitur, etc. » Marc. Emp. xxxiii, pag. 230 : « Permisto alumine et myrrha, fel bubulum ad crassitudinem mellis, subactum, et illitum, ea quæ veretris serpunt, mira celeritate persanat : supra etiam beta vino recte imponitur. » Habdarrhmanus Ægyptius, cap. vi, fel bubulum per se adsciscit ad virilium hulcera, nihil præterea adjicit. H.

16. *Caro quoque. Bovis*, ex vino cocta et inposita. DAL. — *Caro. Bubula* videlicet, aut vaccina. Marcell. Emp. xxxiii, pag. 229 : « Caro vaccina recens veretro imposita, hulcera ejus et epiphoras mire sanat, etc. » HARD.

17. *Sebum cum medulla vituli*, etc. Mixtio qua laxior fit in dies caro, ita ut non mirandum, si putredo sequatur. AZ.

18. *Fel caprinum cum melle rubique succo. Fel* in apographo nostro, non *vel. PINT.* — *Fel caprinum.* Sic Reg. 2 cod. et quem Pinitianus vidit : non ut hactenus editi, *vel caprinum*, quasi sebum subintelligi hic quoque ex antecedentibus oporteat. Confirmat Q. Seren.

cap. xxxvii, de obacenis medendis, pag. 149 : « Obscenos si pone locos nova vulnera carpent, Horrentum mansa curantur fronde ruborum. » Et paulo ante : « Languidus antiquo purgatur penis Iaccho, Ac super illinitur fecundæ felle capellæ. » Et Marc. Emp. xxxiii, pag. 229 : « Fel caprinum, inquit, cum melle, veretri doloribus, hulceribusque illitum prodest. » HARD.

19. *Fimum etiam prodesse cum melle dicunt.* Vox ultima non est in optimo, et suspicor inculcatam ab aliquo, qui parum meminisset passim Plinio *fimum* dici neutro genere, quum et ex *prode*, cum superposita virgula liceret ei facere tam *prodesse* quam *prodest*. Sed Plinii fuerat : « fimum etiam prodest cum melle aut cum aceto. » Sic cap. 17 : « Melancholicis fimum vituli in vino decoctum remedio est. » GROS.

20. *Testium tumor cum sevo vituli addito nitro cohibetur.* Voss. expungit *tò cum* : et eo non ægre caret oratio. In quatuor aliis deest vox *tumor*, latens scilicet in præpositione. GROS. — *Testium.* Marc. Emp. xxxiii, p. 228 : « Adeps vituli, et nitri modicum, una permixta, et ceroti modo imposita testiculis, tumores omnes et dolores persanare dicuntur. » HARD.

ex aceto decocto. Urinæ²¹ incontinentiam cohibet vesica aprina, si assa mandatur. Ungularum²² apri vel suis cinis potioni inspersus. Vesica feminæ suis combusta ac pota: item²³ hœdi, vel pulmo: cerebrum leporis in vino²⁴. Ejusdem²⁵ testiculi tosti, vel coagulum cum anserino adipe in polenta: renes asinini in mero triti potique. Magi²⁶ verrini genitalis cinere potio ex vino dulci demonstrant urinam facere in canis cubili, ac verba adjicere, ne ipse urinam faciat, ut canis, in suo cubili. Rursus ciet urinam vesica suis, si terram non attigerit, imposita pubi.

LXI. Sedis vitiis præclare prodest fel ursinum cum¹ adipe. Quidam adjiciunt spumam argenti ac thus. Prodest et butyrum¹ cum adipe anserino ac rosaceo. Modum² ipsæ

21. *Urinæ*. Sext. Plat. VII, de spro, t. 10, ad urinæ incontinentiam: « Vesicam apri assatam da ad manducandum, et curantur. » Idem de verrina vesica Marc. Emp. prodidit, xxvi, pag. 184. HARD.

22. *Ungularum*. Diosc. Εὔπερ. II, 101: Τὸς δὲ ἐνερῶντας ἰᾶσθαι δεῖ... κκαπρείας ὑπλῆς... καχλιάριον μετὰ μαλικράτου, τὸ αὐτό. Sic etiam Plin. Val. II, 40. At Marc. Emp. parum sibi constans, modo dysuriæ, modo urinæ incontinentiæ hoc medicamentum assignat. Nam cap. xxvi, pag. 181: « Ungularum aprugnarum, inquit, exustarum cinis potioni inspersus, plurimum urinæ difficultates juvat. » At pag. 184: « Ungues aprugni, ait, exusti, tritique, in potione sumpti efficaciter submeiulis prosunt. » HARD.

23. *Item*. Capræ vesicam Marc. Emp. anteponeit. « Qui urinam tenere non poterit, » inquit ille cap. xxvi, pag. 185, « capræ vesicam comburat, et cinerem ejus ex aqua cum vini potione bibat. » HARD.

24. *Cerebrum leporis in vino*. Plin. Val. II, 40, et Marc. Emp. cap. xxvi, pag. 184. HARD.

25. *Ejusdem*. Auctores proxime laudati. HARD.

26. *Magi*. Marc. Emp. cap. xxvi, pag. 185: « Verrini genitalis usti cinerem bibere debent ex vino, qui urinam continere non possunt. In cubili canis urinam faciat, qui urinam non potest continere: dicatque dum facit, Ne in cubili suo urinam, ut canis, faciat. » Eadem habet et Plin. Val. III, 40. H.

LXI. 1. *Prodest et butyrum*. Ad tumores, mariscas, et condylomata. DAL. — *Prodest*. Marc. Emp. cap. xxxi, pag. 222: « Butyrum et adeps anserina, et oleum rosaceum, permixta, pulcherrime prosunt ani vitiis. » HARD.

2. *Modum ipsæ res statuunt*. Crassitudinem, et ut vulgo aiunt, consistentiam. DAL. — *Modum*. Mensuram rerum singularum: eam enim crassitudinem tantum desiderant, ut possint esse illitu faciles. HARD.

res statuunt, ut sint illitu faciles. Præclare³ medetur et taurinum fel, in⁴ linteolis conceptis; rimasque perducit ad cicatricem. Inflationibus⁵ in ea parte, sebum vituli, maxime ab inguinibus cum ruta: cæteris⁶ vitiis medetur sanguis caprinus cum polenta. Item⁷ fel caprinum condylomatis⁸ per se. Item fel lupinum ex vino. Panos⁹ et apostemata in quacumque parte sanguis ursinus² discutit: item¹⁰ taurinus aridus tritus. Præcipuum tamen remedium traditur in calculo onagri: quem dicitur, quum interficiatur, reddere urina¹¹, liquidiozem initio, sed in terra spissantem se. Hic adalligatus femini, omnes impetus discutit¹², omnique suppuratione liberat. Est autem rarus inventu, nec ex omni onagro, sed celebri remedio. Prodest et urina asini cum melanthio. Et¹³ unguæ equinæ³ cinis cum oleo et aqua illitus. Sanguis¹⁴ equi, præcipue admissarii: et sanguis bubulus: item fel. Caro quoque eosdem effectus habet calida imposita: et unguæ cinis ex aqua aut melle: urina caprarum: hircorum quoque carnes in aqua decoctæ: aut¹⁵ fimum ex his cum melle

3. *Præclare*. Diosc. II, 96: Ἀποθεραπείαι τε τὰ ἐν δακτυλίων ἄγχις ἐὼς. « Sedis hulcera persanat, et ad cicatricem perducit. » HARD.

4. *In*. Ita recte Reg. 1, 2, Colb. Ch. non, ut fere editi, *conceptis*. Linteola carpta dixit Marc. Emp. xxxiii, pag. 227. HARD.

5. *Inflationibus*. In sede, in ano. HARD.

6. *Cæteris*. Marc. Emp. xxxi, p. 222: « Sanguis caprinus cum polenta impositus, ani vitium omne persanat. » HARD.

7. *Item*. Marc. Emp. l. c. H.

8. *Condylomatis*. Condyloma fit, quum exanthemate calloso muliebria atque anus laboravere. AJ.

9. *Panos*. Plin. Val. III, 27. H.

10. *Item taur.* Diosc. II, 97, ubi taurinum sanguinem cum polenta impositum, duritias discutere et emollire ait. HARD.

11. *Urina*. Cum urina. HARD.

12. *Impetus discutit*. Humor collectiones, a quibus panni fiunt. DAL. — *Omnes*. Epiphoras. Vide quæ de hac voce diximus, XX, 97. HARD.

13. *Et*. Marc. Emp. xxxii, pag. 226, et Plin. Val. III, 27. H.

14. *Sanguis*. Iidem auctores prope laudati. HARD.

15. *Aut*. Ex hircis. Sic etiam Plin. Val. l. c. et Marc. Emp. xxxii, pag. 224. HARD.

decoctum : verrinum fel¹⁶ : urina¹⁷ suum in lana imposita. Femina¹⁸ atteri adurique equitatu notum est. Utilissimum¹⁹ est ad omnes inde causas, spumam equi ex ore, inguinibus illinere. Inguina²⁰ et ex hulcerum causa intumescunt. Remedio sunt equi setæ tres totidem nodis alligatæ intra hulcus.

LXII. (xvi.) Podagris¹ medetur ursinus adeps, taurinumque sevim pari pondere et ceræ. Addunt quidam hypocisthida et gallam. Alii hircinum præferunt² sevim cum³ fimo capræ, et croco, sinapive, vel caulibus ederæ tritis, ac perdicio, vel flore cucumeris silvestris. Item⁴ bovis fimum cum aceti fæce. Magnificant⁵ et vituli, qui nondum herbam gustaverit, fimum : aut per se sangui-

16. *Fel ursinum sive verrinum. Fel verrinum*, in vetere codice, cætera redundant. PINT.

17. *Urina*. Marc. Emp. xxxii, p. 226. HARD.

18. *Femina atteri*. Intertriginem vitium Latini appellant, τὸ τρίμη. DALEC.

19. *Utilissimum*. In libris ad hunc diem editis, ex ore, inguinibusque. At quis spumam equi, quæso, vidit ex inguinibus? Feminibus attritis inguinibusque illini, sententia ejus loci est. Plin. Val. II, 43 : « Si autem ex equitatu, inquit, femina vexata sunt, spuma equi ex ore, feminibus illinitur, et inguinibus imponitur. » Brevius Marc. Emp. cap. xxxii, pag. 225 : « Si ab equitando vexata fuerint inguina, aut intertrigines dolebunt, spuma equi fricentur, statim remediabuntur. » HARD.

20. *Inguina et ex ulcerum*. Inguina bubone occupantur ex ulcerum causa, quæ in pudendis,

pedum digitis, malleolis fiunt. DAL.

LXII. 1. *Podagris*. Totidem verbis Plin. Val. III, 14, et Marc. Emp. xxxvi, pag. 250. HARD. — Nulla hinc utilitas. Cæterum nec recentiorum scientia in sananda podagra utilior. AZ.

2. *Alii hircinum præferunt sevim*. Sic et Dioscorid. II, 94, et Marc. Emp. xxxvi, pag. 244. HARD.

3. *Cum*. Diosc. II, 98. H.

4. *Item*. Marc. Emp. xxxvi, pag. 242. Habdarrhamanus Ægyptius, interprete Ecchellensi, cap. vi, p. 47 : « Vaccæ stercus contusum et commixtum cinere, ac oleo subactum, obducatur podagræ, curabit illam. » HARD.

5. *Magnificant*. Habdarrhamanus, cap. vi, pag. 48 : « Si stercore vitulæ, statim atque nascitur, et quæ nihil aliud comederit, præter lac maternum, oblines pedes laborantis podagra, non mediocre percipiet utilitatem : curat adhuc omnes pedum dolores. » HARD.

nem tauri : vulpem⁶ decoctam vivam, donec ossa tantum restent : lupumve vivum oleo cerati⁷ modo incoctum : sevim hircinum, cum helxines parte æqua, sinapis tertia : fimi caprini cinerem cum axungia⁸. Quin⁹ et ischiadicos uri sub pollicibus pedum eo fimo fervente, utilissime tradunt. Articulorumque¹⁰ vitiis fel ursinum utilissimum esse, et leporis pedes adalligatos¹¹. Podagras¹² quidem mitigari pede leporis viventis abscisso, si quis secum assidue habeat. Perniones¹³ ursinus adeps, rimasque pedum omnes sarcit : efficacius¹⁴ alumine addito : sevim caprinum : dentium equi farina : aprinum vel suillum fel : cum¹⁵

6. *Vulpem*. Sext. Plat. cap. III, de vulpe, tit. 12, *Ad morbum articulorum* : « Vulpis viva in amplo vase decocta, donec ossa relinquat, mire sanat, si sæpius in aquam in vase quis descenderit, etc. » Marc. Emp. xxxvi, pag. 250 : « Vulpem ex aqua coquito, donec mollescat, et ex aqua percolata pedes assidue foveto : quo facto doloribus facile caveri hoc remedio quidam frequenter experti sunt. » HARD.

7. *Cerati modo incoctum*. Donec ad cerati crassitudinem oleum reducatur. DALEC.

8. *Fimi caprini cinerem cum axungia*. *Quin et Ischiadicos*, etc. In archetypo nostro, « fimi caprini cinerem cum axungia equina. Ischiadicos, etc. » PINT. — *Fimi*. Plin. Val. XIII, 14. HARD.

9. *Quin*. Meminit hujus moris Anthyllus ap. Actium, serm. 12, c. III, pag. 207 : « Nos, inquit, etiam hujuscemodi urendi modo utimur : stercus caprinum siccum fervefacimus, eoque ventrem magni digiti affecti pedis perurimus, paulo infra unguem usque ad os ipsum ustione

penetrante. Hæc ipsa ustio extremas coxendicum affectiones, et quæ nulli alii præsidio cedunt, dissolvit. » H. — Hippocrates præcæserat, laudibus quidem magnificis efferens. Oriens prædicat, nec *mozæ* (id nomen medicamini) famam theriace vincet. Cf. circa hæc rem TEN RHYNE et KEMPPER. Vana h. l. tamen omnia ne monere quidem operæ est. A.

10. *Articulorum*. Marc. Emp. xxxiv, pag. 234; Plin. Valer. III, 15. HARD.

11. *Adalligatos*. Quidam ratione fortassis eadem, somno conciliando, ægrorum pileo adnectunt. DALEC.

12. *Podagras*. Marc. Emp. xxxvi, pag. 246. HARD.

13. *Perniones*. Diosc. II, 94, et Marc. Emp. xxxiv, pag. 236, ad verbum. Pro ursino anserinum adhibet Plin. Val. II, 51. HARD.

14. *Efficacius*. Idem Marc. loc. cit. HARD.

15. *Cum*. Aprinus videlicet. Sext. Plat. cap. VII, de apro, tit. 4, *ad pedes exulceratos a calceamentis* : « Apri pulmonem cum melle

adipe pulmo¹⁶ impositus : etsi subtriti¹⁷ sint contusive offensatione : si vero adusti frigore, leporini pili cinis. Ejusdem¹⁸ pulmo contusis dissectus, aut pulmonis cinis. Sole adusta, sevo asinino aptissime curantur; item bubulo cum rosaceo. Clavos et¹⁹ rimas callique vitia, finum apri vel suis recens illitum, ac tertio die solutum sanat: talorum cinis, pulmo aprinus, aut suillus, aut²⁰ cervinus. Attritus calceamentorum, urina²¹ asini cum luto³ suo illita. Clavos²² sevim bubulum cum thuris polline. Perniones²³ vero corium combustum : melius si ex vetere calceamento: injurias e calceatu²⁴, ex oleo corii caprini cinis. Varicum dolores sedat fimi vitulini cinis, cum liliū bulbis decoctus, addito melle modico; itemque omnia inflammata, et suppurationes²⁵. Sed podagricis²⁶ prodest et articulariis morbis, e maribus præcipue vitulis. Arti-

comixtum, ut malagma superpone pedibus, a calceamentis læsis et exulceratis; sanabuntur. » H.

16. *Pulmo impositus.* Pulmo suis recens evulsus, et adhuc calens. DALEC.

17. *Si subtriti sint contusive.* Si perniones ex attritu, aut contusione geniti sint. DALEC.

18. *Ejusdem.* Marc. Emp. xxxiv, pag. 232. HARD.

19. *Clavos.* Plin. Val. II, 52, et Marc. Emp. xxxiv, pag. 233, ad verbum. HARD.

20. *Aut.* Huc pertinet quod habet Marc. Emp. xxxiv, pag. 232, in morbo fere simili : « Pulmo cervinus, inquit, impositus, et sæpe renovatus, ex calceamento læsus pedes sine dolore persanat. » Suillo, agnino, ursino, attritus a calceamentis contractos ab inflammatione defendi auctor est Diosc. II, 40. HARD.

21. *Urina asini cum luto suo illita.* Quod meiando rigaverit et perfuderit. DAL. — *Cum.* Quod nempe ille meiando perfuderit. HARD.

22. *Clavos.* Plin. Val. II, 52. H.

23. *Perniones.* Et attritus etiam calceamentorum, teste Oribasio de virt. simpl. II, pag. 62, ex græco MS. Δέρματα παλαιὰ ἀπὸ τῶν κατ-τυμάτων καυθέντα, πρὸς τὰ ἐκ τῶν ὑποδημάτων ἔλκη, παυσχαίνης τῆς φλεγμονῆς ὄφελει. « Coria vetera e vetustis soleis, usta, ad hulcera e calceatu facta, sedata inflammatione prosunt. » Oribasio prævit Diosc. II, 51. HARD.

24. *Injurias e calceatu,* etc. Conf. Marcell. Empir. cap. xxxiv, pag. 232. HARD.

25. *Suppurationes minantia.* In abscessum vergentia. DALEC.

26. *Sed podagricis prodest,* etc. Idem Marcellus, xxxiv, p. 234, et Plin. Val. III, 15. HARD.

culorum attritis, fel aprorum vel suum, linteo calefacto impositum; vitulique qui nondum herbam gustaverit, fimum; item²⁷ caprinum cum melle in aceto decoctum. Ungues scabros sebum vituli emendat: item²⁸ caprinum admixta sandaracha. Verrucas²⁹ vero aufert vitulini fimi cinis ex aceto: asini³⁰ urinæ lutum.

LXIII. Comitiali¹ morbo testes ursinos edisse prodest, vel² aprinos³ bibisse ex lacte equino, aut ex aqua: item aprinam⁴ urinam ex aceto mulso: efficacius, quæ inaruerit in vesica sua. Dantur et suum testiculi inveterati tritique in suis lacte, præcedente vini abstinence, et sequente continuis diebus. Dantur⁵ et leporis sale custoditi pulmones, cum thuris tertia parte, in vino albo, per dies xxx. Item coagula ejusdem. Asini⁶ cerebrum ex aqua mulsa, infu-

27. *Item.* Sext. Plat. v, de capro et capra, tit. 23, ad morbum articulorum: « Stercus capræ cum acerrimo aceto mixtum sanat. » H.

28. *Item capr.* Sext. Plat. cap. v, de capro et capra, tit. 16, ad unguis leprosos: « Ex sebo caprino admixta sandaracha cerotum superpositum sine tormento sanat. » H.

29. *Verrucas.* Plin. Valer. III, 42. HARD.

30. *Asini.* Plin. Valer. loco cit. Marc. Emp. xxxiv, pag. 233: « Urina muli, vel mulæ, vel asini, cum luto illita, et clavos abolet, et callis medetur. » Hanc vim et urinæ canis cum suo luto assignat Q. Seren. cap. lxxv de verrucis tollendis, pag. 164, et idem Marc. Emp. cap. xxxiv, pag. 234. H.

LXIII. 1. *Comitiali.* Ἐπιδηψίαν Græci et ἰσπᾶν νόσον, Latini sonticum, et comitiale, et sacrum morbum vocant. Testes aprinos ei morbo opitulari scribit et Plin. Val. II, 58. HARD.

2. *Vel.* Idem Plin. Val. loco cit. Sext. Plat. cap. 7, de apro, t. 7, ad caducos: « Testiculi aprii ex vino vel aqua potato, et curaberis. » HARD.

3. *Aprinos.* Vulg. gall. luites. As.

4. *Item aprinam.* Sext. Plat. loco cit. cap. 11, ad caducos: « Lotium aprii cum oxymelite bibat, et remedium capiet. » HARD.

5. *Dantur.* Quod de pulmone leporino Plinius, illud ipsum Sext. Plat. de corpore prodit, cap. 11: de lepore, tit. 6, ad caducos: « Leporis cor siccum derasum cum parte tertia thuris mannæ (hoc est, micarum thuris), trita ex vino albo da bibere per dies septem; liberat. His vero qui sæpius cadunt, dabis diebus 30. » HARD.

6. *Asini cerebrum ex aqua mulsa infusum prius in foliis.* Hermolaus, in solis. Pintiani liber, in sulti senuncia. Fortasse: « infusum prius, in pulvere, senuncia per dies. » Sic cap. sequenti: « Capræ sevo

matum prius in foliis⁷, semuncia⁸ per dies : vel⁹ ungu-
larum ejus cinis cochlearibus binis toto mense potus.
Item testes sale asservati et inspersi potioni, in asinarum
maxime lacte, vel ex aqua. Membrana partus¹⁰ earum,
præcipue si marem pepererint, olfactata accedente morbo
comitialium resistit. Sunt¹¹ qui e mare nigroque cor eden-
dum cum pane sub dio prima aut secunda luna præci-
pian. Alii carnem, aliqui sanguinem aceto dilutum, per
dies XL bibendum. Quidam urinam equi aquæ ferrariæ ex
officinis miscent, eademque potione et lymphaticis me-
dentur¹². Comitialibus datur et lactis equini potus, lichen-
que¹³ in aceto mulso bibendus. Dantur¹⁴ et carnes ca-
prinæ in rogo hominis tostæ, ut volunt Magi. Sevum
earum cum felle taurino pari pondere decoctum, et in
folliculo fellis reconditum, ita ne terram attingat, potum
vero ex aqua sub limine. Morbum¹⁵ ipsum deprehendit

in pulve alicacea et phthisin, et tus-
sim sanari. » GRON. — *Asini*. Hab-
darrhamanus Ægyptius, interprete
Ecchellensi, cap. v, p. 23 : « Ce-
rebrum asini propinabis epileptico,
vel mente capto, ex aceto : cura-
bitur. » HARD.

7. *In foliis*. Sic Reg. 1, alii que
cum editis. In foliis brassicæ : ut
supra cap. 56. HARD.

8. *Semuncia*. Forte per dies V vel:
accepta quinarum nota ex vocula se-
quenti vel : sic enim superius, per
dies 30. HARD.

9. *Vel*. Diosc. II, 44, totidem
verbis. HARD.

10. *Membrana partus*. Vulg. *pla-
centa*. AS.

11. *Sunt*. Asino nempe. Cæl.
Aurel. Chron. I, 4, de epilepsia,
« Dant et tunc mandenda corda ho-
minum, atque equorum, quorum

crura quasi impetigines habent, sive
asinorum, vel mulorum. » HARD.

12. *Lymphaticis medentur*. Per
intervalla furentibus, et insanienti-
bus. DALEC.

13. *Lichenque*. Dioscor. II, 45,
de lichenibus equorum, Ποθόντις
λείου μετ' ἔξους, ἐπιληψίας ἰσχυροῦνται
θεραπεύειν. Quid lichen sit, ex eo-
dem Diosc. diximus, cap. 49. H.

14. *Dantur*. Sext. Plat. cap. v,
de capro et capra, tit. 3 : *Ad
calculos* : plane totidem verbis, ut
et Plin. Val. II, 58. Carnes capri-
nas sine ea exceptione de rogo ho-
minis in epilepticorum cibatu com-
mendat pariter Theod. Prisc. IV. H.

15. *Morbum*. Diosc. Ebn. I, 21.
Sext. Plat. loc. cit. « At si caducus
vere caducus est, caprinum cornu
adustum naribus si sumpserit, mox
cadet. » Nempe quæ male olent,

caprini cornus vel cervini usti nidor. Sideratis¹⁶ urina pulli asinini nardo admixto perunctione prodesse dicitur.

LXIV. Regio¹ morbo cornus cervini cinis : sanguis asinini pulli² ex vino. Item³ fimum asinini pulli, quod primum⁴ edidit a partu, datum fabæ magnitudine e vino medetur intra diem tertium. Eadem⁵ et ex equino pullo similiterque vis est.

LXV. Fractis ossibus præsentaneus maxillarum apri cinis vel suis. Item¹ lardum elixum atque circumligatum mira celeritate solidat. Costis² quidem fractis laudatur unice caprinum fimum ex vino vetere; aperit, extrahit, persanat.

LXVI. Febres¹ arcet cervorum caro, ut diximus.

faciunt ut comitalis æstuet et cadat. HARD.

16. *Sideratis*. Iis qui ex paralexia dimidium corpus resolutum habent. DALEG. — *Sideratis*. Totidem plane verbis Plin. Valer. III, 16. HARD.

LXIV. 1. *Regio*. Diosc. II, 63, et Sext. Plat. c. 1, de cervo, n. 4. H.

2. *Sanguis asinini pulli*. *Sanguis asini*, in vetere codice: cætera redundant. PIET. — *Sanguis*. Sic Reg. 1 et editi. In Reg. 2: *Sanguis asini ex vino* tantum. HARD.

3. *Item*. Illud nimirum quod poleam appellari dictum est superius, cap. 57. Hæc plane ad verbum transcripsit Plin. Val. II, 59. HARD.

4. *Quod primum edidit a partu*. Πρωταῖον Aristoteles vocat: πρωταῖον alii ἀπὸ τοῦ πρώτου, poleam. Stercoris in variis animalibus diversa nomina vide apud Rhodig. lib. X, cap. ult. DALEG.

5. *Eadem*. Plin. Val. loc. cit. H.

LXV. 1. *Item lardum*. Ad verbum Plin. Val. III, 48. HARD.

2. *Costis*. Hæc rursum totidem verbis Plin. Val. II, 35, et III, 48. HARD.

LXVI. 1. *Febres*. Lib. VIII, 50. Atque huc alluisse Martialem obiter illic indicavimus, quum facete luderet in lenonem uxoris suæ: « Vis sine febre mori: » quum eum innueret velle cervorum ritu vivere ac mori, qui et cornua gestitant, et febri carent. Neque enim heri primum istam aut hodie receptam esse vulgatamque parœmiam ex Artemidoro liquet, Onirocr. II, 12, apud quem destinato cuidam proco, et ex ariete cui insidebat delapso futuræ mox conjugis adulterium portendi nonnemo his verbis auguratur: « ὅτι γυνή σου πορνεία, καὶ τὸ λεγόμενον, κέρατα αὐτῷ ποιήσει. » Quod uxor tua moechabitur, et (quod vulgo dici solet) cornua tibi faciet. « Festive usus est eo vulgi joco, qui nummos cudit olim ho-

Eas² quidem quæ certo dierum numero redeunt, oculus lupi dexter salsus adalligatusque, si credimus Magis. Est genus³ febrium, quod amphemerinon vocant. Hoc⁴ liberari tradunt, si quis e vena auris asini tres guttas sanguinis in duabus heminis aquæ hauserit. Quartanis⁵ Magi excrementa felis cum digito bubonis adalligari jubent, et ne⁶ recidant, non removeri septeno circuitu. Quis hoc,⁷ quæso, invenire potuit? quæve est ista mixtura? cur digitus potissimum bubonis electus est? Modestiores jecur felis decrescente luna occisæ inveteratum sale, ex vino bibendum ante accessiones quartanæ dixere. Iidem⁷ Magi fimi bubuli cinere consperso puerorum urina illinunt digitos pedum, manibusque leporis cor adalligant. Coagululum⁸ ante accessiones propinant. Datur et caseus caprinus recens cum⁹ melle, diligenter sero expresso.

nori Gallieni Augusti, et Saloninæ Augustæ conjugis. Nam iste quidem apud Oconem inscribitur, p. 474 : CORNELIA SALONINA AVG. .)(. IYNO- NI CONS. AVG. Junoni Conservatrici Augustæ. Ille apud P. Chamillart, GALLIENS AVG. .)(. IYNO NI CONS. AVG. Junoni Conservatrici Augusti. Habet uterque nummus in aversæ aere effigiem cervi. Est autem Juno, ut in apologia Homeri diximus, Fides conjugalis. Hæc igitur Conservatrix Augustæ dicitur esse, ne maritum faciat cervum : eademque Conservatrix Augusti, ne cervus sit. H.—Vereor ut hæc vera sint, omit- tenda tamen non ratus. Cæterum memento Veteribus creditum cervos febre numquam implicari. A.

2. Eas. Sext. Plat. c. 8, de lupo, tit. 4 : Ad quotidianas febres : «Oculus dexter lupi alligatus febres discutit. » Plinii verba summa fide reddit Plin. alter Valer. III, 3. H.

3. Est genus. Ἀμφημερινὸς πυρετὸς, quotidiana febris, quæ ex pituita provenit, materia frigida et gravi, nullumque diem intermittit. HARD.

4. Hoc. Plin. Val. in tribus heminis dixit III, 3. HARD.

5. Quartanis. Sext. Plat. c. XVIII de cata, hoc est, de fele, tit. 4, ad quartanam : «Catæ stercus cum ungula bubonis in collo vel brachio suspensum, post septimam accessionem, discutit quartanam. » Auctor libri, qui Kiranidum Kirani inscribitur, II, pag. 76 : « Stercus felis cum oleo liliaceo inunctum, febres sanat. » HARD.

6. Et ne. Et ne febris recurrat, continendum usque in septimam accessionem. HARD.

7. Idem. Totidem verbis Plin. Val. III, 6. HARD.

8. Coagululum. Plin. Val. loco proxime citato. HARD.

9. Cum melle diligenter sero ex-

1. LXVII. (XVII.) Melancholicis¹ fimum vituli in vino decoctum remedio est. Lethargicos² excitat asini lichen, naribus illitus ex aceto : caprini³ cornus nidor aut pilorum : jecur aprinum. Itaque et veteriosis datur. Phthisicis medentur, jecur lupi ex vino, macræ⁴ suis feminæ herbis pastæ lardum, carnes⁵ asininæ ex jure sumptæ. Hoc genere maxime in Achaia curant id malum. Fimi quoque aridi, sed pabulo viridi pasto bove, fumum⁶ arundine haustum prodesse tradunt. Bubuli quoque cornus mucronem exustum, duorum cochlearium mensura, addito melle, pilulis devoratis. Capræ sevo in pulte ex alica et phthisin et tussim sanari, vel recenti, cum mulso liquefacto, ita ut uncia in cyathum addatur, rutæque ramo permisceatur, non pauci tradunt. Rupicapræ sevi cyatho, et lactis pari mensura, deploratum phthisicum convaluisse certus auctor affirmat. Sunt et qui suum fimi cinerem profuisse scripserint in passo : et cervi pulmonem⁷, maxime subulonis, siccatum in fumo, tritumque in vino.

presso. Verbum *sero* non agnoscitur ab eodem. PRIN.

LXVII 1. *Melancholicis.* Μελαγχολικοί, qui atra bile, furore, insaniam laborant : cuius affectionis species quædam apud medicos hypochondriaca nominatur. HARD.—Jungenda hysteria, et quæ ab hysteria derivantur. Causa olim dicebatur atra bilis : mox genitalium, nunc cerebri status. AJ.

2. *Lethargicos.* Αθηαργικοί, qui morbo laborabant, quem Latini veternum appellant. « Marcor est, et inexpugnabilis pæne dormiendi necessitas », inquit Cels. III, 20. Dicitur ἀπὸ τῆς λήθης, hoc est, ab oblivione : nam eo vitio memoris sedes torpet. H.—Forte non inutiliter. Sed multa hodie novimus quæ

acrius sollicitent excitentque. AJ.

3. *Caprini.* Cels. III, 20 : « Hos ægros quidam subinde excitare nituntur his, quæ per (lege, per quæ) sternutamenta evocantur : et ex his, quæ odore fædo movent : qualis est cruda lana succida, piper, veratrum, castoreum, acetum, allium, cepa : juxta etiam galbanum incendunt, aut pilos, aut cornu cervinum, etc. » Sic etiam Sext. Plat. cap. v, de capro et capra, t. 10, ad *lethargicos*. Et Plin. Val. III, 7. HARD.

4. *Macræ.* Plin. Val. I, 61. H.

5. *Carnes.* Plin. Val. loc. cit. H.

6. *Fumum.* Ut hodie tubo fictili hauriunt tabaci fumum homines e plebe. HARD.

7. *Pulmonem,* etc. Hic olim mos

LXVIII. *Hydropicis*¹ auxiliatur *urina vesicæ apri* paulatim data in potus : efficacius quæ inaruerit cum vesica sua. *Fimi*² taurini maxime, sed et bubuli, de³ armentivis loquor (quod bolbiton⁴ vocant), cinis cochlearium trium in mulsi hemina, bovis feminæ in mulieribus, et ex altero sexu in viris, quod veluti mysterium occultarunt Magi. *Fimum*⁵ vituli masculi illitum : fimi vitulini cinis cum semine staphylini, æqua portione ex vino : sanguis⁶ caprinus cum medulla. Efficaciorem⁷ putant hircorum, utique si lentisco pascantur.

LXIX. *Igni sacro*¹ ursinus adeps illinitur : maxime qui est ad renes : vitulinum² fimum recens, vel bubulum : caseus caprinus siccus cum porro : ramenta³ pellis cervinæ

medicantibus fuit ut pulmo pulmonis, jecur jecinoris remedium haberetur : quam absurde, patet. *As.*

LXVIII. 1. *Hydropicis*. Sic libri omnes. Caprinam tamen urinam ad eundem usum laudat Dion. II, 99: αἰγῶς δὲ (οὐρῶν) ὑδρωπία τὸν ὑπὸ σάπυα. *HARD.*

2. *Fimi cervini, maxime subulonis, sed et bubuli, de armentivis loquor*. In archetypo nostro « fimi taurini maxime, sed et bubuli, de armentivis loquor ; » et paulo post, *fimi vitulini non fimi vituli*. ΠΙΝΤ.—*Fimi taurini maxime, sed et bubuli, de armentivis loquor*. Sic Vossianus, perinde ut Pintiani codex : nam *armentivis* tres quoque alii. *Men. armentis*. *GROX.*

3. *De armentivis loquor*. Quæ in armento viridibus pascuis aluntur. *DALÉC.* — *De Armentivis* (non armentivis), armentivis, et armentalis, idem sonat : bovera, equumve scilicet, qui sit ex armento. *HARD.*

4. *Bolbiton*. Βόλβιτον, fimus bubulus. Festus bulbitare Latinis hinc inflexum putat, quod significat puerili stercore inquinare. *HARD.*

5. *Fimum*. *Plin. Val. III, 12* *Theod. Prisc. IV, ad hydropem* : « Vituli masculi stercore cum aceto acri permixto, spisse venter liniendus est : tamen ut ante ipse hydropicus toto corpore dropacetur : » hoc est, dropace, quod est unguenti genus, liniatur. *HARD.*

6. *Sanguis caprinus*. In cibo sumptus. *DALÉC.*

7. *Efficaciorem*. *Sext. Plat. c. 5, de capro et capra, tit. 17, ad hydropicos*, non hircium sanguinem, sed lotium commendat. *H.*

LXIX. 1. *Igni sacro*. Erysipelas quo cutis exterior renum occupatur. *As.*

2. *Vitulinum*. *Plin. Val. III, 34. HARD.*

3. *Ramenta pellis cervinæ*. Plane totidem verbis *Plin. Valerian. loc. cit. HARD.*

dejecta pumice, ex aceto trita. Rubori cum prurigine, equi spuma, aut ungułæ cinis. Eruptionibus pituitæ, asinini fimi cinis cum butyro. Papulis⁴ nigris, caseus caprinus siccus ex melle et aceto in balineis, oleo⁵ remoto. Pusulis⁶ suilli fimi cinis aqua illitus, vel cornus cervini cinis.

LXX. Luxatis¹ recens fimum aprinum vel suillum : item vitulinum : verris spuma recens cum aceto : fimum caprinum cum melle : bubula² caro imposita. Ad tumores fimum suillum in testa calefactum tritumque cum oleo. Duritias corporum omnes mollit optime adeps elupis illitus. In his quæ rumpere opus est³ plurimum proficit fimum

4. *Papulis.* Papula, pusula est, sive tuberculum, quod jejunæ salivæ defricatione curatur. Papulis cutis exasperatur, rubet, leniterque roditur. « Ardentes papulæ », Virg. G. III, 564. H. — Papulas censet GURTARD (in POINSINET, t. IX, p. 750) illas esse cutis nigricantis maculas quas vulgus appellat *signes*. Utilitas e Pliniano præcepto nulla. His enim maculis *organisatio*, ut vocant, defuit; quod vitium deleri non potest, ni et pars vitiosa deleatur. *As.*

5. *Oleo remoto.* Quo lavantium et balneum adenantium corpus ungebatur. *DALEC.*

6. *Pusulis.* *Papulis* habet Plin. Val. qui hunc locum exscribit III, 39; sed nihil interest. *HARD.*

LXX. 1. *Luxatis.* Plin. Val. III, 47. *HARD.* — Ridicule. Nil in luxato membro exterior medicina prodest, nisi irritatio atque inflammatio fiat : quod quanquam vitatur, non ideo reducitur luxatio. *As.*

2. *Bubula caro imposita tumorem sanat.* In vetere exemplari : « Bu-

bula caro imposita ad tumores » : verbum autem *sanat* non legitur in eodem. *PLIN.* — *Bubula.* Perturbata prius omnia ex interpolationis vitio et interpolatorum audacia, sic legebantur : « Bubula caro imposita tumorem sanat. Fimum suillum... cum oleo duritias... tollit optime. Adeps... illitus in his quæ... plurimum proficit. Fimum bubulum, etc. » Medicinam ei loco fecimus ope Reg. præsertim cod. 2, qui singulas, uti nos fecimus, sententias majusculis litteris auspicatur. Adde Plin. Valer. III, 47, qui quum hunc locum transcriberet ad rupta et convulsa medicinam e bubula carne retulit : ad tumores deinde fimum suillum, etc. Sic enim ille : « Luxatis vero recens fimus, vel aprinus, vel suillus, vel vitulinus imponitur : verris spuma recens cum aceto illinitur; fimusque caprinus cum melle. Caro bubula ruptis convulsis illinitur. Fimus quoque suillus sub testa calefactus, et tritus cum oleo, mire adversus tumores facit. » *HARD.*

3. *In his quæ rumpere opus est.* In

bubulum⁴ in cinere calfactum, aut caprinum⁵ in vino vel aceto decoctum. In⁶ furunculis sebum bubulum cum sale: aut si dolor est, intinctum oleo, liquefactum sine sale: similique modo caprinum.

LXXI. In ambustis ursinus adeps cum lilii radicibus: aprinum aut suillum fimum inveteratum: setarum ex his e penicillis¹ tectoriis cinis cum adipe tritus: tali bubuli cinis cum cera et medulla cervina, vel tauri: fimum² leporis. Et caprarum firmus sine cicatrice sanare dicitur. Glutinum³ præstantissimum fit ex auribus taurorum, et genitalibus. Neo⁴ quidquam efficacius prodest ambustis⁵. Sed adulteratur nihil æque, quibusvis pellibus inveteratis, calceamentisque etiam decoctis. Rhodiaceum⁶ fidelissimum: eoque pictores et medici utuntur. Id quoque

abscessibus quos recludere et speriri est opus. DALEC. — Conf. Diosc. II, 98. HARD.

4. *Fimum bubulum in cinere*, etc. Minime: fit enim suppuratio, et putrefactio crescit, quam minui in votis est. AZ.

5. *Aut caprinum*. Sext. Plat. 5, de capro et capra, tit. 28, ad tumores: « Caprinum stercus impositam non patitur consurgere tumorem. » HARD.

6. *In Totidem plane syllabis* Plin. Val. III, 32. HARD.

LXXI. 1. *E penio*. Penicilli sunt, quibus parietes insalbantur. Est enim tectorium illiumentum istud, quod quasi pavementum est, incrustatioque, ex calce ut plurimum, aut e gypso. HARD.

2. *Fimum*. Plin. Val. III, 36, ambustis sanandis; « Fimus leporis et capræ illinuntur æquis portionibus. » HARD.

3. *Glutinum præstantissimum*, etc. Glutinum id ξυλοκόλλα ab effectu dicitur, ταυρεκόλλα a materia, quoniam fit e tauri corio. DALEC.

4. *Nec*. Plin. Valer. c. c. ambustis sanandis: « Gluten taurinum remissum, sicut solet a fabris remitti, sine cicatrice sanat. » HARD.

5. *Prodest ambustis*. Aqua calida dilutum et illitum. Dioscor. Nam lentore suo inhærescens mediocri colore coquit et sedat inflammationem. Aristotel. Problem. quæst. 1, cap. 9. DALEC.

6. *Rhodiaceum*. Nempe ad ambusta sananda glutinum Rhodiaceum imprimis valet. Diosc. III, 101: Κόλλα, ἢ ἐνίοι ξυλοκόλλαν καλεῖσιν, ἢ ταυρεκόλλαν, καλεῖσιν ἐστὶ τῆ ῥοδιακῆ, ἀπὸ τῶν βοσίων βυρσῶν σκευαζομένη· ἔστι δὲ λευκὴ καὶ διαυγῆς ἢ τοιαύτη· ἢ δὲ μέλαινα ἦταν.... Πυρίκαυσά τε οὐκ ἐξ φλυκτανοῦσθαι. « Non patitur ambusta attolli in pusulas, etc. » H.

quo candidius, eo probatius. Nigrum et lignosum⁷ damnatur.

LXXII. Nervorum¹ doloribus², fimum caprinum decoctum in aceto cum melle, utilissimum putant, vel putrescente nervo. Spasmata³, et percussu vitiata, fimo aprugno⁴ curant, vere collecto et arefacto. Sic et quadrigis agendis tractos, rotave vulneratos: et quoquo modo sanguine contuso⁵, vel si recens illinatur. Sunt qui incocuisse aceto utilius putent. Quin⁶ et in potu farinam eam ruptis, convulneratisque, et eversis, ex aceto salutarem promittunt. Reverentiores⁷ cinerem ejus ex aqua bibunt. Feruntque et Neronem principem hac potione recreari solitum, quum⁸ sic quoque se trigario approbare vellet. Proximam⁹ suillo fimo vim putant.

7. *Lignosum damnatur.* Ligni modo durum et fragile. Apud Diosc. hoc non legitur. DALZC.

LXXII. 1. *Nervorum.* Sext. Plat. cap. v, de capro et capra, tit. 25, *Ad nervorum contractionem.* Marc. Emp. cap. xxxix, p. 240, sq. H.

2. *Nervorum doloribus.* Memento et ligamina, et tendipes apud Plinium nervos audisse. Atqui si his vulnus illatum, ita ut jam non lateant teganturque, mel periculosum; item, acetum. Si spasmate vero laboraverunt, nil auxilii, at nil periculi e remedio. AJ.

3. *Spasmata.* Vulsas musculorum et vasorum nervorumque fibras.

4. *Fimo aprugno.* Quod cynegeticorum periti vocant *fumées du sanglier.* AJ.

5. *Sanguine contuso.* Factis contusionibus. Non quidem sanguis contunditur, sed in contusionibus sub cutem effunditur; ἀνωρολογία. DALZC.

6. *Quin.* Plin. Val. III, 47, plane ad verbum. HARD.

7. *Reverentiores.* Plinii Val. loc. cit. HARD.

8. *Quum sic quoque, etc.* Manuscriptum exemplar habet, *strigaria.* Quod quidam exponunt circa partem, in qua ordo et series equorum ad cursum expeditorum, collocatur et disponitur, et procedendi tempus, et signum expectans. Significatum vocis *striga* explicat Scaliger Append. Virg. DAL. — *Quum sic quoque, etc.* In fine leg. « Quum sic quoque strigario approbari vellet », ubi *strigarium* est τὸ γυμνάσιον equorum curriliam. SALMAS. p. 56. — *Quum.* Quum sic quoque *sanata facie* equorum agitatori probari se vellet. Sic libri omnes editi cum Reg. 2, aliisque MSS. Est autem ille trigarius, qui circensibus trigas equarum ageret. A trigis nomen habet: nam ut bigæ, quadrigæque, sic et trigæ appellatæ

LXXIII (XVIII.) Sanguinem¹ sistit coagulum cervinum ex aceto : item² leporis. Hujus³ quidem et pilorum cinis : item⁴ ex fimo asini cinis illitus. Efficacior vis e naribus aceto admixto, et in lana ad omne profluvium imposito : similiter ex equino capite et femine. Aut⁵ fimi vitulorum cinis illitus ex aceto. Item caprini cornus vel fimi ex aceto. Hircini⁶ vero jocineris dissecti sanies efficacior : et cinis utriusque ex vino potus, vel naribus ex aceto illitus. Hircini quoque utris vinarii dumtaxat cinis, cum pari pondere resinæ : quo genere sistitur sanguis, et vulnus glutinatur. Hædinum quoque coagulum ex aceto, et feminum ejus combustorum cinis, similiter pollere traduntur.

olim. In glossis Philoxeni, *Trigarium* locus est, in quo exercentur equi, Italis *Maneggio*, unde et Gallis *le manège* : Τόποι όπου ἵπποι γυμνάζονται. P. Victor in descriptione urbis Romæ, regione nona, *Trigaria septa* collocat, ubi et alter incertus auctor *Trigarium* habet. Tamen Reg. 1 cod. hoc loco *strigario* præfert, quod quidam magis probant. Favere certe Papias videtur in Vocabulario : « Striga, inquit, castrense vocabulum, vel intervallum turmarum, in quo equi stringuntur : unde et strigosi dicuntur corpore macilento. » HARD. — Aurigæ famam Neroni placuisse nullus nescit, et hanc illi palmam delatam ut mimicæ, ut euphoniæ, ut poeseos : nam imperabat : atque utinam in his vanum animum et industriæ rudem inertiam continuisset ! Cf. nostras RACINE (Britann. act. IV, sc. II.) AJ.

9. *Proximam*. Plin. Val. ad verbum, III, 47. HARD.

LXXIII. 1. *Sanguinem*. Marc. Fmp. ad verbum, xxxi, p. 222. H.

2. *Item*. Idem Marc. Emp. loc. cit. et Plin. Val. I, 64. HARD.

3. *Hujus*. Plin. Valer. III, 21, sanguini ex vulneribus sistendo : « Leporis pili de subtus mento mollissimi imponuntur. » HARD.

4. *Item*. Theod. Prisc. de fluxu sanguinis narium, I, 12 : « Fimi asini combusti pulvere, cum oleo roseo mixto, collyria facta supponimus. » Auctor Kiranidum, pag. 89 : « Fimus asini omnem fluxum sanguinis sistit. » Habdarrhamanus Ægyptius, interprete Ecchellensi, cap. v, pag. 25 : « Olfactus recentis asini stercoreis, sanguinis e naribus sistit fluxum. » HARD.

5. *Aut*. Vaccæ similiter, si Habdarrhamano fides, vi, p. 47 : « Stercus vaccæ combustum, contusum, et subactum melle apum, si oblinies naribus, sistet fluxum sanguinis illarum. » HARD.

6. *Hircini*. Sext. Plat. iv, ad caream id retulit, cujus est, ut silvestrium cæterarum, vis in medendo potentior, quemadmodum alibi inonimus. Sic enim ille, tit. III,

LXXIV. *Hulcera*¹ sanat in tibiis cruribusque adeps ursinus, admixta rubrica. Quæ² vero serpunt, fel aprugum cum resina et cerussa : maxillarum apri vel suum cinis : fimum suum illitum siccum, item caprinum ex aceto subfervefactum. Cætera³ purgantur et explentur butyro : cornus cervini cinere, vel medulla cervi, felle taurino cum cyprino oleo⁴, aut⁵ irino. Fimum recens suum, vel inveterati farina illinitur vulneribus ferro factis. Phagedænis⁶ et fistulis immittitur fel tauri, cum succo porri, aut lacte mulierum⁷, vel sanguis aridus cum cotyledone herba. Carcinomata⁷ curat coagulum leporis, cum pari pondere capparum aspersum vino : gangrænas⁸ ursinum fel penna illitum : asini⁹ unguarum cinis ea, quæ serpunt hulcera inspersus. Sanguis¹⁰ equi adrodit carnes¹¹ septica

ad sanguinem fluentem : « Capres jecur combustum et aspersum, sanguinem sistit. » Et tit. 4, *ad sanguinem de naribus profluentem* : « Capres jecur contritum, et ex aceto in naribus offultum, sanguinem mire sistit. » HARD.

LXXIV. 1. *Hulcera*. Marc. Emp. totidem verbis hæc omnia refert, cap. xxxiv, pag. 232. HARD.

2. *Quæ*. Marc. idem loc. cit. H.

3. *Cætera*. Marc. loco cit. H.

4. *Felle taurino cum cyprino oleo aut fimo caprino, aut hircino*. « Felle taurino cum cyprino, aut irino », in vetusto codice : cætera superfluunt. PERR.

5. *Aut*. Sic Reg. 2 cod. et is quem Pintianus vidit. In editis, *aut hircino*. Quod quum minus belle congruere editores intelligerent, inseruere, *aut fimo caprino, aut hircino* : ex cyprino scilicet, anteriore voce rursus repetita, *caprino* temere excogitato. Plin. Val. II, 48,

apud quem hæc totidem verbis exstant, « cum cyprino oleo, et hircino » habet, pro *irino*. Marc. Emp. cap. xxxiv, pag. 232, iterumque, pag. 236 : « cum oleo cyprino, aut laurino » dixit. HARD.

6. *Phagedænis*. Plin. Val. III, 22. HARD.

7. *Carcinomata*. Iisdem verbis Marc. Emp. IV, pag. 42, et Plin. Valer. III, 22. HARD.

8. *Gangrænas ursinum*, etc. Auctores laudati locis proxime citatis. HARD.

9. *Asini*. Iidem locis proxime appellatis. HARD.

10. *Sanguis*. Idcirco in septica sive erodentia medicamenta equorum admissariorum sanguinem addi auctor est Diosc. II, 97 : Τὸ δὲ τῶν ὄχυντων ἵππων (αἷμα) σηπταῖς μίγνεται. HARD.

11. *Carnes septica vi*. Supra modum excrescentes, τὰς ὑπερσάρκωσις. DALG.

vi : item fimi equini inveterati favilla. Ea vero quæ phagedænas vocant in hulcerum genere, corii bubuli cinis cum melle. Caro¹² vituli recentia vulnera non patitur intumescere : fimum bubulum cum melle. Feminum¹³ vituli cinis sordida hulcera, et quæ cacoethe vocant, e lacte mulieris sanat. Recentes¹⁴ vero plagas ferro illatas, glutinum taurinum liquefactum, tertio die solutum. Caseus¹⁵ caprinus siccus ex aceto ac melle purgat hulcera. Quæ vero serpant, cohibet sebum cum cera : item addita pice ac sulphure percurat. Similiter proficit ad cacoethe, hædi feminum cinis e lacte mulieris. Et¹⁶ ad carbunculos, suis feminæ cerebrum tostum illitumque.

LXXV. Scabiem¹ hominis, asininæ medullæ maxime abolent : et² urinæ ejusdem cum suo luto illitæ. Butyrum etiam, quod in³ jumentis proficit cum resina calida : glutinum⁴ taurinum in aceto liquefactum, addita calcæ : fel

12. *Caro.* Et de vitulina carne et de fimo bubulo plane subscribit Plin. Val. III, 20. HARD.

13. *Feminum.* Hunc locum Marcellus Emp. quum raptim cursimquæ legeret, non *feminum vituli*, sed *fimi vituli* cinerem legit, cap. iv, pag. 43 : « Hulcera, inquit, quæ sordidata sunt, fimi vitulini cinere et muliebri lacte purgantur. » H.

14. *Recentes.* Plin. Val. ad verbum, III, 20. HARD.

15. *Caseus.* Plin. Val. III, 22 : « Caseus caprinus siccus ex aceto ac melle purgat hulcera : Quæ serpant, cohibet sebum caprinum cum cera : id etiam additis sulphure et pice purgat. » HARD.

16. *Et.* Plin. Val. III, 30, *Suis cerebrum.* Marc. Emp. 33, *Verris cerebrum* dixit. HARD.

LXXV. 1. *Scabiem.* Plin. Valer. III, 38. HARD.

2. *Et. Q.* Serenus, cap. VII, p. 128 : « Illotus sudor, vel copia nobilis escæ sæpe gravi scabie correptos asperat artus. Ergo lutum prodest membris adhibere fricatis, Quod facit ex asino saccatus corporis humor. Nec pudeat tractare fimum quod sucula fudit. » Adstipulatur et Plin. Val. III, 38. HARD.

3. *In.* In jumentorum scabie. H.

4. *Glutinum.* Dioscor. III, 101, glutinum taurinum pariteradmonet in aceto resolutum, impetigines leprasque summæ cutis abstergere. Sext. Plat. de tauro, c. XII, tit. 23, *ad faciem splendidam faciendam* : « Membrum tauri in aceto maceratum, et illitum, splendidam facit faciem. » Quia scilicet ita maceratum, dat glutinum candidæ cuti idoneum. HARD. — Hæc nauseam movent. Neque enim assequor quo pacto in vita culta, et elegantias, ac

caprinum cum aluminis cinere : boas⁵ fimum bubulum : unde et nomen traxere. Canum⁶ scabies sanatur bubulo sanguine recenti : iterumque, quum inarescat, illito, et postero die abluto cinere lixivio.

1 LXXVI. Spinæ¹ ac similia corpori extrahuntur. felis excrementis : item² capræ ex vino : coagulo³ quocumque, sed maximæ leporis, cum thuris polline et oleo, aut cum visci pari pondere, aut cum propoli. Cicatrices⁴ nigras sebum asinum reducit ad colorem. Fel⁵ vituli extenuat calefactum. Medici adjiciunt myrrham et mel, et crocum, æreaque pyxide condunt. Aliqui et florem æris admiscent.

1 LXXVII. (xix.) Mulierum¹ purgationes adjuvat fel tauri in lana succida appositum. Olympias Thebana addit

luxuriam sectante, ea sint celebrata, quæ inopes et humanitatis ferme rudes *Ostiales*, aut *Samoyedes*, in deliciis habent. *As*.

5. *Boas fimum bubulum*. Rubra exanthemata, subsequentesque papulas : vulgo, *la rougeole*. *Dalec*.

6. *Canum*. Plin. Val. III, 38. H.

LXXVI. 1. *Spinæ*. Spinæ ruborum ac similes aculei infixi corpori. *Hard*.

2. *Item*. Plin. Val. III, 49. H.

3. *Coagulo*. Hæc ad verbum exscripsere Marc. Emp. cap. xxxiv, pag. 233, et Plin. Val. loc. cit. H.

4. *Cicatrices*. Plin. Valer. III, 46. *Hard*.

5. *Fel*. Hoc medicamentum non ad quaslibet, sed ad oculorum tantummodo cicatrices pertinet, ex Marc. Emp. cap. viii, pag. 68 : - Fel vituli, inquit, diligenter collectum ad cotylæ mensuram, in vas æreum mittitur, tenuique igne admoto ita excoquitur, ut spissetur : deinde mellis boni tantum mittitur,

quantum fellis illius decocti remanserit : adjiciuntur postea myrrhæ tritæ drachmæ duæ, et croci una, et æris flos pauillum : ac postea simul omnia diu coagitata ad tertias decoquantur : quod medicamen in pyxide ærea debet reponi, satis utile et leucomatis, et cicatricibus, et omnibus vitiis oculorum, si assidue inde et opportune inungantur. • *Hard*.

LXXVII. 1. *Mulierum*. Nec appositum tantum, sed et potu juvare auctor est Hippocrates, de Nat. Mul. text. 105, pag. 413. Plinio fere *Habderrhæmanus* adstipulatur, cap. vi, pag. 40, *Ecchellensi* interprete : - Ad provocanda menstrua, recipe pondus duarum drachmarum fellis tauri, ac tantumdem granorum myrti : contundantur grana, liquefiant deinde in felle, et adnisceantur cum melle apum : quo facto madefacito in hujusmodi mixtura lanam, indito vulvæ, statim provocantur menstrua. • *Hard*.

hyssopum et nitrum². Cornus³ cervini cinis potus. Item⁴ vulvas laborantes, illitu quoque : et fel taurinum cum⁵ opio appositum obolis binis. Vulvas⁶ et pilo cervino suffire prodest. Tradunt⁷ cervas, quum senserint se gravidas, lapillum devorare : quem in excrementis repertum, aut in vulva (nam et ibi invenitur) custodire partus adalligatum. Inveniuntur⁸ et ossicula in corde et in vulva, perquam utilia gravidis parturientibusque. Nam de pumice, qui in vaccarum utero simili modo invenitur, diximus⁹ in natura boum. Lupi adeps illitus vulvas mollit; dolores earum, jecur. Carnes lupi edisse parituris prodest; aut si incipientibus parturire sit juxta qui ederit : adeo, ut etiam contra¹⁰ illatas noxias¹¹ valeat. Eundem supervenire, perniciosum est. Magnus et leporis usus mulieribus. Vulvas adjuvat pulmo aridus potus : profluvia jecur³

2. *Hyssopum et nitrum*. V. C. *Oesyppum*. Diosc. Dal. V. obs. seq. — *Hyssopum* Sic. MSS. omnes, quos vidimus. Sunt qui *oesyppum* legi maliant, quod hanc vim pellendi menstrua Dioscorides *oesypo* asserat, II, 84 : *Και εμβρυα, και εμμηνα εν ιδιω προστιθέμενος άγει*. HARD.

3. *Cornus*. Muliebri profluvio mederi eum cinerem auctor est Sext. Plat. cap. 1, de cervo, n. 6. H.

4. *Item*. Dioscorid. II, 63. H.

5. *Cum*. Sic Reg. 1 et editi. In Reg. 2 et Ch. *cum opio*. At iidem MSS. inferius, hoc cap. *opii*. H.

6. *Vulvas*. Sext. Plat. cap. 1, de cervo, tit. 16, *ad abortum* : « Ex pilis cervinis suffumigabis, et mulier sanabitur. » HARD.

7. *Tradunt*. Sext. Plat. l. c. tit. 17, *ad abortum* : « Lapis, qui in vulva aut in ventriculo cervi invenitur, phylacterium est pręgnanti,

et perficit ut partum perferat... Simili ratione ossicula inveniuntur in corde cervi, aut in vulva ejus, quę idem præstant. » HARD.

8. *Inveniuntur et ossicula*, etc. Nempe dura et ossea cartilago, qualis et cor suspensum continet, ideoque cordis os vocatur. DALEC.

9. *Diximus in natura boum*. De hac re agitur, lib. VIII, cap. 45. Ibi tamen pumicis hujus fit mentio. DALEC. — *Diximus*. Lib. XI, 79 : « Et in juvenicarum secundo ventre pilę rotunditate nigricans tophus, nullo pondere : singulare, ut putant, remedium ægre parientibus, si tellurem non attigerit. » Hic Plinium Dalecampius *μνημονικῶ ἀμαρτήματος* temere incusarat. H.

10. *Contra*. Contra illata veneficia. HARD.

11. *Noxias valeat*. Veneficia quę partus morantur. DALEC.

cum¹³ Samia terra ex aqua potum : secundas¹³ coagulum : caventur pridiana balinea. Illitum¹⁴ quoque cum croco et porri succo, vellere appositum, abortus mortuos expellit. Si¹⁵ vulvæ leporum in cibis sumantur, mares concipi putant. Hoc et testiculis eorum, et¹⁶ coagulo profici. Conceptum leporis utero exemptum his quæ parere desiderint, restibilem fecunditatem afferre. Sed pro conceptu, leporis saniem et viro Magi propinant. Item virgini novem grana fimi, ut¹⁷ stent perpetuo mammæ. Coagulum quoque ob id cum melle illinunt : sanguinem, ubi evulsos
 4 pilos renasci nolunt. Inflationi vulvæ, fimum aprugnum suillumve cum oleo illini prodest. Efficacius sistit farina aridi, ut aspergatur potioni, vel si gravidæ aut puerperæ torqueantur¹⁸. Lacte suis potum cum mulso adjuvantur partus mulierum. Per se vero potum, deficientia ubera puerperarum replet. Eadem circumlita sanguine femine suis, minus crescent. Si dolent, lactis asinini potu mul-

12. *Cum.* Ad mulierum purgationes Samiam terram nigram acetabuli mensura potam ex aqua, commendat Hipp. de nat. mul. t. 29, pag. 179. HARD.

13. *Secundas coagulum.* Tardantes. DALEC.

14. *Illitum quoque cum croco.* Jecur leporis. DAL.

15. *Si.* Sext. Platon. cap. 11, de lepore, titul. 13, ut mulier masculum concipiat et pariat : Leporis vulvam siccam derasam in potione vini bibant utrique, et mulier, et masculus. Nam si mulier sola hiberit, androgyne nascitur : hoc est, nec masculus, nec femina. Item leporis testiculum post purgationem suam mulier si cum vino contritum accipiat, masculum pariet. Leporis coagulum ad drachmas

quatuor in potione datum vini, femina de femineo, et masculo de masculo : et mox faciant coitum, et post abstineant se, statim concipit, etc. • Q. Seren. cap. de conceptione et partu : Irrita conjugii sterilis si munera languent... Aut igitur leporis, consumit femina vulvam, etc. • HARD.

16. *Et.* Hoc referre se ex aliorum sententia Plinius abunde prodit. Diosc. e contrario, II, 85, leporis coagulo conceptionem impediri significat. *Restibilis fecunditas*, ea est, quæ in sequentem quoque annum veluti restat. HARD.

17. *Ut.* Ut non tumeant, crescantve, aut mollescant.

18. *Torqueantur.* Inflationibus ac torminibus. DAL. — *Torqueantur.* Conf. c. D. HARD.

centur : quod addito melle sumptum et purgationes earum adjuvat. Sanat et vulvarum exulcerationes ejusdem animalis sebum inveteratum, et in vellere appositum durti- 5
 tiem vulvarum emollit. Per se vero recens vel inveteratum, ex aqua illitum, psilothi vim obtinet. Ejusdem animalis lien inveteratus, ex aqua illitus mammis, abundantiam¹⁹ facit : vulvas²⁰ suffitu corrigit. Ungulæ²¹ asininæ suffitæ partum maturant, ut²² vel abortus evocetur : nec aliter adhibentur²³, quoniam viventem partum necant. Ejusdem²⁴ animalis fimum si recens imponatur, profluvia sanguinis mire sedare dicitur. Necnon et cinis ejusdem fimi, qui et vulvæ prodest impositus. Equi²⁵ spuma illita per dies XL, prius quam primum nascantur pili, restinguuntur. Item cornus cervini decocto : melius, si recentia sint cornua. Lacte²⁶ equino juvantur vulvæ collutæ²⁷. Quod 6
 si mortuus partus sentiatur, lichen²⁸ ex aqua dulci potus ejicit. Item²⁹ unguis suffitu, aut fimum aridum. Vulvas

19. *Abundantiam*. Lactis scilicet copiam. HARD.

20. *Vulvas*. Distortas, quum conversiones vulvæ fiunt. H.

21. *Ungulæ*. Habdarrhamanus *Æg.* interprete Echellensi, c. v, pag. 24 : « Prægnantem mulierem si ungula asini suffies, emittit infantem mortuum, vel vivum. » H.

22. *Ut*. Ita ut etiam partus mortuos expellant. HARD.

23. *Nec aliter adhibentur*. Nisi fœtus mortuus sit, aut instantem partu. DALEC. — *Nec*. Nec nisi in suffitu adhibentur. HARD.

24. *Ejusdem*. Idem *Ægyptius*, loc. cit. « Asini contusum stercus cum vino aut melle potum sanguinis eruptionem sistit : sive eruptio illa sit ex partibus inferioribus, sive superioribus, sive ex naribus, aut

sanguis menstrualis, etc. » HARD.

25. *Equi*. Sext. Plat. cap. XVI, de equo, tit. 2 : *Ne puero investi pili exeant* : « Equi spuma si puero investi pectinem (hoc est, pubem), linieris, pili ejus non crescut, nec generantur. » HARD.

26. *Lacte*. Habdarrhamanus, c. II, pag. 17 : « Lac equæ recens et calidum ad hoc, si eo per modum clysteris utatur mulier, vulvæ curabit hulcera. » HARD.

27. *Collutæ*. Infuso clystere. H.

28. *Lichen*. De hoc lichene dictum est cap. 49. HARD.

29. *Item*. Habdarrhamanus, c. II, p. 17 : « Si lacte equino utatur mulier per modum suffumigii, addita equi ungula, educitur demortuus infans, vel adæta secundina. » Hoc ipsum equi axungis,

procidentes butyrum infusum sistit. Induratam vulvam aperit fel bubulum rosaceo admixto, foris vellere cum resina terebinthina imposito. Aiunt et suffitu fimi e mare bove, procidentes vulvas reprimi, partus adjuvari: conceptus vero vaccini lactis potu. Sterilitatem ob partus vexationem fieri, certum est. Hanc emendari Olympias³⁰ Thebana affirmat felle taurino, et adipe serpentium, et ærugine ac melle, medicatis locis ante coitus. Vitulinum quoque fel³¹, in purgationibus sub coitu aspersum vulvæ, etiam duritiam ventris emollit, et profluvium minuit umbilico peruncto: atque in totum vulvæ prodest. Modum statuunt fellis pondere denarii, opii tertia³², admixto amygdalino oleo, quantum esse satis appareat: hoc in vellere imponunt. Masculi fel vituli, cum mellis dimidio tritum, servatur ad vulvas. Carnem vituli si cum aristolochia, inassatam edant circa conceptum, mares parituras promittunt. Medulla vituli in vino ex aqua decocta cum sevo, exulcerationibus vulvarum imposita prodest. Item adeps vulpium, excrementumque³³ felium: hoc cum resina et rosaceo impositum. Caprino³⁴ cornu suffiri vulvam, utilissimum putant. Silvestrium caprarum sanguis cum palma marina pilos detrahit³⁵. Cæterarum vero fel, cal-

nisi vitiosus is locus est, Sext. Plat. adscribit, cap. XVI, de equo, tit. 4: *Ad mortuum partum*: « Equi axungia suffumigata ejicit partum foras, et secunda sequitur. » H.

30. *Olympias*. Habdarrhamaus, cap. VI, p. 46, eo felle ad labrum vulvæ appenso, ante coitum, donec vulva fel ad se trahat, id si ter fiat, fecunditatem spondet. H.

31. *Vitulinum quoque fel, si in purgationibus fuerit sub coitu aspersum vulvæ*. Vetus codex, « Vitulinum quoque fel in purgationibus sub

coitu, etc. » reliqua superflua. P.

32. *Tertia*. Tertia denarii parte.

33. *Excrementumque*. Sext. Plat. cap. XVIII, de cata, hoc est, de fele, titul. 2: *Ad profluvium mulieris*: « Catæ stercus cum resina et rosaceo suppositum reprimat. » H.

34. *Caprino*. Habdarrhamaus, cap. IX, p. 65: « Cornu caprarum si difficultate pariendi laborans suffumigabitur, ut fumus ad labrum vulvæ ascendat, facilius redditur partus. » HARD.

35. *Palmu marina pilos detrahit*.

lum vulvarum emollit inspersione, et a purgatione conceptus facit. Sic quoque psilothri vis efficitur, si evulsis pilis triduo servetur illitum. Profluvium, quamvis immensum, urina capræ pota sisti, obstetrices promittunt, et si fimum illinatur. Membrana³⁶ caprarum in qua partus editur, inveterata, potuque sumpta in vino, secundas pellit. Hædorum pilis suffiri vulvas³⁷, utile putant, et in profluvio sanguinis coagulum bibi, aut hyoscyami semen imponi. E bove silvestri nigro si sanguine ricini lumbi perungantur mulieri, tædium Veneris fieri, dicit³⁸ Osthanes. Idem amoris, pota hirci urina, admixto propter fastidium nardo.

LXXVIII. Infantibus nihil butyro utilius, per se et cum melle: privatim et in dentitione, et ad gingivas, et ad oris hulcera. Dens³ lupi adalligatus infantium pavores prohibet, dentientique morbos: quod et pellis lupina præstat. Dentes quidem eorum maximi equis quoque adalligati, infatigabilem cursum præstare dicuntur. Lepo-

Pila: θαλαττία σφαῖρα: cujus meminit Galen. lib. I, κατὰ τόπους, sub fin. DALEC. — Quum. Ita libri omnes, etiam MSS. quos quidem vidimus. Et recte utique: de palmis quæ crescunt in Hispaniæ maritimis, dictum est XIII, 6. HARD.

36. Membrana. Sext. Plat. c. v de capro et capra, tit. 29, ad secundas ejiciendas: « Capræ secunda ex vino pota mulierum secundas ejiciet. » HARD.

37. Hædorum pilis suffiri vulvas. Procidentes, ut et aliis fædis odoribus. DALEC.

38. Dicit Osthanes. Is fuit vir Persa, professione magus. GELEN. — Dicit Osthanes. Scribe sine aspiratione, Osthanes, ex omnibus. PINT.

LXXVIII. 1. Infantibus. Plin. Val. I, 42. HARD.

2. Infantibus nihil butyro utilius. Stomachus pueris delicatior: nec raro officit tenello corpori vel minimus cibus, irritationem nempe ciens: sed et quæ vegetalia introducuntur sæpe acescunt in canali; unde nec fluit bilis facile, et glomerantibus sese intestinis constipatio sequitur. Cui malo vitando non inutile mel, quo sumpto intestinorum cohærentia solvitur; et butyrum quod laxat edulcoratque. AJ.

3. Dens. Hanc vim oculo Haddarrhamanus adjudicat, c. xxiii, p. 96: « Oculus lupi dextero puero appensus, expellet ab illo timorem, qui ei accidit in somnio. » HARD.

rum⁴ coagulo illito ubere sistitur infantium alvus. Jecur asini, admixta modice panace, instillatum in os, a comitialibus morbis et aliis infantes tuetur: hoc XL diebus fieri præcipiunt. Et pellis asini injecta, impavidos infantes facit. Dentes⁵ qui equis primum cadunt, facilem dentitionem præstant infantibus adalligati; efficacius, si terram non attigere. Lien bubulus in melle editur; et illinitur ad lienis dolores; ad hulcera manantia cum melle. Lien vituli in vino decoctus, tritusque et illitus, hulcuscula oris. Cerebrum⁶ capræ Magi per anulum aureum trajectum, prius quam lac detur, infantibus instillant contra comitiales, cæterosque infantium morbos. Caprinum fimum inquietos infantes adalligatum panno cohibet, maxime puellas. Lacte⁷ caprino, aut cerebro leporum perunctæ gingivæ, faciles dentitiones faciunt.

LXXIX. Somnos, fieri lepore¹ sumpto in cibis

4. *Leporum.* Sext. Plat. cap. II de lepore, tit. 17, ad infantium ventris fluxum: « Leporis coagulum illinitum in sumine (hoc est, in mamma) mulieris, etc. » HARD.

5. *Dentes.* Q. Seren. cap. LX de infantibus dentientibus, pag. 101: « Collo igitur molli dentes necentur equiui, Qui primi fuerint pullo crescente caduci. » Superstitiosius Sext. Plat. cap. XVI de equo, tit. 3, ad dentium dolorem: « Equi dentes qui primum nati fuerint, si dentem qui dolet, tetigerint, remedio erunt. Nam et si infans equi rostrum basiaverit, dentium dolorem non sentit: et nec equus mordebit infantem. » Theod. Prisc. IV: « Ad dentitionem infantium equinus dens auxiliatur. » Plinii nostri verba summa fide transcribit Plinius alter Val. I, 42. HARD.

6. *Cerebrum.* Sext. Plat. cap. IV de caprea, tit. 16: « Capræ cerebrum per anulum aureum trajectum si dederis infanti ad glutendum antequam lac sugat, efficit, ut nec caducus fiat, nec phantasma incurrat. » HARD.

7. *Lacte.* Q. Serenus, cap. LX, p. 161, de infantibus dentientibus: « Aut teneris cerebrum gingivis illine porci, Aut leporis niveum bibitur cum lacte caprino. » Plin. Valer. I, 42, Ad dentitionem, quando infantes dentunt: « Lacte caprino et leporis cerebro gingivæ perfricantur. » Sed et canino lacte idem præstari docuit Sext. Plat. 9, de cane, tit. 4, ad dentes infantium. Cerebro leporum, cap. II, de lepore, tit. 2. HARD.

LXXIX. 1. *Som. fieri lep.* Quidam superstitiose conciliando somno

Cato² arbitrat^{ur}: vulgus et gratiam corpori in novem dies, frivolo quidem joco, cui tamen aliqua debeat subesse causa in tanta persuasione. Magi³ felle capræ, sacrificatæ dumtaxat, illito oculis, vel⁴ sub pulvino posito, somnum allici dicunt. Sudores⁵ inhibet cornus caprini cinis e myrteo oleo perunctis.

LXXX. Coitus stimulat fel aprugnum illitum : item¹ medullæ suum haustæ : sevim¹ asinum, anseris masculi adipe admixto illitum. Item a coitu equi Virgilio² quoque descriptum virus, et testiculi equini aridi, ut³ potioni interi possint : dexterve asini testis in⁴ vino potus propor-

leporis pedes nocturno pileolo aligant. Δαγῶ ἀπὸ τοῦ λάειν quidam dictum volunt ; iidem et ἐρωτα ἀπὸ τοῦ ὄρᾶν, indeque fieri ut leporis caro cibus sit ἐρωτικός : de quo Martial. ep. in Gelliam, lib. V, xxix ; et alterum in Alexandrum Severum poetæ ἀνωρύμου. Rhodig. XXVI, cap. 30. Vide quæ notata sunt supra, lib. VIII, cap. 55. DAL. — Notandum tamen de pulchritudine tantum loqui Martialem ; et Erasmus hanc opinionem sic explicat, quod latine *lepus* et *lepos* aliquo pacto inter se conveniant. ED.

2. *Cato*. Citatur a Diomede, I, pag. 358 : « Cato ad filium, vel de Oratore : lepus multum somni adfert, qui illum edit. » HARD.

3. *Magi*. Sext. Plat. de cornu id narrat, non de felle. Sic enim ille, cap. v de capro et capra, tit. 2, ad somnum : « Cornu capriuum capiti infirmi, qui non dormit, suppositum, vigiliis in somnum convertit. » Utrunque, ut remur, ex æquo futile ac superstitiosum. H.

4. *Vel*. Hanc vim et cornu ipsi caprino Habdarrhamanus adscribit,

cap. ix, pag. 67 : « Cornu capri valde albi comburatur, involvaturque ejus cinis in panniculo lineo, et supponatur capiti ægroti, qui non dormit, dummodo ipse id sciat, dormiet profecto, quamdiu involucrum illud sub capite ejus detinetur. » Nugæ. HARD.

5. *Sudores*. Totidem verbis Plin. Val. III, 11. HARD.

LXXX. 1. *Sevim*. Sext. Plat. c. xiv de asino, t. 1 : « Asini adeps et anseris masculi mixtus, et ad anum appositus, concubitus præparat. » HARD.

2. *Virgilio*. Georg. III, v. 280 : « Hinc demum hippomanes vero quod nomine dicunt Pastores, lentum distillat ab inguine virus. Hippomanes, quod sæpe malæ legere novercæ, etc. » HARD.

3. *Ut potioni interi possint*. Ut potioni adspergi contriti possint. HARD.

4. *In vino potus pro portione, vel adalligatus brachiali*. In apographo nostro, « in vino potus, portione adalligatus brachiali, » forte non *portione*, sed *pertinentive*, ut

tione, vel adalligatus brachiali. Ejusdem a coitu spuma collecta roseo panno, et inclusa argento, ut Osthanes tradit. Salpe⁵ genitale in oleum fervens mergi jubet septies, eoque perungi pertinentes partes. Bialcon⁶ cinerem ex eodem bibi, vel tauri a coitu urinam, lutoque ipso illini pubem. At e diverso muris fimo illito cohibetur virorum Venus. Ebrietatem arcet pulmo apri aut suis assus, jejuni cibo sumptus eo die, item hædinus.

LXXXI. (xx.) Mira¹ præterea traduntur in eisdem animalibus. Vestigium² equi excussum ungula (ut solet plerumque) si quis collectum reponat, singultus remedium esse recordantibus quonam loco id reposuerint. Jecur luporum equinæ unguæ simile esse³, et rumpi equos⁴ qui vestigia luporum sub equite sequantur. Talis⁵ suum discordiæ vim quamdam inesse. In incendiis si fimi aliquid egeratur e stabulis, facilius⁶ extrahi, nec recurrere oves

paulo post: « eoque perungi pertinentes partes. » PINX.

5. *Salpe genitale in oleum fervens.* Adde pronomem *id.* « Salpe genitale *id* in oleum fervens », ex eodem. PINX.—*Salpe.* *Salpe obstetrix* genitale *asini* mergi jubet, etc. H.

6. *Bialcon cinerem ex eodem bibi.* Non *Bialcon* in cod. sed *Diacon* scriptum est; lego *Dialcon*, ex ipso Indice tam scripto quam impresso. PINX.—*Bialcon.* Hæc vox in MSS. codicibus variis efflingitur modis: *Diacon*, *Biacon*, etc. Verius, ut remur, *Dalion*, de quo dictum est in Auctorum Indice. HARD.

LXXXI. 1. *Mira.* Idcirco dumtaxat ea prodit, quod sunt prodita, non quod vera putat. H.

2. *Vestigium.* Ferrea equisolea. H.

3. *Simile esse.* Facultate, quæ singultui medetur. DALEC.

4. *Rumpi equos.* Diffiso abdomine. Æliano, de Animal. I, c. 36, si casu equus lupi vestigium calcaverit, torpore corripitur. Quadrigæ incitatæ, si quis lupi talum subjiciat, ab equis eo calcato, immobilis currus subsistit. DALEC.—*Rumpi.* Illia equorum procidere ruptis intestinis. Obtorpescere solum equos calcatis lupi vestigiis, scripsere Pamphilus, ἐν τῷ περὶ ζουσιῶν, in Geop. XV, 1, pag. 403, ἕτι λύκων ἔχρη πατίσαντες ἵπποι, ναρκῶσι τὰ σκέλη. Ælian. H. A. I, 36; Phile, pag. 80, aliique quos Plinius ipse sequutus est, cap. 44 libri hujus. Simile istud Habdarrhamani, cap. xxiii, pag. 96: « Equa si lupinum lac conculcabit. statim concidet. » H.

5. *Talis.* Talos suum aiunt concitare quodammodo discordiam. H.

6. *Facilius.* Facilius avocari e

bovesque. Hircorum carnes virus non resipere, si panem² hordeaceum eo die, quo interficiantur, ederint, laserve dilutum biberint. Nullas vero teredinem sentire, luna decrescente induratas sale. Adeoque nihil omissum est, ut leporem surdum⁷ celerius pinguescere reperiamus. Animalium vero medicinas: si sanguis⁸ profluat jumentu, suillum fimum ex vino infundendum. Boum⁹ autem morbis sebum, sulphur vivum, allium¹⁰ silvestre, ovum coctum: omnia hæc trita in vino danda, aut vulpis adipem. Carnem caballinam discoctam, potu suum morbis mederi. Omnium vero quadrupedum morbis, capram solidam cum corio, et ranam rubetam discoctas. Gallinaceos non attingi a vulpibus, qui jecur animalis¹¹ ejus aridum ederint: vel si pellicula ex eo collo inducta, gallinierint. Similia in felle mustelæ. Boves¹² in Cypro contra 3

stabulis oves bovesque, nec eo deinde regredi. HARD.

7. *Leporem surdum*, etc. Nil in hoc miraculi. Si quis enim surdus lepus, pavore vix laborat, quo assiduo quatitur pavidissimum animalium genus; quo fit ut securior quotidie epuletur, pinguisque præ cæteris evadat. At miror surditatem: nam vides aures in tubi acustici formam promissas: nec ulla alia metus perpetui causa quam auditus perfectio. AJ.

8. *Si sanguis*. Simile Habdarrhamani placitum, cap. xxvii de sue, p. 108: « Stercore admissarii suis subtiliter contuso, et liquefacto in vino, si liniatur ungula jumentu collisa, sanabitur. » HARD.

9. *Boum*. Cato de R. R. c. lxxi: « Bos, si ægrotare cœperit, dato continuo ei unum ovum gallinaceum crudum, integrum facito cleoret. Postridie caput ulpici con-

terito cum hemina vini facitoque ehibit, etc. » Est autem ulpicum allii genus, de quo suo loco diximus. Columella, VI, 4, de vitiis boum et medicinis: « Sæpe etiam languor et nausea discutitur, si integrum gallinaceum crudum ovum jejunis faucibus inseras, ac postero die spicas ulpici vel allii cum vino conteras, et in naribus infundas. » H.

10. *Allium silvestre*. Ulpicum. Cato. DALEC.

11. *Animalis*. Vulpis. HARD.

12. *Boves*. Uti de pantheris dictum est VIII, 41. Venit id in usum proverbii, teste Suida: Βούς Κύπριος · ἐπὶ τοῦ χυδαίου καὶ ἀναίσθητου · φασὶ γὰρ τοὺς Κυπρίους βόας κοπροφαγεῖν. « Bos Cyprius. De homine futili et stupido. Nam boves Cyprii stercoreibus vesci feruntur. » Hesychius: Βούς Κύπριος · κοπροφάγος, αἰκίος, ἀκάθαρτος. Συμβαίνει δὲ ἀγοπιάν των Κυπρίων. Καὶ Εὐδίδης

tormina, hominum excrementis sibi mederi. Non subteri pedes boum¹³, si prius¹⁴ cornua pice liquida perungantur. Lupos in agrum non accedere, si capti unius pedibus infractis, cultroque adacto paulatim sanguis circa fines agri spargatur: atque ipse defodiatur in eo loco, ex quo cœperit trahi. Aut si vomerem, quo primus sulcus eo anno in agro ductus sit, excussum aratro, focus Larium, quo familia convenit, absumat: ac lupum nulli animali nociturum in eo agro, quamdiu id fiat. Hinc deinde revertemur ad animalia sui generis, quæ aut placida non sunt, aut fera.

ἀφηγῆται ὅτι κοκκροραγῶσιν. HARD.

13. *Non subteri pedes boum.* Cato de R. R. c. LXXII: «Boves, ne pedes subterant, priusquam in viam quo-

quam ages, pice liquida cornua infusa unguito. » DALEC.

14. *Cornua pice liquida perungantur.* Idem Cato, c. LXXII. DAL.

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIÆ
LIBER XXIX.

NATURA remediorum, atque multitudo instantium¹ ac præceptorum, plura de ipsa medendi arte cogunt dicere: quanquam non ignarus sim², nullius ante hæc latino sermone condita, ancepsque³ lubricum esse rerum omnium novarum, talium utique, tam sterilis⁴ gratiæ, tantæque

I. 1. *Instantium.* Et eorum quæ proxime dicenda sunt, et eorum quæ sunt ante occupata. Ita Ch. cod. quem secuti sumus præ cæteris, in quibus *ac præteritorum* legitur. Instantia sunt, ea de quibus dicere proxime incumbit: sic diem instare dicimus. Præcepta, quæ sunt anticipata, ante occupata. H.

2. *Quanquam non ignarus sim.* MSS. « Naturæ remediorum atque multitudo instantium ac præceptorum, plura de ipsa medendi arte cogunt dicere, quanquam non ignaros nulli ante hæc latino sermone condita, ancepsque lubricum esse rerum omnium novarum, et talium utique, tam sterilis gratiæ tantæquedifficultatis in promendo.» Sic Vossianus et majorem etiam partem Chiffletianus: neque aliter legendum est. *Præceptorum* est anticipatorum, occupatorum: nisi malis *perceptorum*. Pintianus ex apographo: « ancepsque ac lubricum esse rerum omnium novarum prin-

cipium.» Sed hoc condiderunt, qui non intelligebant τὸ *lubricum* esse hic positum, ut quum dicitur *lubricum juventutis*. Tò *ac* recte sustulit Gelenius. Neque id alii quatuor nostri agnoscunt. GRON.

3. *Ancepsque ac lubricum esse rerum omnium novarum, talium utique quam steriles gratiæ, difficultates in promendo.* Scribo, « ancepsque ac lubricum esse rerum omnium novarum principium et talium utique tam sterilis gratiæ, tantæque difficultatis, in promendo, » ex nostro apographo. PINT. — *Anceps.* Lubricum quasi substantive, non sine elegantia: sic lubricum juventutis dicimus. Ab interpolatorum manu est, quod libri quidam præferunt, *ancepsque ac lubricum*. HARD.

4. *Sterilis.* Hæc quæ sunt planissima, quæque totidem omnino syllabis apicibusque repræsentant vetusta exemplaria omnia Reg. 1, 2, Ch. aliaque, minor neglecta ab editoribus Plinianis, ut tenebras

difficultatis, in promendo. Sed quoniam occurrere verisimile est omnium qui hæc cognoscant cogitationi⁵, quoniam modo exoleverint in medicinæ usu, quæ tam parata atque pertinentia erant: mirumque et indignum protinus subit, nullam artium inconstantiore fuisse, et etiamnum sæpius mutari, quum sit fructuosior nulla: Diis primum inventores⁶ suos assignavit, et cælo dicavit. Necnon et hodie multifariam ab oraculis medicina petitur. Auxit deinde famam etiam crimine, ictum fulmine Æsculapium fabulata, quoniam Tyndareum⁷ revocavisset ad

nobis hoc loco meras offunderent, his verborum ambagibus: «quam steriles gratiæ, difficultates in promendo.» HARD.

5. Sed quoniam occurrere verisimile est omnium qui hæc cognoscant, cogitationi. Puto legendum permutatis dictionibus: «Sed quoniam occurrere est, verisimili omnium qui hæc noscant cogitationi,» sic enim fere est in eodem. PINT.

6. Diis primum inventores, etc. Agenorem et Cheironem medicinam primos fecisse scribit Plutarchus in Symposiacis, lib. III, Quæst. 1. DALEC. — Diis. Apollinem, Æsculapiumque intelligit. HARD.

7. Quoniam Tyndariden, etc. Thesidem Hippolytum Thesei et Hippolytes reginæ Amazonum filium, ab equis discerptum scribit Plutarchus in Parallelis, Hist. 34. DALEC. — Quoniam Tyndariden revocavisset ad vitam. Archetypon nostrum non Tyndariden præfert, sed Tyndareum: scribo Tyndareon attica inflexione ex Luciano, qui ita nominat in lib. de Saltatione, ubi hujus fabulæ meminit: et Zenobio in Paræmia Æsopi songuis; item Pindari interprete, cujus verba in

Pythiis visum est subjicere: «Aiunt Æsculapium auro corruptum vitæ restituisse Hippolytum mortuum: alii Tyndareon malunt, alii Capaneum, alii Glaucon. Qui Orpheum secuti sunt, Hymenæum, Stesichorus præter Capaneum, etiam Lycurgum. Alii quod Prætidam sanaverit. Alii quod Orionem. Philarchus, quod Phinei filios curaverit. Pherecydes, quod eos qui Delphis occumberent, revocaret ad vitam.» PINT. — Tyndareum. Helenæ et Clytæmestræ patrem, de quo Hyginum consule, fabula 78, fol. 18. Ita restituimus id nomen ope codicis Reg. 2, cui suffragatur et is quem Pintianus vidit: in utroque enim Tyndareum, non Tyndaridem, ut in editis, legitur. De hoc Tyndareo, præter Hyginum, ut diximus in Not. prioribus meminere Tzetzes, chil. 10, Hist. 349, vers. 720, de Æsculapio: Νεικρὸς ἀνέπλασαν αὐτὸν τινὰς ἀναζῶσαι. Τυνδαρέων, ἱππολύτου, σὺν οὐκ ὀλίγοις ἄλλοις. «Mortuos finxerunt quosdam ab eo excitatos, Tyndareum, Hippolytum, aliosque non paucos.» Zenobius in Paræm. Cent. I, n. 47, ubi de Æsopo: Οὕτω γὰρ θεο-

vitam. Nec tamen cessavit narrare alios revixisse opera sua⁸, clara Trojanis⁹ temporibus, quibus fama¹⁰ certior, vulnerum tamen dumtaxat remediis.

II. Sequentia ejus (mirum dictu) in nocte densissima¹ latuere usque ad Peloponnesiacum¹ bellum : tunc eam

εὐλῆς εἶνετο ὁ Αἴσωπος, ὡς μυθεύεται αὐτὸν ἀναβιώναι, ὡς Τυνδάρειον, καὶ Ἡρακλῆν, καὶ Γλαῦκον. •Hic adeo carus exstitit Diis, ut revocatum in vitam hunc fabulentur, veluti Tyndareum, Herculem, Glaucum. • Apollodor. lib. III de Diis, ex diversis auctoribus eorum nomina colligit, qui revocati ad vitam ab Æsculapio ferebantur. Capaneum ac Lycurgum Stesichorus proferebat : Eriphylen et Hippolytum, is qui Naupactica conscripsit : Tyndareum, Panyasis : qui Orpheum sunt secuti, Hymenæum : Mnesagoras denique, Glaucum Minois filium. HARD.

8. *Opera sua.* Sc. medicina. Dicuntur eadem a Celso, in præf. statim initio operis : • Vetustissimus, inquit, medicinæ auctor Æsculapius celebratur ; qui quoniam adhuc rudem et vulgarem hanc scientiam paulo subtilius excoluit, in Deorum numerum receptus est. Hujus deinde duo filii, Podalirius et Machaon, bello Trojano ducem Agamemnonem secuti, non mediocrem opem commilitonibus suis attulerunt : quos tamen Homerus, non in pestilentia, neque in variis generibus morborum aliquid attulisse auxilii, sed vulneribus tantummodo ferro et medicamentis mederi solitos esse proposuit. • HARD.

9. *Trojanis temporibus.* Machaone et Podalirio, Æsculapii filii, in

eam expeditionem profectis. DAL.

10. *Fama certior.* Celsus in præfatio. DALEC.

II. 1. *Peloponnesiacum.* Bellum in Græcia longe atrocissimum, maximeque diuturnum, Athenienses inter et Peloponnesios : quod erupit ann. U. C. 300, ante Christum 454. HARD. — Nempæ, si temporum ratio numeraliter tantum et remota paraphrasi dicatur, ab anno ante Christum natum 1183 ad 431, nulli fama contigit qui medicæ rei incumberet. Causa, si pauxillum attenderis, patet. Namque poetis dumtaxat et sophis per id grande sane temporis intervallum quo plus quam septena comprehenduntur sæcula, mos fuit in medicinalia inquirere. Unde passim Hesiodo, Homero, Epimenidi, Thaleti, Pherecydæ, Pythagoræ, Alcæoni, Empedocli, Pausaniæ, Acroni, Epicharmo, Timæo Locrensi, Euryphoni, Democedi, Democrito, etc. eo nomine laus fuit, quod humanarum infirmitatum non expertes, sanaturi aut sanaturis similes aliquando viderentur : Acronem ducem Empirici jactare ; *sentientiarum Cnidiarum* (quas Hippocrates laudat) Enryphon scriba censi ; medicina gymnastica ab Herodico prolata, in vulgus ire, qui de diætâ quoque (ad Eustath. lib. I in Iliad. Comm. pag. 763). Medicis id accidit, ut per longam

revocavit in lucem Hippocrates², genitus in insula Coe, in primis clara ac valida, et Æsculapio dicata. Is quum fuisset mos³, liberatos morbis scribere in templo ejus Dei quid auxiliatum esset, ut postea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur, atque (ut Varro apud nos credit) templo cremato, instituisse medicinam hanc, quæ clinice vocatur⁴. Nec fuit postea quæstus modus: quoniam Prodicus⁵ Selymbriæ natus, e discipulis ejus, instituens quam vocant iatrolepticen⁶, re-

statem empirici, nihil amplius forent; quod quidem non poterat non fieri: si quid autem ratiocinationibus omissis detexerant, id posteris tradebatur, ore tantum, nec litteris mandabatur. Ergo illorum nomen ad nos nec venit, nec potuit venire: postquam tamen litterarum crebrior fuit usus, ex scripta in Æsculapii delubro servata Hippocrates tandem invisit ac digessit. *AL.*

2. *Hippocrates*. Natus Olymp. LXXX, ex ipso Æsculapii genere, quartusdecimus ab illo, ut quidem aiunt. *HARD.*

3. *Mos*. Et hunc Egyptiis fuisse morem tradit Galenus, κατὰ γέννη, V, 2, pag. 775, juxta Memphim, in templo Vulcani. *HARD.*

4. *Clinice vocatur*. Cubicularia, lectularia, sic dicta ab invisendis et tractandis ægris decumbentibus. *DAL.* — Cave aliquam unam dumtaxat medicinæ partem ea nomenclatione indigitari credas. Antiquis sic appellata tota medicina est, qualis Hippocratis fuit: quia medici est ægros cubantes ἐν κλίνῃ, in lectulo, invisere ac curare. Inde clinices nomen. Inscriptio vetus apud Gruter. p. 400: P. DRCIMIVS. P. L. EROS. MERVLA. MEDICVS. CLI-

NIQVS. CHERVGVVS. OCVLARIVS. Sed ficta ac recens inscriptio. *HARD.*

5. *Prodicus*. Herodicus apud Plutarch. ex Platone, libro de iis qui sero a numine puniuntur. *DAL.* — *Prodicus... ejus*. Nempe Hippocratis. Ita libri omnes, etiam MSS. Dalecamp. tamen *Herodicus* emendabat, ex nescio quo Plutarchi loco, quem si vidit, præpostere haud dubie intellexit. Herodicum enim Hippocrates habuit, non discipulum, sed artis magistrum. Testis Joh. Tzetzes, chil. 7, hist. 155, vers. 959: Ὁ μέγας, ὁ καὶ δεύτερος, γέγονεν Ἰπποκράτης· Ὁ δὲ πατὴρ Ἡρακλείδᾳς τὰ ἱατρῶν διδάσκει, Ὁ δὲ τῆς Σελυβρίας τὸ Ἡρόδικος σὺν τούτῳ. Scripsisse hunc Herodicum de diæta, τὰ περὶ διαίταν, auctor est Eustath. in Iliad. I, pag. 763. *H.*

6. *Iatrolepticen*. Unguentariam, quæ frictionibus, ac oleorum illitu morbos curat, et bonam valetudinem tuetur. Athleticam medicinæ addidisse Plutarchus scribit. *DAL.* — *Iatrolepticen*. ἱατρολεπτικὴ, quæ unguentis et perfrictionibus medetur corporis morbis. Iatroleptæ, quorum opera medici in unguendo, et reungendo utebantur: sive potius medici qui reungendo vile me-

unctoribus quoque medicorum ac mediastinis⁷ vectigal invenit.

III. Horum¹ placita Chrysippus ingenti² garrulitate mutavit, plurimumque et ex Chrysippo discipulus ejus Erasistratus, Aristotelis³ filia genitus. Hic Antiocho⁴ rege sanato c⁵ talentis donatus est a rege Ptolemæo filio ejus, ut incipiamus et præmia artis ostendere.

IV. Alia¹ factio (ab experimentis cognominant em-

diastinorum obirent munus. HARD.

7. *Mediastinis.* Balneatoribus. Mediastinos pro balneatoribus Nonius accipit, quem secuti sumus. De hac voce Vossium vide in Etym. HARD.

III. 1. *Horum placita*, etc. De Chrysippo et Erasistrato abunde diximus in Auctorum Indice. De Erasistrato præterea multa Appianus, in Syriac. pag. 127, sqq. H.

2. *Chrysippus ingenti garrulitate mutavit.* Jure nostras LACLERG, *hist. de la Méd.* pag. 291, a Plinio contendit Chrysippos duo confundi, quorum alteri, Cnidio et medico non sat patet quid objiciendum; alteri vero philosopho et Stoico potuit garrulitas exprobrari, siquidem de logica sola undecim volumina ultra trecenta. Cæterum Galenus, de Ven. sect. adv. Erasistr. tradit multa in medicina a Chrysippo novata. Conf. SCHULTZ, *hist. Med.* pag. 351. Si V. Cl. QUERLON credideris, duobus medicis id nominis fuit; priorem Rhodium, laudat Schol. Theocr. in Idyll. XVI; posterior vero Alexandri et Lagidæ Soteris principatu celeberrimus Cnidius fuit. De hoc Noster. Ar.

3. *Aristotelis.* Non natura tamen, sed adoptione filium modo

fuisse ait Sextus Emp. adv. Mathem. c. 12, pag. 51, ubi Pythidem Aristotelis filiam tribus viris nupsisse refert: primum quidem Nicanori; deinde Proclo, qui genus duxerat a Demarato Lacedæmoniorum rege; postremum Μητροδώρω Ιατροῦ, Chrysippi discipulo, Erasistrati magistro: Χρυσίππου μὲν τοῦ Κνιδίου μαθητῆ, Ἐρασιστράτου δὲ ὑφ' ἑαυτοῦ. Ita Servium Galbam imp. a noverca sua adoptatum legimus apud Tranquillum, c. 17. H.

4. *Hic Antiocho rege*, etc. Vide quæ diximus de Cleombroto, quem eundem esse cum Erasistrato conjecimus, lib. VII, cap. 37. Fuit is porro Antiochus, de quo nunc agitur, Seleuci Nicatoris F. quem amore Stratonices novercæ ægrum deprehendit, Erasistratus sanavit. Vide Valer. Max. lib. V, cap. 7; Macrobius lib. ult. Saturn. 15; Plutarchum in Demetrio, alioque. HARD.

5. *Centum.* Monetæ nostræ libris 240,000, ut diximus lib. VII, cap. 39. HARD.

IV. 1. *Alia factio ab experimentis se cognominans empiricen, capit in Sicilia, Acrone Agrigentino*, etc. In vetusto codice, = Alia factio (ab experimentis cognominant empiri-

piricen²), cœpit in Sicilia, Acrone³ Agrigentino Empedoclis physici auctoritate commendato.

V. Dissederuntque¹ hæ diu scholæ : et omnes eas damnavit Herophilus², in musicos pedes³ venarum pulsu descripto⁴ per ætatum gradus. Deserta deinde et hæc

cen) cœpit in Sicilia Acrone Agrigantino, etc. » PINT.

2. *Empiricen.* Ἐμπειρικὴ, secta medicorum dicitur, quæ sola experientia utitur. HARD.

3. *Acrone.* In quem illud est Empedoclis ep. recitatum a Laertio in Empedocle, lib. VIII: Ἄκρον ἠτρὸν Ἄκρων Ἀκραγαντίνου πατρὸς ἄκρου Κρύπτει κρημνὸς ἄκρος πατρίδος ἀρετᾶτης. « Acronem summum medicum summo patre natum, In summa patria summus habet tumulus. » De medicina hunc scripsisse sermone dorico, et librum unum de Victu sanorum, auctor est Suidas, verbo Ἄκρων. HARD.

V. 1. *Dissederuntque eæ scholæ : et omnes eas damnavit Herophilus.* Quatuor nostri, « Dissederuntque ex schola. » Antiquior *hædiscole.* Lege: « Dissederuntque hæ diu scholæ. » ΓΡΟΝ.

2. *Herophilus.* Conf. Indicem nostrum lib. I, fin. ubi de viro prælibatur; tum nota Erasistrato etiam præstitisse Herophilum anatomicæ rei indagatorem sagacissimum; unde ferunt ab Ægyptiis regibus hoc illi concessum, ut morte damnatos vivos secaret (Cels. præfat.), quod quidem non verum Tertullianus vehementer exsecratur de Anim. cap. x; illius scripta ætas abolevit, non sine eruditorum dolore; nam contra prognostica Hipp. liberrime scripserat; et primus om-

nium sat exacte de pulsu egit: nam quæ de Hoam-ti Sinarum imperatore feruntur, quem aiunt ante Hippocr. nat. 1000 anno de medicinalibus, præsertim de pulsu, multa scripsisse, nemo hodie accipiet. Nec ignaros tamen velim tum Herophilo, ut exacte de pulsu micante dictum, sic de pleno secus narratum, tum et sphygmicæ rei non prorsus expertem Hippocratem. Cf. DE HÆEN et Zimmermanniani de experientia voluminis interpretem gallicum LEFEBVRE DE VILLEBRUNE. AJ.

3. *In musicos pedes.* Plin. supra, lib. XI, cap. 88: « Arteriarum pulsus... index fere morborum in modulos certos legesque metricas... descriptus ab Herophilo, medicinæ vate miranda arte, nimiam propter subtilitatem desertus, etc. » Martianus Capella, III: « Herophilus ægrorum venas rhythmorum collatione pensabat. » HARD.

4. *In musicos pedes venarum pulsu descripto.* Vetus est musicas notas sphygmicis motibus applicare apud Tchinenses, quos aut Plinio legendo incubuisse, aut Herophilo, nequaquam credi par est: illos tamen constat organo musico humanum corpus comparantes, talem cecinisse earum partium, et viscerum harmoniam esse, ut facillime de interno statu ille dignosceret, cui oculi, lingua et in primis pulsu probe observa-

secta est : quoniam necesse erat in ea literas scire. Mutata et quam postea Asclepiades (ut retulimus ⁵) invenerat. Auditor ejus Themison ⁶ fuit, qui quæ inter initia ⁷ scripsit, illo mox recedente a vita, ad sua placita mutavit. Sed et illa Antonius Musa ⁸ ejusdem auctoritate Divi

retur. Neoterici quoque id systematicis suscitaverunt, quod diu sepultum in Europa jacuit : quos inter MARQUET, Lotharingiæ duci Leopoldo, a curando corpore assuetus; *Nouv. méth. facile et curieuse pour apprendre par les notes de la musique à connaître le pouls de l'homme*; et BUCHHOZ, cujus dissertatio inauguralis versata in Semiotica hunc prætulit titulum : *an a musica pulsuum diagnosis*. AR.

5. *Ut retulimus*. Lib. XXVI, capp. 7, 8. HARD.

6. *Themison*. Egimus de eo in *Auctorum Indice*. HARD.

7. *Qui quæ inter initia scripsit, illo mox recedente a vita, ad sua placita mutavit*. In cod. « Seque inter initia ascripsit illi. Mox procedente, vitia sua et placita mutavit » : legendum reor, *procedente avaritia*. PINT.—*Qui quæ inter initia scripsit*. Hermolaus, « sed quæ inter initia scripsit illo mox rec. a vita ad sua placita mutavit : » aut, « seque inter initia ascripsit, illo mox rec. a vita sua placita mutavit. » Voss. « seque inter initia ascripsit illi mox procedente vitia sua et placita. » Ut fere et Chiffi. Forte : « Auditor ejus Themison fuit, seque inter initia ascripsit illi, mox recedentis a vita sua ad placita mutavit. » Primum sese Asclepiadeum professus est; dein mortui placita mutavit ad sua. Men. et

Acad. « fuisse qui inter initia. » Pintiani codex prorsus ut Vossianus. GROS.—*Qui quæ inter initia*. Hermolai hæc manu refecta. In Parmensi : « Seque inter initia scripsit. Illo, etc. » In Reg. 2, Pintiani cod. « seque inter initia ascripsit illi : mox procedente vitia sua et placita mutavit. » Conjectura Pintiani : « mox procedente avaritia. » Nostra : « Seque inter vitia ascripsit illi : mox recedentis a vita sua ad placita mutavit. » Primum sese Asclepiadeum professus est : illius deinde mortui placita mutavit ad sua. Sensimus nos postea id jam occupavisse Gronovium. HARD.

8. *Sed et illa Antonius Musa ejusdem Augusti auctoritate*. Scribendum forte, « Sed et illa Antonius Musa ejus discipulus, Augusti auctoritate. » PINT.—*Antonius*. Diximus antea de eo lib. XIX, cap. 38. Sed hoc loco vel scribendum in contextu, vel subintelligendum sane videtur *ejusdem auditor* : ut sententia sit, Asclepiadis, ut Themisonem, ita et Musam auditorem fuisse. HARD.—Notandum præterea non medica dumtaxat laude Musam celebrem. Virgil. in *Catalectis*, nost. ed. t. V, p. 178, ubi vid. not. « Alter enim quis te dulcior esse potest? Cui Venus ante alios, divi, divumque sorores Cuncta neque indigno, Musa, dedere bona; Cuncta, quibus gaudet Phœbus, chorus

Augusti⁹, quem contraria medicina gravi periculo ex-
 2 merat. Multos prætereo medicos¹⁰, celeberrimosque ex iis
 Cassios¹¹, Calpetanos¹², Arruntios, Albutios, Rubrios.
 Ducena¹³ quinquagena H-S annua¹⁴ mercede iis fuere
 apud principes. Q. vero Stertinius imputavit¹⁵ principibus,
 quod H-S quingenis annuis contentus esset : sexcena
 enim sibi quæstu¹⁶ urbis fuisse numeratis domibus ostendebat. Par et fratri ejus merces a Claudio Cæsare infusa est : censusque, quanquam exhausti, operibus Neapoli

ipseque Phœbi; Doctior o quis te, Musa, fuisse potest? O quis te in terris loquitur jucundior uno? Clio nam certe, etc. » *Az.*

9. *Augusti.* Sueton. de Augusto, cap. LXXXI : « Quum distillationibus jecinore vitato, ad desperationem redactus, contrariam et ancipitem rationem medendi necessario subiit : quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus, auctore Antonio Musa. » *HARD.*

10. *Multos prætereo medicos.* Mirum inter medicos famosos præteritum Craterum, de quo Cicero multis locis ad Atticum. Persius, Sat. III, vs. 65 : « Sed quid opus Cratero magnos promittere montes? » Horatius, Sat. II, 3, vs. 161 : « Non est cardiacus, Craterum dixisse putato, Hic æger. . . » Porphyrus lib. *περί ἀρχῆς ἐμψύχων*, memorata etiam rara historia servi ejus, qui, quum caro ab ossibus discederet et deflueret novo inauditoque morbo, esu viperæ in modum piscis præparatæ sanatus est. Victor. lib. IX, cap. 12. *DAL.*

11. *Cassios.* Laudatur Cassius a Galeno *κατὰ τὸν*. lib. IX, cap. 4, pag. 614. « Ingeniosissimus sæculi

nostri medicus, » inquit Cels. in præf. I, « quem nuper vidimus, Cassius. » Laudatur a Scrib. Largo Comp. 120 et 176. Alius ab eo Cassius iatrosophista, cujus exstant quæstiones sive problemata 85 græce scripta, conversa a Gesnero in latinum sermonem. *HARD.*

12. *Calpetanos.* Sic. Reg. 1, *Calpitanos.* In Reg. 2, *Carpetanos.* At in inscript. vetustis apud Gruter. *CALPETANVS.* *HARD.*

13. *Ducena.* Hoc est, ducenta quinquaginta sestertia : vel, quod idem est, ducenta quinquaginta millia sestertium : monetæ gallicæ, libræ sunt, ut vocant, 25,000. *H.*

14. *Annua.* MSS. Reg. 2, et Ch. *annuales mercedes*, lectione hæud pœnitenda. *HARD.*

15. *Imputavit.* Id haberi beneficii loco voluit, quod hanc tantum mercedem a principibus posceret : quingenta sestertia, sive quingenta sestertium millia, libræ sunt gallicæ 50,000 : sexcenta, 60,000. *H.*

16. *Sexcena sibi quæstu.* etc. Sexcentorum sestertium quæstum faciebat in urbe, idque comprobabat numeratis domibus ægrotorum, quos invisebat. *HARD.*

exornata, heredi H-S CCC¹⁷ reliquere, quantum ad eam ætatem Arruntius solus¹⁸. Exortus deinde est Vectius Valens¹⁹, adulterio Messalinæ Claudii Cæsaris nobilitatus, pariterque eloquentiæ assectator. Is eam potentiam nactus, novam instituit sectam. Eadem ætas Neronis principatu ad²⁰ Thessalum transilivit, delentem cuncta majorum placita, et rabie quadam in omnis ævi medicos perorantem: quali prudentia ingenioque, æstimari vel uno argumento abunde potest, quum monumento suo (quod est Appia Via) Iatronicen²¹ se inscripserit. Nullius histrionum equarumque trigarii comitator egressus in publico²² erat: quum

17. *H-S CCC*. Hoc est, trecen- ties sestertium, vel si numeralibus notis expresseris quæ Arabum olim, nunc Europæorum omnium sunt, sestertium 30,000,000; quod ad gallicarum pecuniarum rationem si vocaveris, erit fere 5,876,248 fr. 50 c. A.J.

18. *Quantum ad eam ætatem Arruntius solus*. In codice antiquo legitur, «quadragena dena Aruntius solus.» ΠΙΛΤ.

19. *Vectius*. In inscriptionibus antiquis VETTIVS. De Vettio Valente, adulterium cum Messalina conjuge Claudii Cæsaris confesso, vide Tacit. Annal. lib. XI, pag. 169. Anthologias scripsisse dicitur, in quibus et de annis climactericis egit. Scrib. Larg. comp. 76, eo se condiscipulo et fami- liari usum testatur. H.

20. *Ad Thessalum*. Trallianus is fuit, Methodicorum sectæ magno sæculi sui plausu conditor. Omnes ante se medicos, Hippocratem quoque, inscientiæ arguebat, ut ex fragmento apparet epistolæ ejus ad Neronem, quod refert Galen.

meth. med. lib. I, cap. 2, pag. 3, t. X, quo capite Thessalum ipse inscitæ arrogantique insimulat. HARD.

21. *Iatronicen*. Ἰατρονικῆς, medicorum victor. HARD.

22. *Nullius histrionum equarumque trigarii comitator egressus in publico*. In vet. cod. «Nullius histrionumque trigarii comitator egressus in publico»: sequitur continuo: «erat: quum Crinas Massiliensis arte geminata: » verbum erat scribendum cum majore littera, ut sit initium sequentium, et lege sic: «Erat tunc Crinas Massiliæ. Is arte geminata, etc.» ΠΙΛΤ. — *Nullius histrionum equarumque*. Vult auctoritatem ejus demonstrare per turbas in honorem ejus assectantium: qua in re confert eum gratiosissimis tum apud plebem, sed histrionibus aurigisque, qui Circensibus trigas equarum agitent; qua exercitatione Nero quoque ipse ejus temporis Romanorum princeps in primis delectabatur. GELÉN.—Pantomimos egredientes in publicum etiam romani

Crinas Massiliensis arte²³ geminata ut cautior religiosiorque, ad siderum motus²⁴ ex ephemeride mathematica cibos dando, horasque²⁵ observando, auctoritate eum
 4 præcessit: nuperque centies²⁶ H-S reliquit, muris patriæ²⁷, mœnibusque aliis²⁸ pæne non minori summa constructis. Hi regebant fata, quum repente civitatem Charmis ex eadem Massilia invasit, damnatis non solum prioribus medicis, verum et balineis: frigidaque etiam hibernis algoribus lavari persuasit. Mersit ægros in lacus. Videbamus senes consulares usque in ostentationem rigentes. Qua de re exstat etiam Annæi Senecæ stipulatio²⁹. Nec dubium

equites cingebant, quod fieri amplius Tiberius vetuit. Vide Tacit. Annal. lib. I, cap. 77: « ne domos pantomimorum senator introiret; ne egredientes in publicum equites romani cingerent. » Vid. in nost. edit. tom. I, p. 149, ibique a Lipsio notata: tum confer Senecam, Epist. XLVII; et Quæst. Nat. VII, 32; præsertim insignem Tertulliani locum, qui hanc insaniam vehementer damnat, libello de Spectaculis, cap. 20, pag. 100. Ed.

23. *Arte.* Artes geminasse dicitur, quia mathematicam cum medicina copulavit: cujus generis homines *ἰατρομαθηματικὸς* appellatos esse, auctor est Ptolem. in Tetrab. HARD.

24. *Crinas Massiliensis... ad s. motus.* Ex ephemeride mathematica captatorem vides non quidem indoctum, sed scientiæ occultatorem et pro veris medicaminibus falsas, ut aiunt, *influentias* hianti popello ingerentem. Hoc diu ætate hac media usitatum, dum partim astrorum vim quamdam esse credunt, partim amplificanc verborum am-

bage magna. Vide LÆCLERC, *hist. de la Méd.* pag. 584. Ar.

25. *Horasque.* Sic etiam Petosiris olim, mathematicus Ægyptius de quo Juvenalis, Sat. VI, v. 378: « Capiendo nulla videtur Aptior hora cibo, nisi quam dederit Petosiris. » HARD.

26. *Centies H-S.* Hoc est, centies centena millia sestertium. Monetæ gallicæ libras efficiunt 1,000,000, seu millionem unum. HARD.

27. *Patriæ.* Massiliæ. HARD.

28. *Aliis.* Aliorum oppidorum. HARD.

29. *Qua de re exstat etiam Annæi Senecæ stipulatio.* Gud. Men. Acad. *adstipulatio.* Vossianus et Andeg. *adstipulatio*, id est, affirmatio de sese. ΓΡΟΝΟΝ. — Seneca, epist. LIII, pag. 268: « Memor artificii mei veteris, mitto me in mare, quomodo psychrolutam decet. » Et ep. LXXXIII, p. 360: « Ille tamen psychrolutes (hoc est, lavator in frigida, ψυχρολύτης) qui kalend. januarii in Euripum saltabam, etc. » Eadem est Horatii de se *adstipulatio*, affirmatiove, lib. I, ep. 15,

est, omnes istos famam novitate aliqua aucupantes anima statim nostra negotiari³⁰. Hinc illæ circa ægros miseræ 5 sententiarum concertationes, nullo idem censente, ne videatur accessio³¹ alterius. Hinc illa infelicis³² monumenti

v. 2, auctore nempe Antonio Musa qui calidas Baiarum aquas improbat: laudabat inprimis ψυχρολυωίασ. « Nam mihi Baias Musa supervacuas Antonius, et tamen illis Me facit invisum, gelida quum perluor unda Per medium frigus. » HARD. — *Annæi Senecæ stipulatio*. Lib. VII, epist. ad Luciliam: « Memor artificii mei veteris, frigide cultor, mitto me in mare, quo modo psychroloutem decet, gausapatus. » Et rursum lib. XIII: « Ille tantus psychroloutes, qui kalend. januariis Euripum salutabam, qui anno novo quemadmodum scribere, legere, dicere aliquid, sic auspicabar in Virginem desilire, primum ad Tiberim transtuli castra. » Mitto Horatium lib. I, epist. ad Vallam: « ... gelida quum perluor unda, etc. » Eo pertinet jocus Plauti in Rudente, « Ædepol, Neptune, es balneator frigidus: Cum vestimentis, posteaquam abs te abii, algeo. » DALRC.

30. *Animas statim nostras negotiari*. Vossianus, ut Pintiani, « anima statim nostra negotiari. » Lege: « Nec dubium est omnes istos famam novitate aliqua aucupantes animæ fatum nostræ negotiari. » I. e. adducta in periculum vita nostra pecuniam quærere, discrimen animæ nostræ in negotio et quæstu habere. Nisi tamen malis *statum*, id est, salutem: nam *status* est salus rei familiaris, de quo usu vocabuli

diximus ad Plinii minoris epistolas. Et *stare, sistere, sisti* eleganter est salvum esse, de quo ad Livium. Verum hoc puto et auctore nostro dignissimum. GROS. — *Anima*. De vita ipsa nostra, non modo de fortunis, statim sibi quæstum institueret. Sic MSS. 1, 2, aliique, non, ut editi, « animas statim nostras: » neque ut Gronovius conjiciebat, *animæ statum*, vel *fatum nostræ negotiari*. Sic alio mercaturæ genere *negotiari* dixit Colum. in præf. XII. HARD.

31. *Accessio*. Ne videatur alterius sententiæ accessor tantum, et « approbator iners, non etiam auctor. » Verbum id juris est: accessorium vulgo dicimus, quod instar additamenti est, parvoque solet æstimari, si cum principali re conferatur. Ea voce rursum Plinius utitur, lib. XXXIII, cap. 2: « Smaragdis teximus calyces... aurum jam accessio est. » Quasi diceret, principalia luxuriæ irritamenta nunc sunt smaragdi gemmæque: aurum accessorium est. Val. Max. lib. V, cap. 7, n. 2: « Nec accessor (in quibusdam exemplaribus *accessio*) gloriosæ illius pompæ, sed auctor spectatus est. » H.

32. *Hinc illa infelicis... perisse*. Videtur ergo de medicis jocus solennis in scena etiam perantiqua fuisse; nec descivere recentiores: quorum ne sales et scommata omnia percurram, sat erit celeberrimum

inscriptio, TURBA³³ SE MEDICORUM PERISSE. Mutatur ars quotidie³⁴, toties interpolis³⁵, et ingeniorum Græciæ flatu impellimur: palamque est, ut quisque inter istos loquendo polleat, imperatorem illico³⁶ vitæ nostræ necisque fieri:

magni Cornelii versiculum exscripsisse, qui narranti cuidam avunculum obiisse, tres quanquam medici curam sanando navarent, faceto colloquio illatus est:

Que voulez-vous qu'il fit contre trois ? —
Qu'il mourût. A1.

33. *Turba*. Vulgo id dictum Cæsari Hadriano adscribitur. Verum ex isto Plinii loco, atque ex Dionis Cassio, in extrema Hadriani historia, multo esse vetustius intelligimus. Senarius est, ut putant, Menandri Comici: Πολλὸν ἰατρῶν εἰσοδός μ' ἀπώλεσεν. HARD.

34. *Mutatur ars quotidie*. Quid ergo dixisset, si ætate hac nostra natus, tot adspiceret scholas, tot methodos, tot systematum deliria. Neque hic Arabum, Paracelsi, Van Helmontii, Chymiatristarum disciplinas cogitamus, sed quæ recentior humanitas vidit, iatromathematicos, Sthalianistas, ontologistas, Brownistas, etc. etc. Pauci anni fluxere a mortuo BICHAT, et multa in physiologica doctrina notata, quæ secus dicta ac jactata videntur. Exincto Brownismo, Pinelliana invaluit methodus, nec sordida, quæ Parisinarum scholarum dicitur. Mox omnium consensu celebrata et evagata late in vulgus Nosographia philosophica; quæ, imperio vere potita, religio potius quam lex visa est medicis. At nunc, concussa undique, ut olim imperio, sic ruinæ propior fertur, non probante victorem magis quam victum

sapientium sententia: qui quidem pauciores quam quorum vox procul personet, dum non solent clamitare, ac, velut isti scituli, erudituli isti, tecta scandere, unde latius reboet fragor. Ne tamen medicæ rei obtrectatores nos ex his suspicere, qui suffragamur utique comico palmario; hæc enim viri ad Ludovicum XIV responsio fuit: «Medicina valde placet, modo absit medicus.» AR.

35. *Interpolis*. Interpolata, immutata. H.—*Flatu*. Vet. Dal. *fastu*, sed frigidius. ED.

36. *Imperatorem illico*, etc. Est apud jurisconsultos Alpheni responsum de patrono medico, qui sperabat si liberti sui medicinam non facerent, multo plures imperantes sibi habiturum: quo ex loco medicis ægros, non ægris medicos iuperare colligunt. Medico sane magis imperium convenit; merces tamen, cujus gratia circumambulat, dum ægros invisit, auctoramentum quoddam servitutis est. Quin etiam blandiri et assentari ægris, magnasque non raro molestias devorare, ut ipsis morigeretur, velut quædam vis ac necessitas est, non secus, ac si regis tyrannive subesset imperio. Huc pertinet locus Senecæ, lib. VI, cap. 16 de Benef. «Quare medico et præceptor plus quiddam debeo, nec adversus illos mercede defungor? quia ex medico et præceptore in amicum transeunt, et nos non ante quam vendunt obligant, sed benigna et

cœu vero non millia³⁷ gentium sine medicis degant, nec tamen sine medicina : sicut populus romanus³⁸ ultra sexcentiesimum annum, nec ipse in accipiendis artibus lentus, medicinæ vero etiam avidus, donec expertam damnavit.

VI. Etenim percensere insignia priscorum in his moribus convenit. Cassius Hemina, ex antiquissimis auctor est, primum e Medicis venisse Romam Peloponneso Archagatum Lysaniæ filium, L. Æmilio, L. Julio¹ coss. anno Urbis DXXXV, eique jus Quiritium² datum, et tabernam

familiari voluntate. Itaque medico, qui nihil amplius quam manum tangit, et me inter eos quos perambulatur, ponit, sine ullo affectu facienda vitandaque præcipiens, nihil amplius debeo, quia me non tamquam amicum vidit, sed tamquam imperatorem. * DUARENUS, Annivers. I, cap. 54.

37. *Cœu vero non millia*, etc. De Babylois illud ipsum prodidere Herod. I, et Strabo, XVI; de Bastitanis, Hispaniæ populis, idem Strabo; de Hispanis antiquioribus, Euseb. Hex. lib. III, cap. 11. HARD.

38. *Sicut populus romanus*. Vide quæ diximus lib. XX, cap. 33. H.

VI. 1. L. Julio. Veterem scripturam regii codicis 8686 et Chiffletiani, quæ est optima, quamvis abbreviata, fide integra repræsentamus. Libri editi habent, L. Æmilio, M. Livio coss. Atque ita etiam Cassiodorus et Zonaras. Prave : nam plebeia fuit gens Livia, nec consulatui gerendo habilis. Apud Livium historicum, XXII, cum L. Æmilio Paulo, M. Lælius consul legitur : pari errore. Nos veteris scripturæ optimæ secuti vestigia, ita legendum esse conjicimus :

L. Æmilio, L. Julio coss. quoniam Juliæ gentis prænomina nummi veteres tantum tria exhibent : Cæii, Lucii, et Sexti. HARD.

2. *Quiritium*. Vide quæ de Quiritibus diximus ad librum XVI, pag. 57. Et adde, pro Quirite, Quirinum dixisse Plutarchum in vita Numæ, pag. 61, ubi centum quinquaginta Patres ait, intra se ita partitos esse reipublicæ administrationem, ut singuli senis per noctem, totidemque per diem horis, jus dicerent *Quirino*. Καὶ χρηματίζουσιν ἕξ μὲν ὥρας τῆς νυκτὸς, ἕξ δὲ τῆς ἡμέρας Κυρίνω. *Loco Quirini* vertit prave Ἀμύροτ, gallicus interpres, *comme souverain* : ratus, opinor, legendum esse κυρίως. Salmasius in Nott. ad Vopiscum, in vita Taciti imp. vocem hanc expungit, quæ sententiam turbat, inquit, et prorsus alieno loco insidet. Mutare alius dicitur Κυρίνω in κύριον ὄντα. Nihil mutandum, quam sit plana sententia : jus reddidisse quemque senatorem per vices cui libet in urbe Roma genito : cujus esset peculiare, *jus Quiritium* appellatum, et quem *Quirinum* pro Quirite Plutarchus vocat. HARD.

in compito Acilio emptam ob id publice³ : vulnerarium eum fuisse e re dictum ; mireque⁴ gratum adventum ejus initio : mox a sævitia secandi urendique ; transisse nomen in carnificem , et in tædium artem omnesque medicos : quod clarissime intelligi potest ex M. Catone , cujus auctoritati triumphus atque censura minimum conferunt : tanto plus in ipso est⁵ . Quamobrem verba ejus ipsa ponemus⁶ .

VII. γ Dicam de istis Græcis suo loco , Marce fili : quid Athenis exquisitum habeam , et quod bonum sit illorum litteras inspicere , non perdiscere , vincam¹ . Nequissimum et indocile genus illorum ; et hoc puta vatem dixisse : Quando cumque ista gens suas litteras dabit , omnia corrumpet : tum etiam magis , si medicos suos huc mittet . Jurarunt inter se barbaros necare omnes medicina . Et hoc ipsum mercede faciunt , ut fides iis sit , et facile disperdant . Nos quoque dicitant barbaros , et spurcius nos , quam alios opicos² , appellatione fœdant . Interdixi tibi de medicis³ . »

3. *Publice*, i. e. publico sumptu.

4. *Vulnerarium eum tradunt fuisse vocatum mireque*. Chiffi. Vossiani tres, Acad. Gud. *quum fuisse credunt mireque*, sine τῷ *vocatum*. Sed neque *credunt*, neque *tradunt*, hic locum habet : pendet enim oratio ἐκ τοῦ *Cassius Hemina auctor est*. *Lege* : « Vulnerarium eum fuisse e re dictum , mireque gratum adventum ejus . » Gron. — *Vulnerarium*. Qui vulneribus præsertim curandis operam suam addicit ; ut ocularium dicimus , qui sanandis oculis . Cels. VI , 6 ; Scrib. Larg. comp. 37. Eo.

5. *Tanto plus in ipso est*. Adeo sunt plures aliæ in eo dotes ac virtutes. HARD.

6. *Verba ejus ipsa ponemus*. Hæc ex epistolis , quarum mentio apud Sextum Pompeium. DALÉC.

VII. 1. *Vincam*. Evincam , arguam , demonstrabo. HARD.

2. *Opicos*. Opicus ἀπὸ ἰσπανίως , cui os spurcum . Opici populi Italiæ fuerunt inhonesti , et obscæni , in vitium nomen abierit . Ausonius Eunum liguritorem magistrum , *opicum* vocat . Turn. *Advers.* lib. X , cap. 12. DALÉC. — *Opicos*. Rudes , impolitos , simplices , more antiquo . Sic quosdam compellat Gellius , lib. II , cap. 11 : « Hic ego ad nostros juvenes convertor : et , Quid , inquam , vos Opici , dicitis mihi ? » Et Tullius Tiro apud eundem Gellium , lib. XIII , 9 : « Non ut nostri opici putaverunt : » qua scilicet sententia Plinius , lib. XVIII , cap. 66 , « quod nostri... imperitia appellavere , » dixit . H.

3. *Interdixi tibi de medicis* : atque

VIII. Atque hic Cato DCV anno urbis nostræ obiit, LXXXV suo, ne quis¹ illi defuisse publice tempora, aut privatim vitæ spatia ad experiendum arbitretur. Quid ergo? damnatam ab eo rem utilissimam credimus? Miniue hercules: subjicit enim qua medicina, et se, et conjugem usque ad longam senectam perduxerit, iis ipsis scilicet, quæ² nunc nos tractamus; profiteturque esse commentarium sibi, quo medeatur filio, servis, familiaribus, quem nos per genera³ usus sui digerimus. Non rem⁴ antiqui damnabant, sed artem. Maxime⁵ vero quæstum esse immani pretio vitæ, recusabant. Ideo templum Æsculapii, etiam quum reciperetur is Deus, extra urbem⁶ fecisse, iterumque⁷ in insula traduntur. Et quum Græcos Italia pellerent, diu etiam post Catonem, excepisse⁸ medicos.

hic Cato. Desiderantur hæc omnia in antiquo codice, præter duo ultima verba. PINT.

VIII. 1. *Ne quis.* Ne quis aut publice temporum ante actorum usum Romanis, aut privatim vitæ longioris experientiam Catoni defuisse arbitretur. HARD.

2. *Quæ.* In Reg. 1, *quam nunc nostredamus.* In Reg. 2 et Ch. *quæ nunc nostra scitamus.* HARD.

3. *Per genera.* Per genera nempe morborum, in quibus plurimus usus illius est. HARD.

4. *Non rem.* Non medicamenta per se damnabant. HARD.

5. *Maxime vero quæstum esse immani pretio vitæ recusabant.* Scribo, « Maxime vero quæstum esse in manupretio vitæ recusabant. » Quid sit manupretium Varro te docet. DAL.—Vulgatæ sensus: Immani pretio licere hominum vitam nolabant. In Reg. 2 cod. « Maxime vero quæstum esse manupretio vitæ

recusabant: » hoc est, æstimata pretio vita, vel accepto pro vita pretio. Credo sincerius id elegantiusque. HARD.

6. *Extra urbem fecisse.* Vide causas apud Plutarchum in Quæst. Roman. quæst. 94. DAL.—*Extra.* Hujus consilii causas investigat Plutarch. in Qu. Rom. pag. 286. H.

7. *Iterumque.* P. Victor in descript. urbis Romæ, regione XIV, quæ trans Tiberim: « In insula, ædes Jovis et Æsculapii; et ædes Fauni. » Festus: « In insula Æsculapio facta ædes fuit, quod ægroti a medicis aqua maxime sustententur. » HARD.

8. *Excepisse.* Nominatim appellasse medicos cum cæteris Græcis Urbe pellendos. Excipere hoc loco non est demere, secernere, vel eximere numero: sed nominatim cavere. Cujus significationis exempla plurima in jureconsultis occurrunt: atque in ipso Cicerone ad

Augebo⁹ providentiam illorum. Solam hanc artium græcarum nondum exercet romana gravitas in tanto fructu: paucissimi Quiritium attingere, et ipsi statim ad¹⁰ Græcos transfugæ: immo vero auctoritas aliter quam græce eam tractantibus, etiam apud imperitos expertesque linguæ, non est. Ac minus credunt, quæ ad salutem suam pertinent, si intelligunt. Itaque hercule in hac artium sola event, ut cuicumque medicum se professo statim credatur¹¹, quum sit periculum in nullo mendacio majus. Non tamen illud intuemur, adeo blanda est sperandi pro se cuique dulcedo! Nulla præterea lex, quæ puniat inscitiam¹²: capitale nullum exemplum vindictæ. Discunt periculis nostris, et experimenta per mortes agunt: medicoque tantum hominem occidisse impunita summa est. Quinimmo¹³ transit convitium, et intemperantia culpatur:

Q. Frat. I, ep. 1: « Nominatimque lex exciperet, ut ad templum monumentumque nostrum capere liceret. » HARD.

9. *Augebo*. Mandabo, inquit, litteris latinis, quæ medici ad hunc diem græcis. Ita fiet, ut illis facile careamus; provideantque Romani magis, ne sese in Urbem peregrinitas illa infundat. HARD.

10. *Ad*. Quoniam spreto latino sermone græce etiam homines Romani scripserunt, ut Sextius Niger, aliique. HARD.

11. *Cuicumque medicum se professo statim credatur*. Apud Veteres forte sic fuit. Sed temporibus nostris ille in jus rapitur, nec carcerem declinat quisquis illicito, nec probatus Medicæ facultati aliquem morbo liberavit. Hoc necessarium est, ut impune artem exercent diplomate donati artifices. Conf.

nostri MOLIÈRE *επιστόδιον* macaronicum in optimo dramate, cui titulus *le Malade imaginaire*. A1.

12. *Nulla præterea lex, quæ puniat inscitiam*. Nec dolendam. Si quis enim ignarus artifex, ille non huc vocandus, ubi difficillima omnium res in medio est. Stultus ille qui accersit, non scelestus qui accersenti paret. Barbaræ et feræ gentis id legum genus foret: qualia olim Carthagine in imperatores edicta sanciebantur qui rem minus prospere gesserant, nec emendatura fortunam, et militarium virorum robur in dies elevatura. Taceo de Anglia: quanquam quis ignorat non ea tempestate Indiam ab iis subjectam, et in mare imperium prolatum, qua dira lex vigeret? A1.

13. *Quinimmo*. Quin etiam transit a medicis convitium in ægrotos ipsos: horum intemperantia culpatur. H.

ultroque qui perire arguuntur. Sed decuriæ¹⁴ pro more⁴ 4
censuris principum examinantur : inquisitio¹⁵ per parietes

14. *Sed decuria.* Erant Romæ decuriæ quinque, in singulis 100 cives, qui iudices, non equites dicti. Constitutum erat, ne cui jus id esset, nisi cui ingenuo ipsi, patri avoque paterno sestertia coccensus esset. Ejus principum censura fiebat examen, et inquisitio per parentes (sic enim legendum, non parietes) agebatur. Vide infra lib. XXXIII, cap. 1. DALEC. — *Sed.* Sed iudices qui sunt in decuriis allegendi, mos est a principibus examinari, qui censuram exercent. De iudicum decuriis lib. XXXIII, cap. 7. HARD.

15. *Inquisitio per parietes agitur.* Vel, per parentes, ut diximus : vel, per partes. Quintil. lib. V, centumviralium partes in hastas duas divisas memorat. Cognoscebant autem centumviri de hæreditatibus, quacumque de causa peterentur, sive ab intestato, inofficioso, injusto, falso testamento. Hæreditatis petitionem centumvirale iudicium vocat Justinianus, l. ult. Cod. de hæred. pet. Dividebatur in partes, sive hastas, sive consilia, sive tribunaia (tot enim nominibus utebantur) duas, vel quatuor, pari numero iudicum constantes. Plin. lib. I, epist. 6, « Quadruplici iudicio bona paterna repetebat. Sedebant iudices centum et octoginta : tot enim quatuor consiliis conscribuntur. » Et paulo post : « Duobus consiliis vicimus, totidem victi sumus. » Marcellus l. si pars de inoff. testam. Papinianus l. quum filius de legat. 2. Quum filius divisus tri-

bunalibus actionem inofficiosi matris pertulisset, atque ita variis sententiis iudicum existissent. RUGINALDUS. — *Inquisitio.* Non per singulas dumtaxat domos, de iudicum moribus inquiritur, explorantibus certis hominibus quid in quaque domo agatur : sed et auriti mittuntur emissarii, qui vel per ipsos parietes candidatorum sermones excipiant, subauscultentque. Hic est sensus : Formulam h. l. aliquam juris latere iureconsulti alias eruditi, virique critici, falso arbitrati sunt. Quare librorum omnium, etiam conditivorum, ut Reg. 1, 2, Colb. Ch. etc. constantissima lectione neglecta, alii per parentes, ut Dalecampius; alii per partes, ut Pithæus, Advv. lib. II, cap. 19, pag. 444 et sq. Gronovius, per patrias : alii aliter censuerunt : nemo ex iis probabili sententia, quam nos omnino perspicue, ut quidem remur, ex simplici, nec pœta longius Pliniana orationis interpretatione eruimus : inquisitores ejuscemodi, qui per parietes captabant candidatorum sermones, ὄρακουῶς Græci vocabant, quibus Cyrus primum usus dicitur a Xenophonte, Παιδ. VIII. De his etiam Plut. περὶ πολυτρ. Idem Græci deinde πρυθῆνας. Curiosos a Latinis sequiore ævo nuncupati : de quibus multa Gothofr. in Cod. Theod. VI, 29, de curiosis, pag. 193, sqq. Item auriculares, in Chronico Novalicensi, V, 3 : « Hic denique mittens auriculares et præcones, qui lustrarent civitates et castella, ne homi-

agitur : et qui de nummo judicet¹⁶, a Gadibus columnisque Herculis accersitur : de exsilio vero¹⁷ non nisi XLV electis viris datur tabella¹⁸. At de iudice ipso quales¹⁹ in consi-

nes inconsulte loquerentur de eo. • In Gallia vulgo appellamus, *des écoutes*, ab auscultando : item *des espions*. HARD.

16. *Et qui de nummo judicet*. Ait æris tribunos non temere legi et creari, sed magna cum diligentia et iudicio, ut potius a Gadibus columnisque Herculis, id est, ab ultimis terris, orbisque finibus accersantur. Vide Ascon. Pædianum. DALEC. — *Et qui de nummo judicet*. Scribendum potius *indicet*, unde Index lapis. PLEX. — *Et qui*. De levissimis pecuniæ summis, nedam de vita et capite civium. Seneca de ira, III, 33 : • Evocati e longinquis regionibus iudices sedent, iudicaturi utrius justior avaritia sit. • Mittuntur, inquit, in cujusque patriam, qui explorent qua fama et existimatione sint, quam municipibus suis probati : non enim tantum ex Urbe capiuntur et Italia, sed ex omnibus evocantur imperii partibus, qui de pecunia iudicent non magna. Corn. Balbum hoc loco indicat, Gadibus natum, de quo idem agit V, 5, et VII, 44. HARR.

17. *De exsilio vero*. Certus is magistratus non fuit, ut triumvirorum capitalium. Eligi ex senatu veteri instituto solebant. Honorius et Theodosius postea sortito ad criminalium causarum iudicia vocari jusserunt, et de summis optimos legi. Nomine reorum delato et recepto, trigesimo post die iudex dabatur, qui quadragesimo

tandem reum de tabula vel damna-
bat, vel absolvebat. Vide Pithœum
Advers. lib. II, cap. 19. DAL. —
De exsilio vero. Datur tabella, hoc
est, iudicium permittitur. Iudices,
inquit, de tabella, deliberatione
prius domi habita : medici statim.
Iudices electi XLV, vel de eo or-
dine ac numero aliquot : medici
qualescumque sine delectu. Judi-
ces, quasi de exsilio tantum dictu-
ri : medici occisuri. Iudices, de
reo ac facinoroso : medici de iudice
ipso ac prætore pronuntiaturo. Ut
nos, sic scribit Reg. 2 cod. cum Ch.
In Reg. 1, *non nisi de XLV electis*
viris. Descivere ab his editionum,
quæ hactenus in manus venerunt,
concinnaiores : qui quum ita scri-
pere, *non nisi die XL quinque electis*
viris, non in Plinianum modo con-
textum novam scripturam, sed et
in forum vetus romanum novam
iudiciorum formam invexerunt. H.

18. *Datur tabella*. Tres daban-
tur : quarum primæ A insculptum,
h. e. *absolvatur* ; secundæ N. L. *non*
liquet ; tertię C, quod erat condem-
nati signum. Aliquando præ C, Θ ;
unde Persius : • Et potis es nigrum
vitio præfigere Theta. • Ad. Fr.
POLLET, histor. Fori Rom. lib. V,
cap. 8. A.

19. *At de iudice ipso quales*, etc.
Dalecampius h. l. male : De medi-
co ipso (quem translate iudicem
vocat, quia ægrum iudicat et morte
damnat) statim occisuro (ita enim
reponendum) nulli consultant, et
peritiæ periculum faciunt. Omnino

lium eunt, statim occisuri? Merito, dum nemini nostrum libet scire, quid saluti suæ opus sit. Alienis²⁰ pedibus ambulamus : alienis oculis²¹ agnoscimus : aliena²² memoria salutamus : aliena²³ vivimus opera ; perieruntque rerum naturæ pretia, et vitæ argumenta²⁴. Nihil aliud pro nostro habemus, quam delicias. Non deseram Catonem²⁵ tam 5 ambitiosæ artis invidiæ a me objectum, aut senatum illum, qui ita censebat, idque non criminibus artis arreptis, ut aliquis exspectaverit. Quid enim venenorum fertilius, aut unde plures testamentorum insidiæ? Jam vero et adulteria etiam in principum domibus, ut Eudemi²⁶ in Livia Drusi

probanda lectio vulgatio ; probanda Harduini interpretatio. *As.* — *At de iudice ipso quales, etc.* Puto mutandum esse verborum ordinem, et legendum : « At de iudice ipso statim occisuri quales in consilium eunt. » Nec legend. arbitrator, *iudice*, sed, ut dixi, *indice*, nec *occisuri*, sed *occasuri*, ut quædam etiam exemplaria proferunt. *PINT.*

20. *Alienis pedibus ambulamus.* Leticarios, anagnostas et nomenclatores exprobrat. *DAL.*

21. *Alienis oculis.* Anagnostarum, sive lectorum. *HARD.*

22. *Aliena.* Nomenclatorum. Habebant præsertim candidati comites, qui memoriter vocare unumquemque scirent, et occurrentium civium nomina suggererent, quos illi deinde honorifice salutarerent. *HARD.*

23. *Aliena vivimus opera.* Medicorum. *HARD.*

24. *Vitæ argumenta.* Instrumenta. Argumenta vitæ appellat ea omnia, quibus vitæ incolumitas continetur : unde his voluminibus

medicinas repetit. Horum jacere pretia et cognitionem negligi ab hominibus, jure queritur. *HARD.*

25. *Non deseram Catonem.* Non relinquam Catonem, quem obiecti invidiæ medicorum ; non deseram senatum, qui ita censuit, *pellendos Italia medicos* : neque tamen *quod medicis male velim*, crimina artis illius causabor, ut aliquis *facturum me facile crediderit* : nec *immerito fortassis* : nam quæ ars venenorum fertilior, etc. *HARD.*

26. *Ut Eudemi.* Eudemus Livie Drusi a Sejano corruptæ medicus, et ipse ejusdem criminis reus, Tiberii principatu floruit. *Tacit. Annal. IV, pag. 98* : « Sumitur in conscientiam Eudemus amicus ac medicus Livie, specie artis frequens secretis, etc. » Alius ab isto Eudemus medicus, cujus Galenus meminit. Livia, quæ et Livilla Suetonio, Drusi conjux, ejus qui Tiberii imp. filius : Drusi Neronis filia, ejus videlicet, qui ejusdem Tiberii frater fuit, eademque Germanici Cæsaris et Claudii imp. soror. *HARD.*

Cæsaris : item Valentis, in ²⁷ qua dictum est regina. Non sint ²⁸ artis ista, sed hominum. Non magis hæc urbi ²⁹ timuit
 Cato, ut equidem credo, quam reginas ³⁰. Ne avaritiam quidem arguam, rapacesque ³¹ nundinas pendentibus ³² factis, et dolorum indicaturam ³³, ac mortis ³⁴ arrham, aut ar-

27. *In qua*, etc. In Messalina, de qua dictum cap. 5. HARD.

28. *Non sint*, etc. Non sint sane ista imputanda arti, sed improbitati hominum potius. «Nec videtur hæc causa Catoniani odii.» Neque enim, credo, magis hæc *adulteria cum reginis* timuerit urbi Cato, quam reginas ipsas : «nec minus reipublicæ malum, regina, quam familiæ principis, adulterium.» HARD.

29. *Non magis hæc urbi*. Nusquam magis consentiens conspiransque omnium exemplarium, etiam MSS. fides, quam in hujus vocis scriptura. Nihilominus Salmas. in præf. ad librum de homonymis, 52, sic emendat, *quam resinas* : tum multa de resinata juventute affert, quæ ante eum Dalecampius commodiore loco protulerat, quoniam ab isto, quem tractamus, prorsus abhorret : ut vel nostra per se interpretatio arguit, qua nihil est planius, nihil ad scriptoris mentem accommodatum magis, præsertim quod nihil adhuc attingere se Plinius profitetur eorum quæ Urbi timuit ac reipublicæ, in quibus resinæ : extremo dumtaxat hoc capite ab eo delibanda. H.

30. *Reginas*. Imperantium uxores, quas nos *impêratrices*. Eas urbi Cato non timebat, de iis nempe ne subodoratus quidem. AJ.

31. *Ne avaritiam... rap. nundinas*. Nundinæ a nono die dictæ, quasi

novendinæ (gall. *marchés, foires*); in quibus omnia sunt venalia; hæc omnes conveniunt mercandi et vendendi causa. Sic rapaces medici avaritia ferventes lectis ægrorum adstantes remediorum auctionem faciebant. Ista quidem nunc rara sunt, si de Veterum pravus artibus cogitans sæcula contuleris. Immo cautum nostris legibus est, ne quis medicus ab illo quem novissimo morbo implicitum sanare tentavit, pecunias aut dona testamento accipiat. AJ.

32. *Pend*. Dum mors instat. H.

33. *Dolorum indicaturam*. Pactam cum ægris pecuniam, ut eorum dolores sedentur. DALEC. — *Et dolorum indicaturam*. Indicatura, ut diximus in præf. ad Vespas. æstimatio, pretium, taxatura est. Indicare vendentium verbum est, ut mercari ac liceri emptoris. PLAUT. in Persa, act. IV, sc. 4, v. 25 : «*ra*. Hanc emeatque auscultam mihi. *ro*. Modo ut sciam, quanti indicet.» Et v. 37, «*sa*. Indica, fac pretium. *ro*. Tua merx est : tua indicatio est.» Iterumque v. 109 et 112. Igitur indicatura dolorum, taxatio est, sic fere fieri solita. Levare hoc genere morbi cupis? Tantum dabis. Isto? tantum. H.

34. *Ac mortis*. Mortis arrham eleganter vocat id quod veluti pignus pretii numerandi medico datur, statim occisuro. HARD.

cana præcepta³⁵. Squamam in oculis emovendam³⁶ potius, quam extrahendam : per quæ effectum est³⁷, ut nihil magis prodesse videretur, quam multitudo grassantium. Neque enim pudor, sed æmuli pretia³⁸ summittunt. Notum est ab eodem Charmide unum ægrum ex provincialibus H-S ducentis³⁹ reconductum⁴⁰ : Alconti⁴¹ vulnerum⁴² medico H-S C⁴³ damnato ademisse Claudium principem; eidemque in Gallia exsulanti, deinde restituto, acquisitum non minus intra paucos annos. Et hæc personis imputentur. Ne faciem quidem, aut inscitiam ejus turbæ arguamus, ipsorum intemperantiam in morbis, aquarum calidarum diverticulis⁴⁴ : imperiosam inedia, et ab iisdem deficientibus cibos sæpius die ingestos, mille⁴⁵ præterea poenitentiae modis, culinarum etiam præceptis et unguentorum

35. *Arcana præcepta.* Παράδοξα, medicamenta secreta vulgi fidem et opinionem excedentia, quæ non nisi ingenti pretio evulgantur, aut communicantur. DAL.

36. *Emovendam potius.* Deorsum pellendam acu, unde subire sursum possit adhuc, et medici operam iterum flagitare. HARD.

37. *Per quæ effectum est.* Quamquam medici, inquit, multa Romæ artis suæ licentia nefarie admitterent : potius tamen esse cœpit ut plures essent, quam ut pauci. Quum enim pauci essent, pretia immodica aut stipulabantur ab ægris, aut quovis modo exprimebant. Neque enim deterrentur pudore, ut immensis mercedibus abstineant : sed mutua, ut sit, æmulatione, minoris operas suas addicere tum cœperunt, quum multi eandem exercere artem. HARD.

38. *Pretia.* Pretia medicamento- rum et operæ suæ minuunt. HARD.

39. *H-S ducentis.* Sestertiis nempe majoribus; ergo vulg. 200,000, sive quod idem censetur, 35,174 fr. 99 c. Az.

40. *Reconductum.* Iterum conductum. HARD.

41. *Alconti.* Ille Pliniana ætate celeberrimus fuit, præsertim si quis enterocela, aut fracto osse laboraret. Martialis, lib. XI, epigr. 84 : « Mitior implicitas Alcon secat enterocelas, Fractaque fabrili dedolat ossa manu. » Az.

42. *Vulnerum.* Chirurgo, seu vulnerario medico. HARD.

43. *H-S C.* Hoc est, sestertium centies (10,000 maj. 10,000,000 min.), 1,758,749 f. 50 c. Az.

44. *Diverticulis.* Diverticula ele- ganter appellat, quum per tot medicamentorum, et balnearum anfractus flexionesque, valetudo quæritur, quæ simplici via parari commode potest. HARD.

45. *Mille præterea poenitentiae*

mixturis, quando nullas omisere vitæ illecebras. Invehi peregrinas merces, conciliarique externa⁴⁶ pretia, displicuisse majoribus crediderim equidem: non tamen hoc Catonem providisse, quum damnaret artem. Theriace⁴⁷ vocatur excogitata compositio luxuriæ. Fit ex rebus externis, quum tot remedia dederit natura, quæ singula sufficerent. Mithridaticum⁴⁸ antidotum ex rebus LIV componitur, interim nullo pondere æquali, et quarumdâm rerum sexagesima denarii unius imperata. Quo deorum⁴⁹ perfidiam istam monstrante? Hominum enim subtilitas tanta esse non potuit. Ostentatio artis et portentosa scientiæ venditatio manifesta est. Ac ne ipsi quidem illam novere: comperique⁵⁰ vulgo pro cinnabari Indica in medicamenta minimum addi, inscitia nominis, quod esse venenum docerimus inter pigmenta. Verum hæc ad singulorum salutem pertinent. Illa autem, quæ timuit Cato, atque providit, innocentiora multo et parva opinatu, quæ proceres⁵¹ artis

modis. Quum mille modis priora errata corrigunt, novisque cumulant.

46. *Extrema pretia.* Idem argumentum tractatur, sed pressius, lib. XXIV, cap. 1. DALEG. — *Externa.* Pretia rerum externarum. Ipse, XXIV, 1: « Statim compositiones et mixturæ inexplicabiles decantantur. Arabia atque India in medio æstimantur; hulcerique parvo medicina a Rubro mari imputatur, etc. » HARD.

47. *Theriace.* Θηριακὴ, medicamentum contra venenata; de-cujus confectione dictum est lib. XX, cap. 100. HARD.

48. *Mithridaticum.* Mithridaticum antidotum, quod a Celso describitur, lib. V, cap. 23, rebus dumtaxat sex et triginta componitur. Apud Gelen. de Antid. lib. II, cap. 9, omnino 44. HARD. — Vere

antidotum Mithridaticum simplicius fuit teste Ammonico Sereno, qui id e viginti rhytæ foliis, salis particula quæ siliquæ tertia vix sit, nucibus duabus, duobus item ficulis aridis constare dicit. AJ.

49. *Quo deorum perfidiam istam monstrante.* Scribo cum interrogatione, ex vetusto codice: « Quo Deorum per fidem ista monstrante? » Utitur isto interrogandi modo, et interim sine interrogatione, frequenter Quintilianus in Declamationibus; aliquando etiam suppressa præpositione; *Fidem vestram judices.* PINT.

50. *Comperique.* Vide quæ dicturus est inferius, lib. XXXIII, cap. 38, sq. Et hunc medicorum errorem Diosc. prodidit, lib. V, pag. 109. HARD.

51. *Quæ proceres artis ejusdem in*

ejus de semet ipsi fateantur. Illa perdere imperii mores, illa quæ sani patimur, luctatus⁵², ceromata, ceu valetudinibus causa instituta : balineæ⁵³ ardentes quibus persuasere in corporibus cibos coqui, ut nemo non minus validus exiret, obedientissimi vero efferrentur⁵⁴. Potus⁵⁵ deinde jejunorum ac vomitiones, et rursus perpotationes, ac⁵⁶ pilorum eviratio instituta resinis⁵⁷ eorum : itemque⁵⁸ pectines

semetipsis fatentur. • Quæ proceres artis ejus de semet ipsi fateantur, • in cod. P. H. N. T.

52. *Luctatus.* De ceromate oleo, quo luctatores ungebantur, diximus lib. XXVIII, cap. 13. Ideo vero ungebantur, ut membra emollita sine ullius rupturæ periculo labores sustinerent : quod Lucianus *περί γυμνασίων* sic fere prodit : *Χρίμεν ἑλαιο (τά σώματα) καὶ καταμαλάττομεν, ὡς εὐτονώτερα γίνωντο*, etc. Negat ergo Plinius hæc fuisse quondam valetudinis causa instituta, sed luctæ potius et exercitationis. HARD.

53. *Balineæ.* Ut cruditatem deponerent, caldarius utebantur. Horat. lib. I, ep. 6, v. 61 : « Crudi tmidique lavemur. » Juvenalis, Sat. I, v. 144 : « Et crudum pavonem in balnea portas. » Vide quæ diximus lib. XIV, cap. 28. HARD.

54. *Efferrentur.* Exincti vapore balinearum efferrentur ad rogum. HARD.

55. *Potus.* De his Seneca, ep. 122 : « Isti non videntur tibi contra naturam vivere, qui jejuni bibunt, qui vinum recipiunt inani-bus venis, et ad cibum ebrii trans-eunt?... Merum illud delectat, quod non innat cibis, quod libere pe-netrat ad nervos : illa ebrietas ju-vat, quæ in vacuum venit. » H.

56. *Ac pilorum eviratio instituta,* etc. Hoc *παρατιμὸν καὶ πίττωσιν* vo-cant Græci, qua *μαλθακοί*, id est, molles evirantur et vulsi fiunt. Virilitatis autem signum et indicium pili. Resina autem pilari solitos olim nunc molles et effemi-natos viros, nunc quibusdam sacris addictos, ut Isidis calvos, ex Ve-terum scriptis manifestissimum est. Juven. Sat. VIII, 114, « resinata juventus. » Martial. XII, 32, 21 : « Nec plena turpi matris olla resina, Summœonianæ qua pilantur uxores. » Et x, epigr. 48 : « Nuntiat octavam Pharæ sua turba juvencæ, Et (alii *Atque*) pilata redit jam-que, subitque cohors. » HARD.

57. *Resinis.* Glabros et depiles reddebant olim viros molliores, adolescentesque, picis illitu, vel resinæ. Unde apud Juvenal. Sat. VIII, vers. 114, *Resinata juventus.* Vide Constantin. in Lexico verbo *Πιττώω*. Eviratio porro a Plinio appellatur, quoniam virilitatis si-gnum est et indicium pili. Jul. Capitolinus in Pertinace, pag. 56, *vasa Samnitica* Commodi imp. memorat, « calefactandæ resinæ ac picis devellendis hominibus ac lævi-gandis. » HARD.

58. *Itemque.* Pecten in feminis locus est ubi pili nascuntur. Juven. Sat. VI, 370 : « Inguina traduntur

in feminis quidem publicati⁵⁹. Ita est profecto; lues morum, nec aliunde major quam e medicina, vatem prorsus quotidie facit Catonem, et oraculum: satis esse ingenia
 11 Græcorum «inspicere, non perdiscere.» Hæc fuerint dicenda pro senatu illo, sexcentisque populi romani annis, adversus artem, in qua conditione insidiosissima auctoritatem pessimis boni faciunt: simul contra attonitas quorumdam persuasiones, qui prodesse nisi pretiosa⁶⁰ non putant. Neque enim dubitaverim aliquibus fastidio futura, quæ dicentur animalia: at non Virgilio⁶¹ fuit nominare formicas nulla necessitate, et curculiones, ac lucifugis congesta cubilia blattis: non Homero inter prælia Deorum⁶² improbitatem muscæ describere: non naturæ gignere ista, quum gignat hominem. Proinde causas quisque et effectus, non res, æstimet.

1 IX. Ordinemur autem a confessis, hoc est, lanis ovisque, ut obiter rebus præcipuis honos in primis perhibeatur. Quædam etiam sic alienis locis, tamen obiter dici necesse erit. Nec deerat materiæ pompa, si quidquam

medicis jam pectine nigro. • Et hos pariter depilabant. Vid. Marcial. lib. XII, ep. 32, 21.

59. *Pblicati*. Medicorum oculis expositi. Vel medicis, ut diximus, vel quum in publico matrona translucet, ut dictum est lib. VI, cap. 20. Vide quæ tum ibi, tum lib. XI, c. 26, in Notis adjecimus. H.

60. *Nisi pretiosa non putant*. Immani pretio ex alio orbe quæsitæ remedia. HARD.

61. *Virgilio*. De curculione Georg. I, vers. 186. De blattis, IV, ejusdem operis v. 243: «Lucifugis congesta cubilia blattis.» Ipse est versus, dempto uno pede.

62. *Homero inter prælia Deorum*,

etc. Iliados Φ: Τίπτ' αὖ, ὃ κυνορῳία, θεοὺς ἐριδι ξυνολαύνεις, Θάρσος ἀπ' τὸν ἔχουσα; DALLAC. — Add. Iliad.

P, v. 570: Καί οἱ μούνης θάρσος ἐνὶ στήθεσσιν ἐνήκεν, ἦρα, καὶ σίργομένη μάλα περ χροῦς ἀδρομῆτοιο, Ἰσχανάα δακίειν, λαρόν τ' εἰ αἶμα' ἀνθρώπου.

• Et ei muscæ audaciam in pectoribus immisit: quæ quamvis depulsa frequenter a corpore humano, mordere appetit: dulcisque illi sanguis hominis est. • Affert hic Dalecampius Homeri locum a proposito omnino alienum. HARD.

IX. 1. *Nec deerat materiæ pompa*. Immo legendum e contrario, «Nec deerat materia pompæ,» ex antiquo exemplari. PINT.

aliud intueri liberet, quam fidem operis². Quippe inter prima proditis etiam ex cinere phœnicis nidoque medicinis, cœu vero id certum esset, atque non fabulosum. Irridere est, vitæ remedia post millesimum annum³ reditura monstrare. (11.) Lanis auctoritatem veteres Romani etiam religiosam habuere, postes⁴ a nubentibus attingi jubentes: præterque cultum et tutelam contra frigora,² succidæ⁵ plurima præstant remedia ex oleo vinoque, aut

2. *Quam fidem operis.* Quam ut fidem opus obtineat. HARD.

3. *Post millesimum annum.* Certum annorum numerum pro incerto ponit. Diversas Veterum sententias de phœnicis reversione attulimus lib. X, cap. 2. HARD.

4. *Postes.* Edium, in quas accedebat sponsa, janua, marito illam operiente, lana cingebatur, et coronabatur, lauroque multa ornabatur: postes etiam vittis laneis contegebantur, quas ab introgressa tangi, mos erat, et adipe suillo oleoque, vel lupino ungi, ne quid venenum aut pestilens domui noceret: qua superstitione et magi felle nigri canis domos suffiebant, et genitale sub limine defodiebant. Alex. lib. II, cap. 5. Scribit idem ibidem, Sponsas, quum ex domo patris ad maritum prodibant, colum lana comptum et fusum cum stamine gestare solitas. Quod testatur et Plutarch. ἡ νόμῳ, inquit, αἰσφίρει μὲν ἡλακάταν, καὶ τὴν ἀτρακτον additque, quod propius huic loco est, ἐρίω δὲ τὴν θύραν περιτίθειν τοῦ ἀνδρός. Nec prætereundum quod tradit Rhod. lib. XXVII, cap. 14, in lanata pelle novas nuptas sedere solitas, vel more vetusto, quod priscis temporibus in pellium stratis

dormirent, vel quod lanificium viro præstituras se eo symbolo pollicerentur. Plinius hic tacet cingulum ex ovīs lana factum, quod novæ nuptæ in lecto vir solvebat: apud Verrium Flaccum. DALZC. — *Postes.* Sic MSS. omnes Reg. 1, 2, Colb. aliique. Rectius tamen fortassis *cingi*. Dalec. laudatus Plut. Qu. Rom. pag. 271: Ἐρίω δὲ τὴν θύραν περιτίθει τοῦ ἀνδρός. « Nova nupta mariti januam lana coronat. » Quo et Lucan. respexit, solennes nuptiarum ritus negative describens, lib. II, v. 355: « Festa coronato non pendent limine sarta, Infulaque in geminos discurrit candida postes. » *Attingi* tamen haud penitus adspernandum: quum ritus ille tangendi postes lana ea fieri potuerit, qua colus instructa, quam novæ nuptæ secum deferebant, eodem auctore Plutarcho l. c. HARD.

5. *Succidæ.* Succidam lanam *oscam* Varro a Nævio dici tradit, Festus et *solocem*. DAL. — *Succidæ.* Recens tonsæ. Unde succida lana appellata sit, Varro docet, de R. R. lib. II, cap. ult. his verbis: « Tonsuræ tempus inter æquinoctium vernum et solstitium, quum sudare inceperint oves: a quo sudore recens lana tona succida est

aceto, prout quæque mulceri morderive opus sit, stringi, laxarive, luxatis membris, dolentibusque impositæ, et crebro suffusæ⁶. Quidam etiam saler miscent luxatis. Alii cum lana rutam tritam adipe imponunt. Item contusis tumentibusque. Halitus quoque oris gratiores facere traditur, confricatis⁷ dentibus
 3 gingivis, admixto melle. Prodest⁸ et phreneticis si Sanguinem⁹ in naribus sistit cum oleo rosaceo : e

appeilata. » A succo alii deduci malunt. Et succida vellera dixit Martialis, lib. XI, ep. 27 : « Succida palliolo vellera quinque petit. » Hæc porro totidem cum Plinio verbis habet Diosc. lib. II, cap. 82 : Ἐπιτα οἰσικηρὰ. ... ἀρμόζοντα ἐν ἀρχῇ πρὸς τραύματα, θλάσματα, ἀποσύματα, πλιώματα, ὄρων κατάγματα, βρεχόμενα ὄξει καὶ ἐλαίῳ ἢ οἴνῳ. « Lanæ succidæ subveniunt inter initia vulneribus, contusis, desquamatis, lividis, et ossium fracturis, aceto, et oleo, aut vino imbutæ. » HARD.

6. *Suffusæ.* Olei, aceti, vini liquore. DALEC.

7. *Conflicatis.* Et horum quoque candori conferre haud parum succidam lanam melle illitam, si perfri-centur, auctor est Marc. Emp. cap. XIII, pag. 97. HARD.

8. *Prodest.* Plin. Val. III, cap. 9. Serenus, cap. 8 de phrenesi, pag. 129 : « Illotis etiam lanis suffire memento, Cerritum, etc. » Cerritus dicitur, quasi Cereritus, Atticis, Δημητριακός, quasi Cereris ira et larvarum incursione animo vexatus. Hæc vox Horatio nota, Plauto maxime familiaris. At non phreneticis modo, sed et lethargicis (qui morbus phrenesi contrarius

est) prodesse suffitu lanam dam auctor est Cels. lib. III, c. qui hanc inter ea annumerat odore fœdo movent sic a HARD. — Hæc conveniunt medicamina ; pauci tamen et ticus incolumes evaderent, nisi amplius fieret. Simillime cens de viribus quas Noster lanæ tribuit. Plinii Valeriani aucto plus valet, si cum jam laudat CLERIC, item Mercuriale, librum putes a Nostri manlabente vero ætate aliquo auctum, et, quæ editorum nis astutia, emendatum a quo Valeriano, aut Valerio, si titulo potuit per scholas C. Plinii Secundi de re medica brevitatis studio ac nec vocatum Plinium Valerii, sed nium Valerianum. Nota tamen sum abuisse doctissimum GULI in Polonia archiatrum, cujus dissertatio inscripta, de auctore de re medica vulgo Plinio Valeriano adscripti libellus. Lipsiæ 1733. lum quemdam SIBURIUM : hic scripti operis reum agit.

9. *Sanguinem.* Geminum hendæ lanæ succidæ modum cet : primum ut in naribus

modo indita auribus obturatis spissius. Quin et¹⁰ hulceribus vetustis imponitur cum melle. Vulnera¹¹ ex vino, vel aceto, vel aqua frigida et oleo expressa sanat. Arietis vellera¹² lota frigida ex oleo madefacta, in muliebribus malis inflammationes vulvæ sedant. Et si procidant, suffitu reprimunt. Succida¹³ lana imposita subditaque mortuos partus evocat. Sistit etiam profluvia earum. At¹⁴ canis rabiosi morsibus inculcata post diem septimum solvitur. Reduvias¹⁵ sanat ex aqua frigida. Eadem¹⁶ nitro, sulphure, 4 oleo, aceto, pice liquida ferventibus tincta, quam calidis-

rum, ut in aure indatur. Sic etiam Q. Seren. cap. xxxv, pag. 148 : « Lana oleo madefit, sed nondum lota, rosato : Hæc datur in nares, vel claudit densius aures. » Explanatus porro Marc. Emp. cap. x, pag. 55 : « Lana succida conjicitur in nares cum oleo rosaceo : et auriculæ de lana succida obturantur, et ita sanguis profluens continetur. » Ita verbis fere totidem Plin. Val. lib. I, cap. 26. Frustra igitur contra consensum omnium exemplarium ex dubiæ fidei vetusto codice profert Dalecampius alteram lectionem, et *allio modico indito in auribus*. Allium in aure indere quid juvet ad sistendum sanguinem, conjicere haud proclive est. Utitur hac forma loquendi Plinius rursus inferius, cap. 11 : *Et alio modo lutea ovorum*, etc. H.

10. *Quin et hulceribus*. Plin. Valer. lib. III, cap. 22. HARD.

11. *Vulnera*. Plin. Val. lib. III, cap. 20, et Q. Seren. c. de *vulneribus quibuscumque*, etc. HARD.

12. *Arietis vellera*. Sext. Plat. c. vi, de ariete t. 2, *ad locorum dolorem* : « Lana ejusdem nigra intincta

in aqua, deinde in oleo, et supposita locis dolorem tollit. Et suffumigata, ante prolapsam vulvam reprimat. » HARD.

13. *Succida*. Q. Serenus, cap. xxxv, pag. 148 : « Menstruus immenso si profuit impete sanguis, Succida lana malos remoratur subdita cursus : Mortua quin etiam producit corpora partu. » HARD.

14. *At canis*. Plin. Val. lib. III, cap. 50. HARD.

15. *Reduvias*. Quas Græci, ut alibi diximus, *παρωνυχίας*, et Plinius ipse passim appellat. Theod. Prisc. lib. I, cap. 30 : « Paronychiæ in initiis lana ex aqua infusa imposita curantur, eaque frigidiore frequentius irriganda erunt. » HARD.

16. *Eadem*. Totidem verbis Marc. Emp. cap. xxv, pag. 171 ; Plin. Val. lib. II, c. 36, et Q. Seren. cap. xxvi, pag. 141 : « Quum sævit penitis hærens injuria lumbis, Aut pice cum molli nitrum, sulphurque et acetum Succida lana rapit contacta calentibus isdem : Proderit hanc ægris crebro perducere membra. » HARD.

sima imposita bis die, lumborum dolores sedat. Si nem sistit ex ariete succida, articulos¹⁷ extremi præligans¹⁸. Laudatissima omnis e collo: natione Galatica, Tarentina, Attica, Milesia. Succidam¹⁹ nunt et desquamatis, percussis, lividis, incussis, contritis, dejectis, capitis²⁰ et aliis doloribus, sto inflammationi, ex aceto et rosaceo. Ciniis ejus illinit tritis, vulneratis, ambustis²¹. Et in oculorum medicina additur²²: item in fistulas, auresque²³ suppuratas. Ad detonsam²⁴ eam, alii evulsam, decisis summis partibus cant, carpuntque, et in fictili²⁵ crudo componunt melle perfundunt, uruntque. Alii²⁶ assulis tedæ sub-

17. *Articulos*. Extremitates corporis, ut dictum est lib. XXVIII, cap. 17, perstringendo. Cels. lib. IV, cap. 4 de tussi: « Si ex faucibus interioribusque partibus sanguis processit... imponenda extrinsecus supra id quod dolet, lana succida ex aceto est, et id spongia subinde refrigerandum. Erasistratus horum crura quoque, et femora brachisque pluribus locis deligabat. Id Asclepiades adeo non prodesse, ut etiam inimicum esset, proposuit. Sed id sæpe commode respondere, experimenta testantur. Neque tamen pluribus locis deligari necesse est: sed sat est infra inguina et super talos, summosque humeros, etiam brachia. » HARD.

18. *Præligans*. Vinculis adstrictione valida dolorem excitantibus. DALEC.

19. *Succidam*. Hæc pariter Diosc. lib. II, cap. 182. HARD.

20. *Capitis*. Marc. Emp. lib. II, cap. 37, ad capitis dolores: « Lanam de ovicula inter femora velles, et combures, et in aceto

intingues, et supra temporis ligabis: lanam arietis velles, atque ex aceto froxnes. » Vide etiam Dioscor. cap. 82, ubi hæc verbis existant. HARD.

21. *Ambustis*. Ne absurdum cusa virum: nam potuit lana in cinerem e vestigiis quoddam colligi; neque igitur ambustis alcaliscentes materiam continuo applicari, qualis est et potassio aut ammoniaco tione. AR.

22. *Et in oculorum medicina additur*. Dioscorid. lib. II 83. HARD.

23. *Auresque*. Marc. Emp. lib. I, pag. 79. HARD.

24. *Ad hæc detonsam eam* dem verbis Diosc. lib. II, c.

25. *In fictili*. Non cocto, χύτρα. Diosc. l. c. HARD.

26. *Alii*. Diosc. l. c. 2) δαδίων ἰσχνὰς, καὶ ἐρετα ἰναλλε « Assulas tenues, et lanas intersternunt, etc. » Assu Astula, ut alibi diximus, p

et subinde interstratis, oleo aspersam accendunt, cineremque in²⁷ labellis aqua addita confricant manu, et considerare patiuntur, idque sæpius mutantes aquam, donec linguam astringat leniter, nec mordeat. Tunc cinerem reponunt²⁸. Vis ejus septica²⁹ est, efficacissimeque genas purgat³⁰.

X. Quin¹ ipsæ sordes pecudum, sudorque feminum, et alarum, adhærentes lanis (œsypum vocant) innumeros prope usus habent. In Atticis ovibus² genito palma. Fit pluribus modis: sed probatissimum³, lana⁴ ab his partibus recenti concerpta, aut, quibuscumque sordibus succidis primum collectis, ac lento igni in æneo⁵ subfervefactis, et refrigeratis, pinguique quod supernatet, collecto in fictili vase, iterumque decocta priori materia: quæ

ligni concisi minuta. Egimus de ea voce lib. XVI, cap. 23. HARD.

27. In labellis. In vasculis Diosc. ἐν κεραμίῳ κρατῆρι, in vase fictili: Labellum fictile novum impleto paleis, inquit Columella lib. XI, cap. 43, hoc est, vas fictile. H.

28. Reponunt. Recondunt. H.

29. Vis ejus septica. Pæni editorum infantium venas in capite lana succida inurunt, ut defluentem pituitam sistant. Pari consilio Æthiopes statim natorum frontem urunt, ut capitis et oclorum supervacuum humorem exsiccent. Alexander ab Alexandro, lib. II, cap. 25. DALEC.

30. Genas purgat. Palpebras. H.

X. 1. Quin. Hæc deinceps totidem verbis Diosc. lib. II, cap. 54: Οἰουπος δὲ λίγεται τὸ ἐκ τῶν εἰσπτηρῶν ἐρίων λίπος, ὃ κατασκευάζει σῦμα. « OEsypum dicitur e succidis lanis collecta pinguitudo, quam sic præparabis, etc. » HARD.

2. In Atticis ovibus. Quæ thymo pascuntur. DAL.

3. Sed probatissimum. Et hunc modum affert Diosc. l. c. Item auctor libri de simpl. med. ad Patern. tom. XIII Opp. Galeni, pag. 1005: « OEsypum, inquit, est quasi sordes et succus lanarum succidarum, quod hac ratione colligitur. Lanas succidas sordidissimas, et jam mox detonasas mittimus in vas quod habeat calidam aquam: et aquam succendimus, ut aliquantulum ferveat: deinde refrigeramus: et quod supernatet in modum pinguedinis, abradimus manu, et in vase stanneo absternimus: et sic ipsum vas aqua pluviali implemus, et rursus delimpidamus: et tunc œsypum reponimus. » HARD.

4. Lana. A feminibus et aliis. HARD.

5. In æneo. Subintellige, vase: neque enim hanc vocem probatæ fidei codices habent. HARD.

pinguitudo utraque frigida aqua lavatur, et in linteo⁶ sac-
catur⁷, ac sole terretur, donec candida fiat ac translucida.
² Tum in stannea pyxide conditur. Probatio⁸ autem, ut
sordium virus oleat, et manu fricante ex aqua non li-
quetur, sed albescat ut cerussa. Oculis⁹ utilissimum contra
inflammationes, genarumque callum¹⁰. Quidam¹¹ in testa
torrent, donec pinguitudinem amittat, utilius tale existi-
mantes erosis et duris genis¹², angulis scabiosis et lacry-
mantibus. Hulcera non oculorum modo sanat, sed¹³ oris
etiam et genitalium, cum anserino adipe. Medetur¹⁴ et
vulvæ inflammationibus, et sedis rhagadiis, et condylomatis
cum meliloto ac butyro. Reliquos usus ejus suo loco di-
³geremus. Sordes¹⁵ quoque caudarum concretæ in pilulas,

6. *Et in linteo.* Percolatur, per
colum transmittitur. — Libri om-
nes, tum editi, tum MSS. *siccatur*,
manifesto errore, cujus vel ipsa
ægypti concinnatio admonet: sed
et auctores græci pariter ac latini.
Nam Diosc. lib. II, cap. 84, pin-
gue illud quod supernatat, exco-
fiatum, elui aqua jubet, confricari,
ut candidius reddatur: Ἐνιαι δὲ
διηθήσαντες τὸ λίπος, κλύουσιν ἐν
ὕδατι ψυχρῷ ταῖς χερσὶν ἀνατρίβου-
τες... γίνεται δὲ ὁ τοιοῦτος λευκότερος.
Sic etiam Auct. libri de simpl.
med. ad Pat. tom. XIII Opp. Gall.
pag. 1003. HARD.

7. *Siccatur.* An *saccatur*? ut lib.
XX, cap. 19, id est, per colum
transmittitur. Dioscorides tamen
habet, in fictilem patellam conjici,
quæ aquam calidam habeat: linteo
vas operiri, insolari, donec can-
dida fiat et satis crassa. DAL.

8. *Probatio.* Totidem verbis
Diosc. lib. II, cap. 48. HARD.

9. *Oculis.* Diosc. l. c. HARD.

10. *Genarumque callum.* Cilio-

rum, τῶν βλεφάρων. DALC. — *Ge-
narumque.* Palpebrarum. Dioscor.
Ποιεῖ δὲ πρὸς βλεφαρα τετυλωμένα
καὶ τριχοφόρα. • Ad palpebras
callosas, et ciliorum defluvio labo-
rantes. • Marc. Emp. cap. VIII,
pag. 70. HARD.

11. *Quidam in testa torrent.* Diosc.
loc. c. ad verbum. HARD.

12. *Genis.* Palpebris, angulis
oculorum scabie laborantibus et la-
crymas guttatim effundentibus. EN.

13. *Sed oris.* Ita MSS. librique
publici. At si Dioscoridem audimus
qui hæc cæteroquin verbis totidem
repræsentat, *sed auris* potius scri-
bendum, sane fuerit. Sic enim ille
lib. II, cap. 84: Πρὸς τὰ ἐν ὠσὶ καὶ
ἐν αἰδείῳ σὺν χηναίῳ ζῖατι. HARD.

14. *Medetur.* Diosc. pariter loc.
cit. HARD.

15. *Sordes.* Q. Serenus, cap. xv
de dentium et oris vitiis, pag. 134:
• Si vero infandum proserpit ad
intima vulnus, Aut tu sume pilam,
quæ caudis hæret ovinis: Hæc sic-
cata dabit molles, et fracta, fari-

ac siccatae per se tusaeque in farinam et illitae dentibus mire prosunt, etiam labantibus : gingivisque, si carcinoma serpat. Jam vero pura vellera, aut per se imposita caecis doloribus¹⁶, aut accepto sulphure : et cinis eorum genitalium vitiis. Tantumque pollent, ut medicamentis quoque superponantur. Medentur ante omnia et pecori ipsi, si fastidio non pascatur. Cauda enim quam arctissime praeligata, evulsa illa lana statim vescuntur. Traduntque quod extra nodum sit e cauda praemori.

XI. (III.) Lanæ¹ habent et cum ovis societatem simul fronti impositae contra epiphoras. Non opus est eas in hoc usu radícula² esse curatas, neque aliud, quam candidum ex ovo infundi, ac pollinem thuris. Ova³ per se infuso candido oculis epiphoras cohibent, urentesque refrigerant. Quidam cum croco praeferrunt⁴, et pro aqua miscent collyriis. Infantibus vero contra lippitudines vix aliud reme-

nas : Hujus et attritis tetrum mulcebitur hulcus. • HARD.

16. *Caecis doloribus.* Internarum partium, vel quorum causa ignoratur. Idem Plinius cap. 13, quum *caecos aut subitos dolores* dixit, *caecos* interpretari subitos videtur. HARD.

XI. 1. *Lanæ.* Plin. Val. I, 14 : • Lana carminata cum albo ovi, et thuris polline, fronti applicatur, contra epiphoras oculorum. • H. — Hic de ovorum natura traditur multa incipit. Cuncta persequi immensum foret, nec satis utile : nam patet fabulis et somniis meris fere omnia appendenda. De ovorum natura si quis medicus nunc inquirat, non tam medicaminum ratio huic habetur quam hygiæna. Alimenta ergo ex ovis optima, ni crebrius quam par est, utare. Albumen facillime intra viscera concoquetur

pueris, feminis et infirmis stomachis maxime idoneum. Vitellus praestat tum sapore, tum quod facilius concoquitur. Piscium, testudinum ova in deliciis ; quanquam piscium quorundam ovis inesse virtus aiunt, non jure suo. AR.

2. *Radicula.* Τῶ ἐρρυδίῳ. Nam, ut Dioscorides ait, Τούτῳ ἐπιπλύται χρῶνται πρὸς κάθαρσιν τῶν ἐρίων. Quidam inepte legit, *rudicula*. DAL. — *Radicula.* Herba, quæ lavandis lanis succum habet. De ea ante egimus lib. XIX, cap. 18. HARD.

3. *Ova.* Diosc. II, 55, totidem verbis. Plin. Val. I, 14 : • Ovi album infusum oculis, epiphoras curat, et uredines mitigat. • Item Sext. Pl. parte II, cap. 9, de gallina, t. 1. HARD.

4. *Quidam cum croco praeferrunt.* Marc. Emp. cap. VIII, pag. 67. II.

dium est, butyro admixto recenti. Eadem cum oleo ignes sacros leniunt, betæ foliis superilligatis. Cæterorum in oculis et pili reclinantur Hammoniaco admixtoque. Et vari in facie cum pineis nucleis ac modico. Ipsa facies⁶ illita sole non aduritur. Amiculis aquis si statim ovo occupentur, pusulas non sentiant. Quidam admiscent farinam hordeaceam, et salis pulvis⁷ Hulceribus⁸ vero ex ambusto, cum candido ovorum stum hordeum, et suillo adipe, mire prodest. Eadem ratione ad sedis vitia utuntur: infantibus quidem, si quid ibi procidat. Ad pedum rimas ovorum candido ducunt cum cerussæ denariorum duum pondere, pari s⁹ argenti, myrrhæ exiguo, deinde vino. Ad⁹ ignem sacrum candido ovorum trito cum amylo. Aiunt et vulnera dido glutinari, calculosque pelli. Lutea¹⁰ ovorum ut indurescant, admixto croco modice, item mul¹¹ lacte mulieris illita, dolores oculorum mitigant. Vel¹¹ rosaceo et mulso lana oculis imposita, vel cum trit

5. *Eadem cum oleo trita*, etc. Sext. Plat. l. c. t. 3, *ad ignem sacrum*: «Ovo crudo linies corpus, ubi fervor fuerit, et desuper folium betæ impones: miraberis sanitatem.» Sic etiam Plin. Val. III, 34, ad verbum. HARD.

6. *Ipsa facies*. Diosc. II, 55: Τὸ δὲ λευκὸν αὐτοῦ... πρόσωπά τε ἀνεπίκουρα τηρεῖ. Seneca in eam sententiam apposite, ep. 123, pag. 515: «Omnium pædagogia oblita facie vehuntur, ne sol, aut frigus teneram cutem lædat: turpe est, neminem esse in comitatu puerorum, cujus sana facies medicamentum desideret.» HARD.

7. *Ambusta*. Quæ sunt aqua ferventi adusta. Totidem verbis Diosc. loc. cit. Κατακαύματα οὐκ ἐξ φλυ-

κταίνεσθαι παραχρῆμα ἐπι-
«Ambustus confestim illitusulas erumpere prohibet.» S Galen. de fac. simpl. med. pag. 309. HARD.

8. *Hulceribus*. Q. Sere LXI, de combusturis, pag. «Hordea vel franges atque dida junges: Adsit adeps mira est hæc forma medelæ

9. *Ad ignem sacrum*. Valer. non trito videtur, s legisse, vel terno. Nam III «Igni sacro medendo: C trium, inquit, candidum cur pari mensura imponitur.»

10. *Lutea*. Ita fere Diosc. cap. 54. HARD.

11. *Vel cum rosaceo et mulso*. Val. I, 14. HARD.

semine, ac polenta in mulso illita. Prodest et tussientibus per se luteum devoratum liquidum¹², ita ut dentibus non attingatur: thoracis¹³ destillationibus, faucium scabritiæ. Privatim¹⁴ contra hæmorrhoidum morsum illinitur, sorbeturque crudum. Prodest¹⁵ et renibus, vesicæ rosionibus⁴ exulcerationibusque, et cruenta exscreantibus. Quinque ovorum lutea in vini hemina cruda sorbentur dysentericis, cum cinere putaminis sui¹⁶, et papaveris succo, ac vino. Dantur¹⁷ celiacis cum uvæ passæ pinguis pari pondere, et malicorii, per triduum æquis portionibus. Et alio¹⁸ modo lutea ovorum trium, lardi veteris et mellis quadrantibus, vini veteris cyathis tribus, trita ad crassitudinem mellis, et quum opus sit, avellanæ nucis magnitudine ex aqua pota. Item ex oleo fricta terna, totis ovis pridie maceratis in aceto. Sic¹⁹ et lientericis. Sanguinem

12. *Prodest... luteum devoratum liquidum.* Videtur id esse quod vocatur *lait de poule*, nec injucundum, nec inutile, quamvis vulgatissimum remedium. Liquido tamen vitello addenda, ut emulsio animalis hinc fiat, aqua, tum saccharum. Forma quædam est istius remedii, quam *loch jaune* vocant, quæ oleis ditior est quam prior. *Ar.*

13. *Thoracis.* Πρὸς τραχυσμὸς τραχείας ἀρτηρίας, καὶ αἵματος ἀναγωγὰς, καὶ κατάρρους, καὶ θώρακος ρευματισμὸς ἀρμόζει. « Confert ad asperæ arteriæ scabritias, sanguinis rejectiones, destillationes, ac thoracis rheumatismos. » Diosc. II, 55. H.

14. *Privatim.* Diosc. l. c. *HARD.*

15. *Prodest.* Diosc. loc. cit. Πρὸς κώστως δηγμὸς, καὶ ἔλκωσιν νεφρῶν, etc. *HARD.*

16. *Cum jure putaminis sui.* Scribo, *cum cinere putaminis sui*, ex apographo nostro. *PINT.* — *Cum.*

In MSS. Reg. 1, *cum inira.* Reg. 2, et is quem Pintianus vidit, *sum cinere*, quod sincerum est. Nullus editis patrocinator, qui *cum jure præ se ferunt.* Et quod jus, amabo, ex ovorum putamine concinnari queat? qua pinguitudine? *H.*

17. *Dantur.* Simile medicamentum habet Marc. Emp. loc. cit. cap. xxvii, pag. 193. *HARD.*

18. *Et alio.* Totidem ferme verbis Marc. Emp. l. c. et Plin. Val. II, 26. *HARD.*

19. *Sic et lienicis.* In eod. *Sic et lieni cricis.* Scribo, *Sic et lientericis.* Est lienteria morbus lævitas intestinorum: de cujus duobus generibus et curatione, lege Paulum lib. III, et cæteros. *PINT.* — *Sic.* Διεντερία morbus est, quum intestina lævore fluunt: celerrima scilicet transmissio, ac tota simul ciborum egestio, quum tales excernuntur, quales ingestis sunt: λεία ἐντερα, intestinorum

autem rejicientibus cum tribus cyathis musti. Utuntur iisdem ad livenia, si vetustiora sint, cum bulbis ac melle. Sistunt²⁰ et menses mulierum cocta, et ex vino pota : et inflationes quoque vulvæ cruda cum oleo, aut vino illita.

5 Utilia²¹ sunt et cervicis doloribus cum anserino adipe et rosaceo. Sedis²² etiam vitii indurata igni, ut calore quoque prosint. Et condylomatis cum rosaceo. Item²³ ambustis durata in aqua, mox in pruna putaminibus exustis : tum lutea ex rosaceo illinuntur. Fiunt²⁴ et tota lutea, quæ vocant sitista²⁵, quum triduo incubita tolluntur. Stomachum

lævor, seu lævitas. Cels. IV, 16 : « Ex torminibus interdum intestinorum lævitas oritur, quæ continere nihil possunt, et quidquid assumptum est, imperfectum protinus reddunt, etc. » — Sic restitimus ex indubitata conjectura, non uno argumento nixa. Nam neque *lienicis*, quod libri hactenus editi præferunt, vox est nota Plinio, qui *lienosos* semper aut *splenicos* vocat : neque *liensis* prodesse hoc medicamentum potest, quod nunc affertur : *lientericæ* quod genus aliquod *dysentericæ* est, mire prodest. Theod. certe Prisc. II, parte 2, cap. 18, cui titulus est, *de dysentericis, vel neutericis* (ubi *lientericis* legi oportere perspicuum est, quum de *lienterico* eo capite sermo sit, ac nominatim id appelletur) *ova his in aceto cocta sorbilis convenire* plane asseverat. Quamohrem ob affinitatem morbi, hoc loco *cæliacis dysentericisque*, de quibus proxime antea sermo fuit, *lienterici* commode subnectuntur. Denique in Reg. cod. 1, *Sic et in lienterici*. In Reg. 2, et Colb. 3, *Sic et lientericis*, diserte scribitur, ex quo *lientericis* fingi oportere, facilis conjectura

est. Nec minus felix in emendandis Notis, quæ falso Tironi ac Senecæ adscribuntur apud Gruter. pag. 180 : « *Sinteria. Sinteriacus. Dissenteria. Dissenteriacus.* » Lege : « *Lienteria. Lientericus. Dysenteria. Dysenteriacus.* » HARD.

20. *Sistunt.* Sext. Plat. parte II, cap. 9 de gallina, tit. *ad profusivum mulieris* : « Gallinæ ovum totum comburas et conteras, et in vino mixtum illinies : restringit. » HARD.

21. *Utilia.* Plin. Val. I, 54. H.

22. *Sedis.* Sic etiam Diosc. II, 54. HARD.

23. *Item ambustis.* Plin. Val. III, 36 : *Ambustis sanandis* : « Ova in aqua decoquantur : deinde in pruna torreantur, donec putamina eorum comburantur : tum linteæ (scribo *lutea*) eorum ex rosaceo illinantur. » HARD.

24. *Fiunt et tota lutea quæ vocant schista.* Hermolaus *schista* emendavit, quum antea *sicista* legeretur. Ego video posse non minus recte legi *synchyta*, hoc est, *confusa*, propter commisionem, lutei cum albo et tetro. PINT.

25. *Quæ vocant sitista.* ΣΙΤΙΣΤΑ,

dissolutum confirmant pulli ovorum²⁶ cum gallæ dimidio, ita ne ante duas horas alius cibus sumatur. Dant et dysentericis pullos in ipso ovo decoctos, admixta vini austeri hemina, et pari modo olei polentæque. Membrana putaminis detracta sive crudo, sive cocto, labiorum fissuris medetur. Putaminis²⁷ cinis in vino potus, sanguinis eruptionibus. Comburi sine membrana oportet: sic²⁸ fit et dentifricium. Idem²⁹ cinis et mulierum menses cum myrrha illitus sistit. Firmitas putaminum tanta est, ut recta, nec vi, nec pondere ullo frangantur, nec nisi paululum inflexa rotunditate. Tota³⁰ ova adjuvant partum, cum ruta, et anetho, et cumino pota e vino. Scabiem³¹ corporum ac pruritus oleo et cedria mixtis tollunt. Hulcera quoque humida in capite, cyclamino admixta. Ad puris³² et sanguinis exscreationes ovum crudum cum porri sectivi succo, parique mensura mellis Græci calefactum

altilia Græcis sonant, sive saginata, ut *αυτρά*. Ita porro Reg. 1 cod. In Reg. 2, et vetustis editionibus *sicista*, quæ vox nauci non est. Herinolaus *schista* rescripserat: quo auctore, obscurum. HARD.

26. *Pulli ovorum*. Ova suo pullo plena, resiccata, et in pulverem trita. DALEC. — *Pulli*. Pulli ovis suis inclusi. HARD.

27. *Putaminis*. Sic auctor libri, qui Kiranidum Kirani inscribitur. HARD.

28. *Sic*. Q. Serenus, cujus verba retulimus lib. sup. cap. 49.

29. *Idem cinis et mulierum menses cum myrrha illitus sistit*. In vetere exemplari, « Idem cinis ciet mulierum menses cum myrrha, etc. » PINT.

30. *Tota*. Q. Serenus de conceptione et partu: « Ova etiam ruta et fragili miscentur anetho, Quæ

diluta simul vino atque exhausta medentur. » Nec plane displicet *tosta ova* legi, ut in Ch. codice. At Reg. uterque *tota*. HARD.

31. *Scabiem*. Addit et Marc. Emp. cap. iv, pag. 40, sed imprudenter scilicet: verbis illis *e vino*, quæ clausula est superioris sententiæ, in hanc transductis. « Ex vino, inquit, et oleo, et cedria, pruritus scabiemque capitis tolli manifestum est, si ungetur assidue. » HARD.

32. *Ad puris*, etc. Plin. Val. I, 64: « Si ex alto præcipitati sunt... cruenta exscreantibus, quinque ovorum mediola cruda in vini hemina propinquantur: si et purulenta sint quæ expuuntur, eodem tempore ovum crudum cum pari mensura succi porri sectivi sorbetur. Itemque Græci mellis calefactum hauritur. » HARD.

hauritur. Dantur³³ et tussientibus cocta et trita cum
 7 et cruda cum passo oleique pari modo. Infunduntur
 virilitatis³⁵ vitiis singula, cum ternis passi cyathis,
 lique semuncia a balineis. Adversus ictus serpentium
 tritaque adjecto nasturtio illinuntur³⁶. Cibo quot
 juvent notum est, quum transmeent faucium tumc
 calfactuque obiter foveant. Nullus est alius cibus, c
 ægritudine alat, neque oneret, simulque vim potus a
 habeat. Maceratorum³⁷ in aceto molliri diximus put:
 Talibus³⁸ cum farina in panem subactis cœliaci recre:
 Quidam³⁹ ita resoluta in patinis torreri utilius putant
 genere non alvos tantum, sed et menses feminarum si:
 aut si major sit impetus, cruda cum farina ex aqua
 8 riuntur. Et⁴⁰ per se lutea ex iis decocta in aceto⁴¹,

33. *Dantur.* Ad verbum Plin. Val. I, 58. Q. Serenus, cap. XVIII de tussi medenda: « Ovum molle teres domitum ferventibus undis, etc. » Cels. IV, 4, dat tussientibus « ovum sordibile sulphure adjecto potui primum aquam calidam, deinde invicem aliis diebus hanc, aliis vinum. » HARD.

34. *Infunduntur.* Et imponi in ani vitiis Galenus jubet Εύπορ. I, 14, t. X. HARD.

35. *Virilitatis.* Pudendorum. H.

36. *Adversus ictus serpentium.....* illinuntur. Si morsus innoxius, hoc eat, qui læsa cute carnes tantum lacinaverit, non ridiculum illini; sed ridiculum in primis, si venenato dente anguis polleat. Neoterici medelam invenerunt in volatili alcali, hodie ammoniac. Vid. *Comm. Acad. Reg. Scient.* 1717. Quam tamen minus approbat FONTANA, *Ricerche fisiche sul veleno della vipera*, Lucc. 1769, in-8, et localia commendat. Ovorum aliqua est utilitas

in venenorum curatione, q
stringentia nuncupant. AR.

37. *Maceratorum.* Lib. X
 80. HARD.

38. *Talibus.* Q. Serenus XXVII: « Cœliacos autem re pane salubri, Quem madid efficies, ac mollibus ovis: C testa fero prius emollescat. Sic et Marc. Emp. cap. XXVI 195; et Plin. Val. II, 33: pridie, inquit, in aceto rantur: ex his et farina e panis cœliacis fit. » HARD.

39. *Quidam.* Q. Serenus xxx, de solutione ventris scenda, pag. 145: « Sin aut go decurrent intima fluxu, dus ex vino cortex potabitur Marc. Emp. similiter ad v cap. XXVII, pag. 193, Val. II, 33. HARD.

40. *Et per se lutea.* T verbis Marc. Emp. l. c. HA

41. *Lutea ex iis decocta.* Res vera: nam aceto solvitur

indurescant : iterumque⁴² cum trito pipere torrentur ad cohibendas alvos. Fit⁴³ et dysentericis remedium singulare, ovo effuso in fictili novo, ejusdemque ovi mensura, ut paria sint omnia, melle, mox aceto, item oleo, confusis crebroque permixtis. Quo fuerint ea excellentiora, hoc præsentius remedium erit. Alii eadem mensura pro oleo et aceto resinam adjiciunt rubentem, vinumque : et alio modo temperant, olei tantum mensura pari, pineique corticis duabus sexagesimis denariorum, una ejus quod⁴⁴ rhum diximus, mellis obolis quinque simul decoctis, ita ut cibus alius post quatuor horas sumatur. Torminibus quoque multi medentur, ova bina cum⁴⁵ allii spicis quatuor una terendo, vini que hemina calefaciendo, atque ita potui dando. Et ne quid desit ovorum gratiæ, candidum ex his admixtum calci vivæ glutinat vitri fragmenta⁴⁶. Vis vero

nas e calce; unde flexilem pelli-
culam manere jam patet. *Aj.*

42. *Iterumque.* Marc. Emp. l. c.

43. *Fit.* Plin. Val. ad verbum,
II, 22, et Marc. Emp. XXVII,
x 91. *HARD.*

44. *Quod rhum diximus.* Lib.
XXIV, cap. 54. *HARD.*

45. *Cum allii spicis quatuor una
terendo.* In libris hactenus editis,
cum aliis piscis, perinde quasi cum
piscium ovis gallinæ ova permi-
scenda censuerit. Sincera lectio
quibusdam ante nos ex conjectura
suboluit : quibus tamen conjectu-
ram stabilirent, argumenta deerant.
Suppeditat ea nobis auctor haud
pœnitendus, qui e Plinianis flori-
bus maximam vim in suos hortos
transtulit, Marc. Emp. cap. xxvii,
pag. 192 : « Cauliculos ex aceto
coctos, inquit, allii spicas quatuor
purgatas, ova incocta duo simul

contere, adjice vini veteris hemi-
nam, et fervefactum medicamen
dysenterico da bibendum. » Et pag.
195 : « Dysenterico et torminoso,
et qui jam corruptum sanguinem
egerit, saluberrimum medicamen-
tum est tale. Allii spicæ quatuor,
et ova duo incocta in unum terun-
tur : hisque additur vini veteris
sextarius, et coquitur ad tertias,
etc. » *HARD.*

46. *Candidum ex his admixtum
calci vivæ glutinat vitri fragmenta.*
Vere; item murrhinorum nostro-
rum, modo hoc placeat signari no-
mine vasa vulgo dicta *porcelaines*.
Quotidie glutinum venale fertur
ad hæc resarcienda, quod e calce et
albumine constat. Videtur quoque
ex eodem albumine præcipue con-
stitisse cæmentum, quo Veterum
monumenta non pauca tamdiu
mansere. *Aj.*

tanta est, ut lignum perfusum ovo non ardeat, vestis quidem contacta aduratur⁴⁷. De gallinarum ovis tantum locuti sumus, quum et reliquarum restent magnæ utilitates, sicut suis locis dicemus.

- 1 XII. Præterea est ovorum genus in magna Gallia fama, omissum Græcis. Angues¹ innumeri æstate coluti, salivis faucium corporumque spumis artificio plexu glomerantur, anguinum² appellatur. Druidæ³ id dicunt in sublime jactari, sagoque⁴ oportere interne tellurem attingat. Profugere raptorem equo: serpenim insequi, donec arceantur amnis alicujus inter Experimentum ejus esse, si contra aquas fluitet⁵ ve
2 vinctum. Atque, ut est Magorum solertia occultandibus sagax, certa Luna capiendum censent, tancongruere⁶ operationem eam serpentium⁷, humani bitrii. Vidi equidem id ovum mali orbiculati modignitudine, crusta⁸ cartilaginis, velut acetabulis brorum polypi crebris, insigne Druidis. Ad victorias l

47. *Vis vero tanta est, ut. . . aduratur.* Quadamtenus se res habet, ut Nostro placet: notabiliore tamen phænomeno, si alumen illitum vesti. A. J.

XII. 1. *Angues.* Scimus hodieque serpentes generis diversi ac prope innumeras, in locum unum convolare, ab idibus Julii ad idus Augustas, in Delphinatu Sabaudicæque confinio, ad montem *la Rochette*: spumaque locum opplere, quæ horrorem incutiat spectantibus. V. Nic. CHORIER, hist. Delph. II, 91. HARD.

2. *Anguinum.* Anguinum id ovum appellatur. HARD.

3. *Druidæ.* Serpentium ore ac sibilo. HARD.

4. *Sagoque.* Sagum, Non vestimentum est militare. Pl. apud Voss. in Etymol. HA.

5. *Contra aquas fluitet.* labenti amni cedat, sed fluitet, etiam auro vinctum hæc ovi probatio est. HARD.

6. *Tanquam congruere nem.* Tanquam continget serpentium salivationem, partum, certo tempore sit arbitrii. HARD.

7. *Operationem eam serpenim.* etc. Ovi partum, anguinum tionem. DAL.

8. *Crusta.* Putamine cneo, habens veluti cavita bras, quales sunt in polyporum. HARD.

ac regum aditus, mire laudatur : tantæ vanitatis, ut habentem id in lite in sinu equitem⁹ romanum e Vocontis, a Divo Claudio principe interemptum non ob aliud sciam. Hic tamen complexus anguium et efferatorum concordia, causa videtur esse, quare exteræ gentes caduceum¹⁰ in pacis argumentis circumdata effigie anguium fecerint. Neque¹¹ enim cristatos esse in caduceo¹² mos est.

XIII. De anserum ovis magnæ utilitatis, ipsoque anserere dicturi hoc in volumine, debemus honorem et Commagenorum clarissimæ rei. Fit¹ ex adipe anserum : alioqui celeberrimi usus est : ad hoc in Commagene Syriæ parte cum cinnamo, casia, pipere albo, herba quæ Commagene vocatur², obrutis nive vasis, odore jucundo, utilissimum ad perfrictiones, convulsiones, cæcos aut subitos dolores, omniaque quæ acopis curantur : unguentumque pariter, ac medicamentum est. Fit et in Syria alio modo, adipe avium curato³, ut diximus, additis erysisceptro, xylobal-

9. *Equitem rom. e Vocontis*, etc. Vocontii Galliæ civitas est : et ovorum genus, de quo loquitur, Gallis peculiare. GELEN.

10. *Caduceum*. Τὸ κηρύκειον, τὴν κηρυκίην ῥάβδον. Multa de caduceo Rhodig. lib. XXI, cap. 16; multa Macrob. in Saturnal. Serpentes eos hinos in summa caducei parte spiris circumplexos fuisse, tanquam adversa sibila efflantes, ὅμοις καταγλωττίζοντας, καὶ ἑμπιπλεγμένους, Græci narrant, τῶν σπονδοφόρων, ἑλεφάντων, εἰρηνοδόκων, fecialium insigne, ac legatorum, qui de pace faciendâ, contrahendo fœdere, paciscendis induciis mittebantur. Hadr. Jun. lib. V, cap. 20. DAL. — *Caduceum*. Caduceus, fecialium insigne, qui ad contrahendum fœdus mittebantur. Virga fuit, cujus

in summa parte angues spiris circumplexi, tanquam adversa sibila efflantes. HARD.

11. *Neque*, etc. Si cristati forent, bellum indicare viderentur, non pacem. HARD.

12. *Cristatos esse in caduceo*. Cristati quidam angues sunt. Crista galearum et cassidum ornamentum et insigne est. Si ergo caducei angues cristati forent, magis bellum indicarent, quam pacem. DAL.

XIII. 1. *Fit*. Fit illud medicamentum, quod Commagenum appellatur, ex adipe anserino, etc. II.

2. *Commagene vocatur*. Syriacum nardum esse putant : alii Comacum Theophrasti. DALEC. — *Quæ Commagene*. Forte, nardo Syriaca. H.

3. *Curato*. Modum curandi adipis edocuit lib. XXVIII, cap. 38.

samo, phœnice elate, item calamo, singulorum pondere, qui sit adipis, cum vino bis aut ter subfervefactum⁴. Fit autem hieme, quoniam æstate non glaciatur: nisi accepta cera⁵. Multa præterea remedia sunt ex ansere (quod miror), æque⁶ quam in corvis. Namque anser⁷ corvusque ab æstate in autumnum morbo conflictari dicuntur.

XIV. De anserum honore¹, quem meruere Gallorum in Capitolium ascensu deprehenso, diximus. Eadem² de causa supplicia³ annua canes pendunt inter ædem Juventatis⁴ et Summani, vivi in furca sambucea⁵ arbore fixi. Sed plura de hoc animali dici cogunt priscorum mores. Catulos⁶ lactentes adeo puros existimabant ad

4. *Subfervefactum*. Subintellige, medicamentum. HARD.

5. *Cera*. Quæ odoris suavitatem minuit. DAL.

6. *Æque quam in corvis*. Alii in capris. Quum sequatur statim *corvusque*, pro indubitato habemus *corvis* unice veram lectionem esse. ED.—Id miratur Plinius, quod ex animalibus morbo obnoxiiis tanta sit remediorum copia, ansere videlicet et capra (leg. *corvo*.) GELLEN.

7. *Namque anser*. De corvo id ante delibatum, lib. X, cap. 15. Vide quæ ibi diximus in Notis. H.

XIV. 1. *De anserum honore*. Lib. X, cap. 26. HARD.

2. *Eadem*. Ob Capitolium negligentius custoditum, ac pæne silentio proditum, nisi vociferatus anser fuisset. HARD.

3. *Supplicia annua canes pendunt*. Augusto mense Romæ πανήγυρις canum fieri solitam Græci scriptores memorant, urbis olim a Gallis captæ monumentum, in eaque ἀνυλάκτους canes verberibus cæsos, anseribus clare vociferantibus.

Rhod. lib. XVII, cap. 29. DALÆC.

4. *Juventatis*. Sic enim MSS. omnes, non *Juventutis*. Sic etiam Cicero locutus non semel. Nizolium vide. Et in Nummis M. Aurelii Cæsaris apud Tristanum, Deo ipsius effigies cernitur, cum Epigraphe ea *IVVENTAS*. Hujus ædis mentio apud Livium: situs prope Capitolium ipsum. P. Victor, in descriptione urbis Romæ, Regione VIII: • *Ædicula Juventæ*. Porta Carmentalis... Templum Carmentæ. Capitolium, ubi omnium Deorum simulacra, etc. • De Deo Summano, sive Deo summo manium, diximus II, 53. HARD.

5. *Vivi in furca sambucea*. Ex hoc loco Claudius Puteanus apud Ciceronem pro Roscio Amerino legendum putat, pro, crura suffringerent, cruci suffigerent. DALÆC.

6. *Catulos lactentes adeo puros existimabant ad cibum, ut etiam placandis numinibus hostiarum vice uterentur his*. Genito mane catulo, res divina fit et in carnis Deum etiam ponitur catulina. Pro genito mane

cibum⁷, ut etiam placandis numinibus hostiarum vice uterentur his⁸. Genitæ⁹ Manæ catulo res divina fit, et

catulo legend. *Genitæ Manæ catulo res divina fit*. Vide Bouchart. 692. **DALC.** — *Catulos*. Festus: « Catulinam carnem esitavisse, hoc est, comedisse Romanos Plautus in Saturatione refert. » Græcos quoque id fecisse scimus ex Ananio poeta, cujus verba recitat Athenæus, lib. VII, pag. 282. Apud alias gentes et hunc morem fuisse docet Galen. de Alim. fac. lib. III, c. 2. Est sane nunc quoque apud Canadenses. Quin et in ægrotantium cibo, perinde atque aviculæ, ab Hippocrate catulina caro commendatur, de Morbis, lib. II, text. 40, pag. 66: Ἐπιτα σκύλακα ἢ ἐρνίθειον κάθειρον ποιήσας τοῦ ζωμεῦ ῥορεῖτω, καὶ τῶν κρεῶν φαγέτω ὀλίγα. « Deinde catulum aut aviculum coquat, et jus sorbeat, et de carnibus paulum edat. » Et libro pariter, περὶ τῶν παθῶν, text. 41, pag. 186, ac libro denique περὶ τῶν ἐντῶν παθῶν, text. 26, pag. 229, κρέα σκύλακος ἐφά. **HARD.**

7. *Ad cibum*. De esu caninæ et catulinæ carnis Hippocr. lib. II, περὶ διαίτης. Idem lib. περὶ τῶν ἐντῶν παθῶν lienosis præscribit: ὀψόνιον δ' ἐχέτω κρέας κυνὸς μείζονος. **DALC.** — In America septemtrionali, Canadenses canem edunt libentissime. Item teste DELISLE, *Voyage en Sibirie*, Czeremissarum gens tota. **AJ.**

8. *Hostiarum vice uterentur iis*. Lupercalibus canes infesti lupis immolabantur. Pro pecore et frugibus per Rubigalis, ut averteretur rubigo, lactens catulus, cujus exta

thure et myrrha conspergebantur. Immolabantur et rufæ canes secundum Catulariam portam, ad placandum Caniculæ sidus frugibus inimicum. Qua de re vid. *Festus* in voce Catularia. Canarium hoc sacrificium dicebatur, quod περισκυλακισμὸν Plutarchus vocat in Romulo. Fiebat et caue Gynæciæ Deæ, quam Bonam Deam etiam vocabant, quum domi puer nasceretur; referente Alex. ab Alex. lib. III, cap. 12. Legimus quoque apud Pausaniam in Laconicis, ephobos Lacedæmonios Enyalio Marti canis catulum mactasse: Colophonios vero Enodiæ Deæ sive Compitaliæ, sed eum nigrum. **DAL.** — De his sacrificiis conf. ad Rosini Ant. Rom. lib. IV, cap. 6, pag. 254; et cap. 12 extr. pag. 286. **ED.** — *Hostiarum*. Vide quæ diximus sup. ad lib. XVIII. Et Pausaniam vide in Lacon. sive lib. III, pag. 187 sq. **HARD.**

9. *Genitæ*. Sic Dea appellabatur, quæ menstruis feminarum præerat: huic catulus immolabatur. — Prius legebatur, *Genito mane catulo*, contra codicum MSS. Reg. 1, 2, cæterorumque probatissimorum fidem, in quibus totidem plane apicibus ea lectio conspicua est, quam repræsentamus. Confirmat egregie emendationem Plutarch. de Quæst. Rom. pag. 277: Διὰ τί τῆ καλουμένη Γενεῖτη Μάνη κύνια θύουσι; « Cur ei quæ Genitæ Manæ vocatur, canem immolant? » Nempè ut Græci Lucinæ, sic *Genitæ Manæ* Romani canem immolabant, pro iis quæ domi

in cœnis¹⁰ Deum etiamnum ponitur catulina. Aditialibus quidem epulis¹¹ celebrem fuisse, Plauti¹² fabulæ indicio sunt. Sanguine¹³ canino contra toxica nihil præstantius putant. Vomitiones quoque hoc animal monstrasse homini videtur. Et alios usus ex eo mire laudatos referemus suis locis.

XV. Nunc ad statutum ordinem pergemus. Adversus serpentium ictus¹ efficacia habentur, fimum pecudis re-

nascerentur, ὑπὲρ τῶν οὐκ ἐγγυῶν, inquit Plutarch. l. c. et pag. 280. Hanc esse arbitror Maniam Deam Matrem Larium, cui olim pro familiarum sospitate pueri mactabantur, ut refert Macrobius, Saturn. lib. I, c. 7, pag. 221, eandemque Deam Menam ab Augustino appellatam, de Civit. Dei, IV, 11. Et qui puerorum natalibus præesse Dii credebantur, *Genitales Deos* prisca ætas vocavit. In nummo Crispinæ Augustæ apud Tristan. t. I, pag. 780, *GENITALIBVS. DIS.* HARD. — De τῇ *Genitæ* ambigitur. Nam Harduinus deæ id nomen tribuit, quæ menstruis præfuit. Nos cum ipso, *Elect.* lib. III, de illa accipimus quæ aut generationi, aut partui. AJ. — Rosinus, Ant. Rom. lib. II, cap. 19, pag. 193, *Menam* ex Augustino loc. cit. vocat: « Jovis, inquit, filia hæc *Luna* credita, quippe græce Μῆνη *Luna* dicitur. » *Menam* idem Augustinus privignam Junonis dixit. EN.

10. *Et in cœnis Deum.* In cœnis quæ in Deum honorem fiunt, præcipue Larium. De his accipiendus Horatius Sat. II, 6, v. 65, etsi interpretes alio detorquent: « O noctes cœnæque Deum, quibus ipse, incipe Ante Larem proprium

vescor, vernasque procaces. Pasco libatis dapibus. » HARD.

11. *Aditialibus quidem epulis.* Quum inaugurandi alicujus gratia, aut ob publicam lætitiæ convivium indicebant, epulum aut cœnam adjiciebant. Tacit. lib. II, 65: « Rhescuporis sanciendo, ut dictitabat, fœderi convivium adjicit, tractaque in multam noctem lætitiæ per epulas ac vinolentiam, etc. » Inde *adjiçialis cœna*, ut lib. X, cap. 20. DAL. — Vellem hoc Scaligero non venisset in mentem. Satis enim multos traxit etiam doctos viros. At sciant tirones *adjiçiales cœnas* esse nugas meras. *Adiçiales* dicendum, ut P. Faber, Gruterus, Lipsius monuere, ab aditu sacerdotii, vel adeundo sacerdotio. Veteres etiam *aditi aditi*, ut *senatus senati* dicebant. Et interpret optimus Suetonius in Claud. cap. IX, qui *aditiælem* interpretatur, quæ daretur pro introitu sacerdotii. Gronovius in Tacit. loc. cit. DALEC. — *Adiçialibus.* De hac voce egimus lib. X, cap. 23. HARD.

12. *Plauti.* Forte in Saturione, de qua Festus proxime appellatus.

13. *Sanguine.* Plin. Val. III, 53, ad verbum. HARD.

XV. 1. *Adversus serpentium ictus.*

cens in vino decoctum illitumque : mures² dissecti et impositi, quorum natura non est spernenda, præcipue in ascensu siderum, ut³ diximus, cum lumine lunæ fibrarum numero crescente atque decrescente. Tradunt Magi, jocinere muris dato porcis in fico, sequi dantem id animal. In homine quoque similiter valere, sed resolvi cyatho olei potest.

XVI. Mustelarum duo genera : alterum silvestre, distans magnitudine. Græci¹ vocant ictidas. Harum fel contra aspides dicitur efficax, cætero venenum². Hæc autem quæ in domibus nostris oberrat³, et catulos suos (ut auctor est Cicero⁴) quotidie transfert, mutatque⁵ sedem, serpentes⁶ persequitur. Ex ea inveterata sale denarii

Ad verbum Plin. Val. lib. III, cap. 57. HARD.

2. *Mures dissecti et impositi.* Plin. Val. l. c. et Dioscorid. lib. II, cap. 74. HARD.

3. *In ascensu siderum, ut diximus.* Cf. l. II, 41, et l. XI, 76. HARD.

XVI. 1. *Græci vocant ictidas.* Silvestres, nempe viverras : vulgo *surets*. DALEC. — *Græci vocant ictidas.* Vide quæ diximus lib. XI, cap. 109. HARD.

2. *Harum fel contra aspides dicitur efficax, cætero venenum.* Ejus remedium vide supra lib. XXVIII, cap. 10 ult. DALEC. — Item inferius, cap. 33. HARD.

3. *Hæc autem quæ in domibus nostris oberrat.* Domestica, quæ et vulgaris appellatur inferius, cap. 33. *Belette* Galli nuncupant. Γαλή Græcis : quam de cibo dimicare cum serpentibus murium venatricibus, ταῖς ὄφει ταῖς μυοθήραις scribit Aristot. Hist. Anim. lib. IX, cap. 9, p. 1026; propterea quod

VIII.

ipsa quoque eos venatur. Vide quæ diximus supra, lib. VIII, cap. 41. Eo Plautus allusit in Stichus, act. III, scen. 2, vers. 6 : « Auspicio hodie hercule optumo exivi foras : Mustela murem mihi abstulit præter pedes : Eam strenue obsonavit, spectatum hoc mihi est. » HARD.

4. *Et catulos suos, ut auctor est Cicero.* In Admirandis suis id Ciceronem scripsisse quidam putant, quorum mentio fit libro XXXI, cap. 2 et 4, hujus operis. DALEC.

5. *Transfert, mutatque sedem.* Pro Ciceronis loco, qui intercidit, nec in fragmentis nuper inventis exstat, Plauti locum subjicimus, in Stichus, l. c. vs. 43, ita scribentis : « Certum est mustelæ posthac numquam credere : Nam incertiore nullam novi bestiam. Quin ipsa decies in die mutat locum. » HARD.

6. *Serpentes persequitur.* Adde et

pondus⁷ in cyathis tribus datur⁸ percussis; aut ventriculus⁹ coriandro fartus inveteratusque et in vino potus. Et catulus mustelæ etiam efficacius¹⁰.

XVII. Quædam pudenda dictu tanta auctorum asseveratione commendantur, ut præterire fas non sit. Siquidem illa concordia rerum, aut repugnantia medicinæ gignuntur: veluti¹ cimum animalis fœdissimi, et dictu quoque fastidiendi natura, contra serpentium morsus, et præcipue aspidum² valere dicitur. Item contra venena omnia: argumento, quod dicant gallinas, quo³ die id

mures, unde fortassis nomen inditum. HARD.

7. *Ex ea inveterata sale denarii pondus*, etc. Plin. Val. III, 53: « Venenis prohibendis et expellendis: Mustela vulgaris inveterata drachmis binis potatur. » Sic etiam Diosc. II, 27: Γαλή κατοικίδιος περιφλεθῖσα, etc. « Mustela, quæ in domibus nostris oberrat, flammis ambusta, et exemptis interaneis sale inveterata, et in umbra siccata, binis drachmis in vino pota, contra serpentium genus omne præsentaneo remedio est. » HARD.

8. *In cyathis tribus datur percussis*. A bestiis venenatis, θηριοδότητοις. HARD.

9. *Ventriculus*. Totidem verbis Diosc. I. c. Ἡ δὲ κοιλία αὐτῆς κορίω πλησθεῖσα καὶ σκελεταυθεῖσα, θηριοδότητοις βοηθεῖ πινομένη. HARD.

10. *Et catulus mustelæ etiam efficacius*. Nicand. in Theriac. p. 48.

XVII. 1. *Veluti*. Cimex Gallis punaise; Græcis κόρις. Dioscor. II, 36: Κόρις οἱ ἀπὸ κλίνης, « cimices qui in cubilibus enascuntur. » HARD. — Ergo cimex lectularius indicatur, quod entomum ex hemi-

pteris, heteropteris, geocoryzis, ord. VII, sect. I, fam. 1 (Cuv. Règne animal), est. De cæteris cimicibus, quales ex. g. *C. marginatus*, *C. rugax*, *C. hyoscyami*, tacet, neque his dirus fætor, immo quibusdam satis gratus. Fœdum animal dicit, tum ob corporis maxime depressi planam omnino formam, et a tot insectorum elegantibus curvaturis recedentem (nam apud pictores convexa, aut quæ in convexitatem eunt, pulchritudine valent, ac linea illa recta et brevissima ad scopum via properans, est ingrata), tum et ob graveolentiam et morsus tenacitatem, quem quo cimex modo exerceat proboscide quadam exigua, luculenter DEGREZ extulit. Cæterum de ejusdem virtutibus cave ne credas, etiam nostratis POISSINET eximio alias adjutori GUETTARD, cui adversus hystericos, ut ait, vapores, utilis videtur, et si qua difficile parturiat, tum ut hirudo contumax, læsa cute, decidat, quod ipse infra Plinius. AJ.

2. *Et præcipue aspidum*. Diosc. loc. cit. HARD.

3. *Quo die id ederit*, etc. Id

ederint, non interfici ab aspidē; carnesque earum percussis plurimum prodesse. Ex his quæ tradunt, humanissimum est, illinire morsibus⁴ cum sanguine testudinis: item⁵ suffitu eorum abigere sanguisugas adhærentes, haustasque ab animalibus restinguere in potu datos⁶. Quamquam et oculos quidam iis inungunt tritis cum sale et lacte mulierum: auresque, cum melle et rosaceo admixtis. Eos, qui agrestes sint, et in malva nascantur⁷, crematos, cinere permixto rosaceo infundunt auribus. Cætera quæ de his tradunt, vomicæ⁸ et quartanarum remedia, aliorumque

animal, nempe camicem. HARD.

4. *Morsibus*. Aspidum scilicet. HARD.

5. *Item*. Hæc hactenus ita divulgata distractaque fuere, ut ab iis vocibus, *sanguisugas adhærentes*, novæ periodi sumeretur initium: ac præpostera interpunctione non sanguisugas adhærentes faucibus, sed aspidas, de quibus ante proxime sermo fuit, suffitu camicum abigi sensus foret. Errorem Marcellus Emp. retexit, cap. VI, pag. 121: « Ad eos, inquit, qui sanguisugas inscii devorant, camicum in carbonibus positorum fumus remedio est: si ore hianti, et faucibus apertis excipiat: ejici enim et expelli devoratas sanguisugas hac ratione certissimum est. » Certior quoque auctor Colum. lib. VI, cap. 18, pag. 228: « Remedia ad haustam hirudinem. . . potest etiam per fistulam deusti camicis nidorem immitti, qui ubi superponitur igni fumum emittit, et conceptum nidorem fistula usque ad hirudinem perfert, isque nidorem depellit hærentem, etc. » HARD.

6. *Haustrasque ab animalibus restinguere in potu datos*. Datis, non

datos, in archetypo nostro, frequenti apud hunc auctorem loquendi modo, ut alias notavimus. PINT. — Dioscorides, loc. cit. *Ἐν ὄνῳ δὲ ἡ ὄξι ποθέντες βδέλλαξ ἰξάγεται*. « Sanguisugas cum vino aut aceto poti camicem pellunt. » Sic etiam Galen. de fac. simpl. med. XI, pag. 313. HARD.

7. *Agrestes... nascantur*. Non in malva tantum agrestes nascuntur. Nam norunt *Lygæum pyri*, *C. juniperinum*, *Lygæum hyoscyami*, *C. brassicæ*, etc. Quæ nomina mores, sedem et cibum indicant per se. Quæ in malva hic dicitur nasci videtur esse *Lygæus pratensis* Fab. et Latr. A.

8. *Vomicæ et quartanarum remedia*. Vet. cod. *vomitionum*, non *vomicæ*. PINT. — *Vomicæ*. Sic libri editi, cum Colb. 3 cod. In Reg. 1, *vomine*. Reg. 2, et is quem Pint. vidit, *vomitionum*, quod perinde est. Marc. Emp. cap. XVII, pag. 125: « In ovo sorbili camicem unum contritum jejunos ignorans qui sorbeat, desinet vomere: hoc sane expertum est. » HARD. — Male POINSINET *vomitionum*, ea nempe de causa quod vomicæ nil adversetur cimex hau-

morborum, quanquam ovo, aut cera, aut faba inclusos censeant devorandos, falsa, nec referenda arbitror. Lethargi⁹ tamen medicinæ cum argumento adhibent, quoniam¹⁰ vincatur aspidum somnifica¹¹ vis, septenos in cyatho aquæ dantes, puerilibus annis quaternos. Et in¹² stranguria fistulæ¹³ imposuere. Adeo nihil parens illa rerum omnium sine ingentibus causis genuit. Quin et adalligatos lævo brachio binos lana subrepta pastoribus, resistere nocturnis febribus prodiderunt, diurnis in¹⁴ roseo

stus. Euge quidem. Sed nec vomitioni. Melius, si huic scripturæ favere decretum fuit, Empirici locum ab Harduino allatum excitasset, excrispisset. Nec tacendum quo errore Harduinus unum et idem dixerit *vomicam* et *vomitionem* (adi ed. Hard. vulg. nam idem forte non intelligit de *vomine*, quod lätinitas nescit, et *vomit*.) *Vomicam* enim fere omnes sciunt esse purulentum tumorem quo nunc pulmones laborant, nunc jecur, interdum pleura. Hac BAYLE consumptus periiit. *As*. — Diosc. loc. cit. Κόρις εἰ ἀπὸ κίλης, ἐντιθέμενοι βρώμασι μετὰ κυάμων τὸν ἀριθμὸν ζ', καὶ καταπινόμενοι πρὸ τῆς ἐπισημασίας, ὠφελῶσι τοὺς τεταρταίζοντας. « Cimices qui in cubilibus enascuntur, numero septeni cum fabis in cibos additi, et ante accessiones devorati, quartana laborantibus auxilio sunt. » HARD.

9. *Lethargi*. Q. Serenus, cap. LVII, de lethargia expellenda, pag. 160: « Quidam dira jubent: septeno cimice trito Ut vitientur aquæ, cyathusque bibatur earum: Hæc potiora putant, quam dulci morte perire. » Plin. Valer. III, 7, *Lethargicis*: « Cimices septem triti in

aquæ cyatho uno dantur, si vir sit: si puer, eodem modo aquæ, cimices quatuor. » HARD.

10. *Quoniam*. Quoniam pellit soporem, quem aspidum morsus solet afferre. HARD.

11. *Somnifica*. Demorsos ab aspidæ premi urgerique somno, scribit etiam Diosc. in Ther. 17. HARD.

12. *Et in*. Sic recte cod. Reg. 2, et Ch. non, ut editi hactenus libri, et *stranguriæ fistulæque*. Marc. Emp. cap. xxvi, pag. 183: « Cimex foraminibus veretrorum confricatus, dolores vesicæ protinus tollit. » Diosc. II, 36: Δυσουρίαν τε παύουσιν ἐντιθέμενοι τῷ εὐρητικῷ πόρῳ λαῖοι. « Triti vero et urinaris fistulæ impositi, urinæ difficultati medentur. » H. — Immo et intus injecere vivas (DALE, Pharmacolog.): optimum quidem irritamenti genus, ut dysurix et δυσουρῶντος doloribus non gravitatis parum insuper accedat. Sanari homines, invito medico, quoties dicendum fuit! *As*.

13. *Fistulæ imposuere*. Veretri canali. HARD.

14. *In roseo*, etc. Ita Reg. 2 et Ch. non *rosaceo*, ut editi. Sic etiam Palladius I, tit. 35, *roseum* vocat. HARD.

panno. Rursus¹⁵ iis adversatur scolopendra, suffituque enecat.

XVIII. Aspides¹ percussos torpore et somno necant, omnium serpentium minime sanabiles. Sed et venenum earum si sanguinem attingit, aut recens vulnus, statim interimit: inveteratum hucus, tardius. De cætero potum quantalibet copia, non nocet. Non est enim tabifica vis: itaque occisa morsu earum animalia, cibis innoxia sunt. Cunctarer in proferendo ex his remedio, nisi M. Varro nem scirem LXXXVIII² vitæ anno prodidisse, aspidum ictus efficacissime sanari, hausta a percussis³ ipsorum urina.

XIX. Basilisci¹, quem etiam serpentes² ipsæ fugiunt, alias olfactu necantem³, qui hominem vel si adspiciat tantum, dicitur interimere, sanguinem Magi miris laudibus cele-

15. *Rursus iis adversatur scolopendra.* Cimicibus. HARD.

XVIII. 1. *Aspides.* Nicandr. ad verbum in Ther. pag. 12, et Diosc. pariter in Ther. 17. H. — Quam nunc feram aspidem vocamus, vel colubrum aspidem Linn. ΔΑΥΒΕΝΤΟΝ asseruit minime noxiam, Linnæo et nostrati ΛΑΓΕΡΕΔΕ contrarius. Sed cuicumque in his sententiæ accedendum est, certe nulla est aspidum nostrarum et Ægyptiarum similitudo, quas e not. lib. scis esse colubrum *Haja*. Quod mox ait de innoxio veneni potu certum est, et de omnium ophidiorum venenis dicendum. Unde Psyllos ne miretis. Immo in id contende ut jam omnes sciant quam nihil viperinum virus in intestinali tubo officiat, quod si in arterias aut venas penetraverit, periculum maximum est; nec jam timide ad exsugendum id accedat, quod præstantissi-

mum omnino remedium est, modo non serius ebibas. AZ.

2. *LXXXVIII vitæ anno.* Sic Gron. Hard. et alii ante Broter. qui edidit LXXXIII.

3. *A percussis ipsorum urinas.* Immo potius a morsis, mordet enim aspis, non ictu percutit. DALÉC. — *A percussis.* Hoc est, a demorsis. Si morsi ab aspide suam ipsorum urinam ebibant. Diosc. II, 9: Ούρον ανθρώπου τὸ ἴδιον ποδὶν πρὸς ἔχιδνης δῆγματα ἀρροῦσι. • Humanam urinam suam cuique bibere prodest contra viperæ morsus. • H.

XIX. 1. *Basilisci.* De eo egimus VIII, 33. HARD.

2. *Serpentes ipsi fugiunt.* Sibilo ejus territi, lib. XXVIII, cap. 12. DALÉC.

3. *Olfactu necantem.* Halitu et afflatu, quo necat frutices, exurit herbas, rumpit saxa, lib. VIII, cap. 31. DAL.

brant, coeuntem picis⁴ modo et colore, dilutum cinclariorem fieri. Tribuunt ei et successus petitionum testatibus, et a Diis etiam precum, morborumque dia, veneficiorum amuleta. Quidam id Saturni nem appellant.

XX. Draco non habet¹ venena. Caput ejus linuarum subditum, propitiatis adoratione Diis, fitam domum facere promittitur. Oculis ejus inventet et cum melle tritis inunctos non pavescere ad nonimagines, etiam pavidos. Cordis pingue in pelle donervis cervinis adalligatum in lacerto, conferre judivictoriae. Primum² spondylum aditus potestatum mDentes³ ejus illigatos pellibus caprearum cervinismites præstare dominos, potestatesque exorabile super omnia est compositio, qua invictos faciuogorum mendacia: cauda draconis et capite, pilis e fronte, et medulla ejusdem, equi victoris spuna unguibus adalligatis cervino⁴ corio, nervisque cæternatis et dorcadis: quæ coarguisse non minus quam contraria serpentibus remedia demonstrasse

4. *Picis modo et colore dilutum*, etc. *Calore*, non *colore* in vetusto exemplari: et paulo post, *expavescere*, non *pavescere*. PIET.

XX. 1. *Draco non habet venena*. Multis tamen locis hujus operis remedia scribuntur contra draconis morsus. DAL. — *Draco*. Vulnere potius quam veneno nocet. Alii innoxius censebatur, in Africa vitiosus. Lucan. Phars. IX, vs. 727: « Vos quoque qui cunctis innoxia numina terris Serpitis, aurato nitidi fulgore dracones, Pestiferos ardens facit Africa. » Aetius serm. 13, cap. 34, de draconibus, pag. 258: « Animal hoc non jacit ve-

vena, etc. » HARD. — Un non de eadem specie hi sermonem fuisse. Quædam magno nec venenato serpentina in Africa habet mincnenatis instructus dentibus

2. *Primum spondylum*. spinæ articulum, qua cervmittitur; ut de hyæna di anteriore libro, cap. 27.

3. *Dentes*. Sic. Reg. 1, et Ch. non, ut quidam edbus. Sic paulo antea, *Cors in pelle dorcadam*. HARD.

4. *Cervino*. Cervina pell cervi et dorcadis alteri stringentibus. HARD.

niam hæc morborum veneficia sunt⁵. Draconum⁶ adipem venenata fugiunt; item⁷, si uratur, ichneumonum; fugiunt et urticis tritis in aceto perunctos.

XXI. Viperæ¹ caput impositum² vel alterius quam quæ percusserit, sine fine prodest³. Item si quis eam ipsam in vapore⁴ haculo sustineat: aiunt⁵ enim præcanere: item

5. *Quoniam hæc morborum veneficia sunt.* Quem sensum habeat, non video: etsi *veneficia* pro eo, quod erat *beneficia*, restituerit Hermaolus. Scribe cum Voss. *quæ coarguisse non minus refert* (i. ut supra, proderit, utile erit. Vulgo *refert*; sed Voss. *referret*) *quam contraria serpentibus remedia demonstrasse, quoniam et hæc morum veneficia sunt.* Quatuor alii saltem, *regeret*. GROX. — Sensus, hoc admissio, erit: Quoniam hæc bonos mores corrumpunt. Harduino placet Gronoviana conjectura. AZ.

6. *Draconum.* Hoc loco maxime grassata est interpolatorum audacia, inscitiaque: sic enim in libris hactenus editis legebatur: « Draconum adipem venenata fugiunt: item virus ichneumonum: ut et cutis cinere in aceto perunctos. » Quæ ne OEdipus quidem intelligat. In Reg. 1, et urticis tritis. At in Reg. 2 diserte ac plane: « Draconum adipem venenata fugiunt: item urature ichneumonum: fugiunt et urticis tritis in aceto perunctos. » In quibus sinceræ lectionis aperta vestigia. Cf. n. 7. HARD.

7. *Item virus ichneumonum.* Voss. *item si uratur ecneumonum fugiunt, et urticis triticis incet ais perunctis.* Forte: « Draconum adipem venenata fugiunt et urticis perunctos. » Semen

urticæ contrarium cicutæ esse ex Nicandro scribit, lib. I, cap. 22. GROX.

XXI. 1. *Viperæ.* Plin. Val. III, 57, ad verbum. HARD.

2. *Impositum.* Illi scilicet vulnere quod ipsa intulit. DAL.

3. *Sine fine prodest.* Nempe percussis a vipera. Negat tamen hoc esse verum, immo et experimentis adversari, Charasius lib. de viperis, pag. 108. HARD. — Merito quidem. Vere medentur læsis caustica liquentiæ, ammoniacum, potassium causticam, etc. Cf. Abrah. VATER *Dissert. de antidoto novo advers. viperar. morsus præstantiss. in Angl. detecto*, Wittenb. 1736, in-4°; BERTIN (Joh. Exsup.), *Ergo specificum viperæ morsus antidotum alcali volatile*. Paris. 1749, in-4°; FRIESKORN, *Diss. de ven. vip.* Vindob. 1782, in 4°. PAULET, *Observat. sur la vipère de Fontainebleau et sur les moyens de remédier à sa morsure*; item jam laudat. FONTANA. AZ.

4. *In vapore.* Vel ardentis ligui, vel fervidæ aquæ. DALC.

5. *Aiunt.* Aiunt enim tunc viperam recanere, *incantationem repellere.* In libris hactenus editis, *præcavere.* Qui interpolaverunt, adjecto etiam vocabulo, *futura præcinere*, rescripserunt. Nos codicum auctoritatem secuti, Reg. 1 et 2, præ-

si quis⁶ exustæ ejus cinerem illinat. Reverti autem ad percussum serpentes necessitate naturæ, Nigidius auctor est. Caput quidem dissecant Scythæ⁷ inter aures ad eximendum lapillum⁸, quem aiunt ab ea devorari territa. Alii⁹ ipso toto capite utuntur. Fiunt ex vipera pastilli, qui theriaci vocantur¹⁰ a Græcis, ternis digitis¹¹ utrimque

canere: cui voci quæ vis subsit, aperuimus libro anteriore, cap. 4. HARD.

6. *Item si quis*, etc. Galenus lib. de Ther. ad Pison. cap. x, pag. 944. HARD.

7. *Caput quidem dissecant Scythæ. Caput quidam dissecant scite*, in scripto codice. PINN.

8. *Lapillum*. Qui in potu sumptus veneni vim frangere credebatur. DALÆC. — Qui plagæ a serpente inflietæ imponi possit. H.

9. *Alii*. Q. Serenus, cap. XLVII, pag. 154: « Quæ nocuit serpens, fertur caput illius apte Vulneribus jungi: sanat quem sauciat ipsa. » H. — Falsa omnia. Neque ex his quidquam colligendum, nisi historiam stultitiæ humanæ destinanti. AJ.

10. *Qui theriaci vocantur*. Θηριακοί, ad venenatorum morsus sanandos concinnati. HARD. — Et hinc, procul dubio, famosæ theriacæ origo, quam Neronis archiaterus Andromachus creditur invenisse, nondum apud recentiores eo risu acceptam quo accipienda vere est. Pastillorum theriacorum jubebat Andromachus inseri drachmas 24 (cf. Gal. *de theriaca ad Pisonem*). Nunc in pharmaco polypharmaco miscendo, si novissimæ Codicis editioni parere velis, quæ facultatis Parisinæ auspiciis in lucem emersit, pro 62 rebus, 72 theriacæ infun-

dentis, viperinæ carnis 73 gramm. ingredi mos est, æquatura 8409.6 summa. Cæterum de theriaca sup. ipse Plin. neo ad h. l. notæ defuerunt. AJ.

11. *Ternis digitis*, etc. A capite et a cauda ternis digitis amputatis. Ita Reg. codices 1, 2, et Ch. Editi, *quaternis*. Sed utrumlibet legas, exclamat Dalecampius fabulosum esse, quod utrimque certa mensura amputari extrema oporteat, uno scilicet Dioscor. in consilium ejus rei adhibito. At censuit tamen ita Andromachus senior, Neronis medicus, apud Galen. de Antid. lib. I, c. 6, p. 876. Censuit et Damocrates, ibidem cap. 15, pag. 893. E cervice enim ternos digitos, e cauda amplius paulo præcidi jubet: Τῶν μὲν κεφαλῶν ἀπόκοψεν, ὡς τρεῖς δακτύλους, Μικρῶ τε πλείους τῶν ἀπὸ τῆς εὐρας μερῶν, Πρῶτον κεφαλᾶς μὲν εἶτα τὰς εὐρὰς τότε. Censuit et Galenus ipse cap. 8 ejusdem operis, p. 878: Αὐτῶν δ' ἐπὶ τῶν μεγάλων χιθῶν τὸ ἀραιωθῆσόμενον ἑκατέρωθεν εἶναι δακτύλων δ'. « Sufficit in magnis viperis id quod amputabitur utrobique, quaternos æquare digitos. » Quod iterum repetit lib. de Ther. ad Pis. cap. 13, pag. 950. H. — Optime Dalecampius hanc mensuram irridebat; melius tamen, si ipsum remedium irrisisset. AJ.

amputatis, exemptisque interaneis, et livore spinæ¹² adherente, reliquo corpore in patina ex aqua et anetho discocto¹³, spinisque¹⁴ exemptis, et addita similagine¹⁵, atque ita in umbra siccatis pastillis, quibus ad multa medicamenta utuntur¹⁶. Significandum¹⁷ videtur e vipera tantum hoc fieri. Quidam purgatæ, ut supra dictum est, adipem cum olei sextario decoquunt ad dimidias. Ex eo, quum opus sit, ternis stillis additis in oleum perunguntur, ut omnes bestię fugiant eos.

XXII. Præterea¹ constat contra omnium serpentium ictus, quamvis insanabiles, ipsarum serpentium exta imposita auxiliari: eosque qui aliquando viperæ jecur coctum

12. *Livore spinæ adherente.* Vena livida. Dalec. cons. HARD.

13. *Anetho discocto.* Albo jure, Galen. oleo, vino, sale, anetho, Dioscorid. DALEC.— *Et anetho.* Ita senior Andromachus, apud Galen. de Antid. lib. I, cap. 6, pag. 876, et de Ther. ad Pis. lib. I, cap. 7, pag. 983: Ἰδατι ἰγγύσας ὄσον ἀρκίον ἐστὶν ἀνήθου Κλώνας ἐχιδναίη σαρκὶ συνιψομένηας. « Ante tamen misces frondem graveolentis anethi, Et quantum satis est, providus indis aquæ. » HARD.

14. *Spinisque.* Sic Andromachus, pag. 878, et Galen. ipse de Antid. lib. I, cap. 8, pag. 879. H.

15. *Similagine.* Orobi farina, Galen. DAL.— *Similagine.* Panis picci ac bene pisti tantum adjici Andromachus jubet, quantum necesse sit ad pastillos fingendos: Αὐαλίου δ' ἐπὶ ταῖσι βάλαις εὐεργίος ἄρτου, ὄσον τερσῆνας σάρκα δύναιτο τροχῶς Πλάσσασθαι. Galen. quoque de Antidot. lib. I, cap. 8, p. 879, panem purissimum ac fermentatum

desiderat. Triticum Damocrates, apud eumdem l. c. cap. 15, pag. 893: Ἄρτου τοῦ καθαροῦ τοῦ πυρίνου πρόσμιξι καὶ λείαν. Panis siliginei uuciam unam Crito ibidem cap. 17, pag. 896: σιλιγίτου ἄρτου οὐγκίαν μίαν. Denique ex similagine sincera panem concinnatum ipse Galenus lib. de theriaca ad Pis. cap. 13, pag. 950: Ἄρτου ὡς μάλιχα καθαρωτάτου, καὶ ἀπὸ σεμιδάλειως τῆς καθαρωτάτης γινομένου μίσιξι τὸ σύμμετρον, etc. HARD.

16. *Quibus ad multa medicamenta utuntur.* Quæ prolixè enumerat Andromachus pag. 875, sq. et Galen. de ther. ad Pison. cap. 15 et 16. HARD.

17. *Significandum.* Quamobrem vipera inprimis ad theriacam adsciscatur, disputat fuse Galenus, lib. I, cap. 8, pag. 940. H.

XXII. 1. *Præterea.* Sic scorpio-nem ipsum, tritum impositumque, vulneri quod intulit remedio esse, scribit Dioscorides lib. II, capite 13. HARD.

hauserint, nunquam postea feriri a serpente. Nequis³ venenatus est, nisi per mensem luna instigat prodest vivus comprehensus, et in aqua contusus, veatur ita morsus. Quin et inesse ei remedia multuntur, ut digeremus, et ideo Æsculapio dicatur⁴ mocritus quidem monstra⁵ quædam ex his confici possint⁶ avium⁷ sermones intelligi. Anguis⁸ Æsc

2. *Neque anguis.* Commune omnibus *Ophidianis* nomen. ED.

3. *Si.* Si foveatur ita contuso angue is qui morsus ab eo angue fuit. HARD.

4. *Ut digeremus, et ideo Æscul. dicatur.* Ut ordine ac serie dictur sumus. Ita MSS. non, ut *dicemus.* HARD.

5. *Monstra.* Monstruosas compositiones, plenasque vanitatis. H.

6. *Ut possint.* Melampodem, aliosque finxit vetustas sermones percepisse avium: ut Helenus ille Virgilianus, « qui sidera sensit, Et volucrum linguas, et præpetis omnia pennæ. » HARD.

7. *Avium sermones intelligi.* Non Melampoda solum, sed et Chalcantem, Mopsum Italum, Tiresiam, Thaletem, Apollonium Tyaneum avium sermonem assecutos fuisse tradunt. Hoc effatum vulgare in Oriente fuit, et in medii sævi historiis aut fabulis, quæ quidem Asiaticæ originis sunt, reperitur. AJ.

8. *Anguis Æsculapius, etc.* Dracones in veneratione fuisse, divinoque cultu honoratos, vide apud Ælium lib. XVI, cap. 2, et lib. XI, cap. 11 de anima. Plutarcho lib. de Isid. et Osir. draco Minervæ sacer est. Dracones sacros in Epidaurii Æsculapii templo

educatos fuisse tradit Pau-
Corinthiacis. DAL. — *Angu.*
inquit, allati sunt Epidau-
ro angues, quod ex eo genere
crederentur esse medicum
tome Livii XI: « Quum civi-
lencia laboraret, missi le
Æsculapii signum Romam
dauro transferrent, angu-
se in navem eorum contul-
quo ipsum numen esse co-
deportavere: eoque in insu-
beris egresso, eodem loco
Æsculapii consecrata est.
Plutarch. in Qu. Rom. p. 1
et Auctorem libri de Viris
bus, cap. 22. Contigit id
378, Q. Fab. Gurgite II,
nuncio Clepsina cons. ut
Fasti ferunt. Inter ærea nu-
maximi moduli e Thesauri-
istud est insigne, n. 37, c
visum sibi fuisse in cimelio
nalis BUONCOMPAGNI narra-
hemius tomo I, pag. 217
simæ editionis. ANTONIUS
PIVS. PP. TR. P. COS. I
laureatum.)(. Dextro numi-
pons est, sub cuius forni-
permeat navis: e prora
emicat. Ex adverso fluvius
in amne sedens, arundin-
tenet, dextram serpenti ad
porrigit: retro, palatium ei

Epidauro Romam advectus est : vulgoque⁹ pascitur et in domibus. Ac nisi incendiis semina exurerentur, non a esset fecunditati¹⁰ eorum resistere. In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus est¹¹, quod et in aqua¹² vivit, hydri vocantur¹³, nullis serpentium inferiores veneno. Horum jecur servatum adversus percussos ab his auxilium est. Scorpio tritus stellionum veneno¹⁴ adversatur. Fit enim et e stellionibus malum medicamentum. Nam quum im-

pro foribus est laurus arbor. Infra
AESCVLAPIVS. HARD.

9. *Vulgoque*. De Tiberio Sueton. cap. LXXII : « Erat ei in oblectamentis serpens draco, quem ex consuetudine manu sua cibaturus, etc. » HARD. — *Pascitur et in domibus*. Innoxius, familiaris, domesticus : quales in balneis medicatis Aquarum prope Cameriacum multi gignuntur. DAL. — *Vulgoque pascitur et in domibus*. Multi colubri cures fieri narrantur. Equibus *coluber flagelliformis* Daudin (*Col. mycterizans* Linn. *natrix mycterizans* Laurenti, vulg. in Amer. *Coach whip snake*), *coluber constrictor* Linn. (*Black nake* Catesh., Hist. nat. of Carol. tom. II, tab. 48); *coluber viridiflavus* Lac. (II, VI, 1; vid. exempla ap. VALMONT DE BO-MARE), etc. Mart. lib. VII, epigr. LXXXVII, v. 7 : « Si gelidum collo nectit Glacilla draconem. » Confer Senec. de Ira; Lucianum in Alex. Az.

10. *Non esset fecunditati*. Extinctum demum fuisse id genus anguium Romæ suadet allatus proxime Antonini Pii nummus, qui ipsius causa veterem morem revocatum esse testatur, ex agro Epidauri anguem advehendi Romam.

Et senatusconsulto opus fuit, ut inferretur in Urbem et in Palatium anguis Epidauro allatus. Crebri fuere nummi percussi supremis Antonini Pii annis, cum hac epigraphæ, SALVS AVG. qui sæpiuscule eum morbo tentatum fuisse testantur. HARD.

11. *In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus est*. In urbe legit antiquum exemplar, non in orbe. Et puto adjungenda hæc duo verba præcedentibus : duo autem quæ sequuntur, *terrarum pulcherrimum*, adjecta falso existimo. PINT.

12. *Quod et, in aqua vivit*. Hæc totidem verbis Nicander in Ther. pag. 31, qui chersydrum dispari forma ab hydro descripserat antea, pag. 26. HARD.

13. *Hydri vocantur*. Vocantur et chersydri, quod in terra pariter degant, et in aquis : Latinis, natrix, lingua, ut putant, gemina, ac, ut Aristides tradidit, voraces et gulosi, λιχνοί. Rhod. lib. XXVI, cap. 5. DAL.

14. *Stellion. veneno*. Nullus stellio venenosus, quanquam morsu aliquantulum nocet, præsertim si iis dentibus instructus fuit, quibus impressis irritatio sub prima cute fit. AZ.

mortuus est vino, faciem eorum qui biberint lentigine obducit. Ob hoc in unguento necant eum, insidiantes pellicum formæ. Remedium est ovi luteum, et mel ac nitrum. Fel stellionum tritum in aqua mustelas congregare dicitur.

- 1 XXIII. Inter omnia venenata salamandræ scelus maximum est¹. Cætera enim singulos feriunt, nec plures pariter² interimunt: ut omittam, quod perire conscientia dicuntur homine percusso, neque amplius admitti³ ad terras. Salamandra populos pariter necare improvidos potest. Nam si arbori irrepsit⁴, omnia poma inficit veneno, et eos qui ederint, necat frigida vi, nihil aconito distans⁵. Quinimmo si contacto ab ea ligno vel pede crusta⁶ panis incoquatur, idem
2 veneficium est: vel si in puteum cadat. Quippe quum saliva ejus quacumque parte corporis vel in pede imo respersa, omnis⁷ in toto corpore defluat pilus. Tamen talis ac tanti

XXIII. 1. *Salamandræ scelus maximum est.* Hoc etiam nostra temporibus rustici persuasum habent, qui lacertorum sævissimum varii variis nominibus proferunt, in Normann. *Mouron*, apud Lemov. et Pictav. *Mirtil*, in Delphin. *Plavine*, in Narbon. II *blande*, Lugduni *Laberne*, in Burgund. *Suisse*, apud Cænoman. vero et Armoricos *sourd*. De salamandris nos alias. *Aj*.

2. *Pariter.* Uno ictu. *HARD*.

3. *Neque amplius admitti.* Plin. supra II, 63, de terra: « Illa serpentem homine percusso non amplius recipit, pœnasque etiam inertium nomine exigit ». *HARD*.

4. *Nam si arbori irrepsit.* Et, Gesnero ita referente, dicere soliti Narboneuses, si blanda (hoc est, ut e not. 1 vides, salamandra) in acervo tritici reperitur, totum ita

infici, ut vel gallinæ vescentes eo deinde intereant. *HARD*.

5. *Nihil aconito distans.* Interimendi celeritate, non similitudine virtutis: est enim calida aconito vis, salamandræ frigida. *HARD*.

6. *Vel pede crusta*, etc. Si vel extremo pede lignum salamandra contingat, in quo panis coquitur, eodem modo totum panem veneno inficit. *HARD*.

7. *Omnis.* Q. Serenus, cap. ix, pag. 129: « Defluit expulsus morbo latitante capillus, Seu salamandra potens, nullisque obnoxia flammis, Eximium capitis tactu dejecit honorem. » Raderum vide in istud Martial. II, 66, 7: « Hoc salamandra notet, vel sæva novacula nudet. » Petron. in Satyr. pag. 344: « Quid dicis tu, latro? quæ salamandra supercilia tua exussit? » *H.*

veneni⁸ a quibusdam animalium, ut subus⁹, manditur, dominante eadem illa rerum dissidentia. Venenum ejus restingui primum omnium ab his quæ vescantur illa, ex his verisimile est¹⁰ quæ produntur, cantharidum¹¹ potu, aut lacerta in cibo sumpta: cætera adversantia diximus, dicemusque suis locis. Ex ipsa quæ Magi tradunt contra³ incendia, quoniam ignes sola animalium exstinguat, si forent vera¹², jam esset experta Roma. Sextius Venerem accendi cibo earum, si detractis interaneis, et pedibus, et capite, in melle serventur, tradit: negatque restingui ignem ab iis.

8. *Tamen talis, ac tanta vis veneni.* Voss. « Tamen talis, ac tanti veneni, a quibusdam animalium ut subus manditur. » Pro *subus* quidam *cibus*, quemadmodum et quatuor nostri. Et non proprie suum, sed aliorum quoque non nominatorum animalium id eum fecisse alimentum suadere videntur verba mox sequentia: « Venenum ejus restingui primum omnium ab his, quæ vescantur illa, ex iis vero simile est quæ produntur, cantharidum potu, aut lacerta in cibo sumpta. » Sic enim legendum. *Restingui* Vossiani est et Chiffletiani, ut et *vero simile: ex his* Vossiani: distinctionem ex sententia mutavimus. Respicit autem hunc locum, quum scribit eodem capite infra: « Salamandris cantharides diximus resistere; » lib. XI tamen, capite 53: « Quin et subus serpentes in pabulo sunt. » Quamvis hic quoque varient et codices nonnulli: *Quin et his.* Sed utrobique *subus* confirmat Aristoteles, Hist. Anim. lib. IX, cap. 1: ὄφις δὲ γαλῆ καὶ βὲ πολέμιος· τῆ μὲν γαλῆ, κατὰ σικίαν,

ὄταν ὄσιν ἀμφοτέρα· ἀπὸ γὰρ τῶν αὐτῶν ζῶσιν· ἢ δὲ ὅς ἰσθίαι τοὺς ὄφεις. Pintiani codex posteriori loco: « Ab his quæ vescantur illa veris simile. Ex his vero similia sunt, quæ produntur de cantharidum potu. » Idem exhibet *restingui.* GRON.

9. *Subus.* Sic Ælian. H. A. lib. IX, c. 28, et Sext. Emp. Pyrrh. hypoth. lib. I, c. 14, p. 10: Τὰς ὄς, αἱ δὲ χαίρουσι καὶ σαλαμάνδρας ἰσθίουσιν. HARD.

10. *Ex his verisimile est.* Verisimile esse intelligitur ex iis quæ produntur, cantharidum potu, aut lacerta, venenum ejus pariter restingui. H. — Cf. de script. n. 8.

11. *Cantharidum.* Hunc locum inferius respicit, cap. 29, quum ait: « Salamandris cantharidas diximus resistere. » HARD.

12. *Si forent vera.* Dioscorides scribit, frustra creditum esse salamandram ignibus non uri. DAL. — Vide quæ notata sunt de salamandra supra, lib. X, cap. 67, et Jacobi Palmerii Exerc. nuper editas, pag. 613.

- 1 XXIV. Ex volucribus in auxilio contra serpentes primi¹ vultures. Annotatum quoque minus virium esse nigris. Pennarum² ex his nidore, si urantur, fugari eas dicunt. Item cor ejus alitis³ habentes, tutos esse ab impetu non solum serpentium, sed etiam ferarum, latro- numque, et regum ira.
- 1- XXV. Carnibus¹ gallinaceorum, ita ut tepebant avulsæ, appositis, venena serpentium domantur²: item cerebro in vino potio³. Parthi⁴ gallinæ malunt cerebrum

XXIV. 1. *Primi*, etc. • In quibus tot curationes esse, quot sunt membra • dixit Hieronymus adv. Jovin. II. HARD.

2. *Pennarum*. Ælian. H. A. lib. I, cap. 45, suffitu vulturum pennæ ex cavis suis elici serpentes tradit. Γυπῶν πτερὰ εἰ θυμιάσαι τις, ὡς ἀκούω, καὶ ἐκ φωλιῶν, καὶ ἐξ ὕδατων τὰς ὄφεις προάξει ῥᾶστα. Fugari cum Plinio Sext. Plat. Part. II, cap. 2, de vulture. Plin. Val. III, 57; Q. Serenus, cap. XLVII, pag. 155. HARD.

3. *Item cor ejus alitis*. Plin. Val. III, 57. Q. Seren. l. c. • Namque potest diros prævertere morsus Si jecur exsectum tardo de vulture portes. • Sext. Plat. loc. cit. c. II, de vulture, t. 6, adversus mala medicamenta: • Cor vulturis ligatum in pelle lupina, si circa brachium habeas, nullum medicamentum tibi nocere poterit, nec serpens, nec latro, nec alia malitia, nec quidquam phantasma senties. • Auctor Kiranidum, pag. 120: • Cor quoque ejus in pelle ligatum qui portaverit, fugient eum dæmonia, et maxime feræ: habebit autem et gratiam ad omnes homines, et in divitiis vivet: est autem et victoriosum ad omnem

rem. • Quæ plenissima vanitatis arbitror afferenda tamen, ne ultro conficta a Plinio videantur. H.

XXV. 1. *Carnibus*. Diosc. in Ther. 19 et 27, et prioris operis II, 52. Celsus, V, 27, adversus omnes morsus serpentium: • Vivum gallinaceum pullum per medium dividere, et protinus calidum super vulnus imponere, sic ut pars interior corpori jungatur. • Plin. Val. III, 57: • Carnibus gallinaceorum discerptorum, ita ut tepeant, extrahitur venenum. • Nigidius lib. de animal. citante Gellio, VII, 9: • Serpens si momordit, gallina diligitur et apponitur. • Est autem hic diligere, dividere, discindere, dissecare. Vide Festum et Nonium. H.

2. *Domantur*. Quoniam foras extrahuntur, ac velut exsuguntur. D.

3. *Item cerebro in vino potio*. Petrichus in Ὀφιακίς, sive in lib. de serpentium venenis ac remediis, laudatus a Scholiaste Nicandri, in Ther. pag. 27, hoc ipsum statuit, ὅτι ὠφελῆ ἂν ἐγκέφαλος τῆς ὄφιντος εἰς τοὺς ὀφιοδηκτοὺς. Est autem Petrichus in albo auctorum, quos Plinius sequitur ac laudat. Sic etiam Diosc. ll. cc. HARD.

4. *Parthi*. Plin. Val. III, 57. H.

plagis imponere. Jus quoque ex his potum præclare medetur, et in multis alijs⁵ usibus mirabile. Pantheræ leonesque non attingunt perunctos eo, præcipue si et allium fuerit incoctum. Alvum⁶ solvit validius e vetere gallinaceo. Prodest⁷ et contra longinquas febres, et torpentibus membris⁸, tremulisque⁹, et articulariis morbis¹⁰: in capitis doloribus, epiphoris, inflationibus, fastidiis, incipiente tenesmo, jocineri, renibus, vesicæ: contra cruditates, suspiria. Itaque etiam faciendi ejus exstant præcepta. Efficacius¹¹ enim cocti cum olere¹² marino, aut¹³ cybio, aut cappari, aut apio, aut herba Mercuriali, aut polypodio, aut anetho: utilissime autem in congiis tribus aquæ ad tres heminas cum supradictis herbis, et refrigeratum sub dio dari tempestivis¹⁴ antecedente vomitione. Non præteribo miraculum, quanquam ad medicinam non pertinens: si auro liquescenti¹⁵ gallinarum membra mi-

5. *Et in multis aliis*, etc. Podagræ depellendæ jus illud adhibet Q. Serenus, cap. XLVII, pag. 155: « Gallinæ jura vetustæ. » HARD.

6. *Alvum*. Diosc. II, 53, et Galen. de fac. simpl. m. lib. III, cap. 15, pag. 70: Καὶ γὰρ τοὶ καὶ ὁ τῶν πρεσβυτέρων ἀλεχτρούων ζωμὸς ὑπάγει τὴν γαστέρα, καὶ τοὶ τῆς σαρκὸς σαλτικῆς ὀδῆς. Iterumque lib. de Ther. ad Pis. cap. IV, pag. 35. H.

7. *Prodest*. Q. Seren. cap. XLIX: « Febribus aut longis galli nova jura vetusti Subveniunt. » H.

8. *Et torpentibus membris*. Stupori, tremori, quoniam pituitam educit. DAL.

9. *Tremulisque*. Q. Seren. l. c. « Subveniunt etiam tremulis medicantia membris, » galli jura scilicet. HARD.

10. *Et articulariis morbis*. Diosc. II, 53: Ἀρθροῖσι δὲ πυρροῖς χρονοῖσι,

ἄσθμασιν, ἀρθριτικοῖς, ἐμπνευματομένοισι ζομάχοις. HARD.

11. *Efficacius*. Hæc totidem fere verbis Diosc. l. c. HARD.

12. *Olers*. Brassica marina. H.

13. *Aut cybio*. Ita libri omnes. Pro cybio Diosc. κνίκον habet, quod et hic scribi fortassis satius fuerit, ut herbarum duntaxat nomina censeantur, quibuscum gallinacei discoquantur. Sic enim et Diosc. Ἐνίοι δὲ συνέψουσι κράμβην θαλασσίαν ἢ λινόζωσιν, ἢ κνίκον, ἢ πολυπόδιον. HARD. — Ni, ut facile crediderim, duplex eidem sit nomen inditum. Hodie *Cnison* Diosc. est *crocus sativus officinalis*, s. *officinarum carthamus* Linn. sp. 50. Flori et semini vim purgativam tribuunt. AS.

14. *Tempestivis*. Recte valentibus. HARD.

15. *Si auro liquescenti*, etc. Inde

sceantur, consumunt id in se. Ita hoc venenum auri est. At gallinaceis ipsis circulo e sarmentis addito in collum, non canunt.

- 1 XXVI. Auxiliatur¹ contra serpentes et columbarum caro recens concerpta, et hirundinū: bubonis pedes usti cum plumbagine herba². Nec omittam in hac quoque alite exemplum Magicæ vanitatis. Quippe præter reliqua portentosa mendacia, cor³ ejus impositum mammæ mulieris dormientis sinistrae, tradunt efficere, ut omnia secreta pronuntiet. Præterea in pugnam ferentes idem, fortes fieri. Ejusdem ovo ad capillum remedia⁴ demonstrat. Quis autem, quæso⁵, ovum bubonis unquam videre potuit, quum ipsam avem vidisse prodigium sit? quis utique experiri, et præcipue in capillo? Sanguine quidem pulli bubonis etiam crispari capillum promittunt. Cujus generis prope videri possint, quæ tradunt et de vespertilione: si ter circumlatus domui vivus, per fenestram inverso capite infigatur, amuletum esse: privatimque ovilibus circumraptum toties, et pedibus suspensum⁶ in supero⁷ limine.

excogitata ratio medicis est parandi juscula ἀναληπτικά, cum carne gallinæ, et auri foliis. DAL. — Si a. liquescenti, etc. Vide in eam rem Aldrov. Ornith. lib. XIV, cap. 1, pag. 243. HARD.

XXVI. 1. Auxiliatur. Sext. Plat. P. II, c. 10 de columba, t. 1, Ad serpentium morsus: « Columba incisa et imposita calida morsui, venena omnia rapit, et sanare creditur. » H.

2. Plumbagine herba. Sic vocant dipsacum minorem silvestrem, echino parvo et rotundo. DAL. — De illa vide lib. XXV, cap. 97. H.

3. Cor. Idem de ranæ lingua prodidit Democritus, Plinio lib. XXXII, cap. 18. HARD.

4. Ad capillum remedia. Ad tol-

lendum capillorum deflavium. H.

5. Quis autem, quæso, etc. Præter rem id exclamat Plinius: facile enim ex eorum nido ovum haberi potest. DAL.

6. Et pedibus suspensum, etc. Dal. ped. susp. sursum in superliminari. Chiff. suspensum in superlimine. Voss. suspensum super limine. Nentri sursum. Scribe: suspensum supero limine. Plautus Bacchid. IV, 9: « Nunc superum limen sciunditur: nunc adest exitium Ilio. » Noster lib. XXXII, cap. 5, « stella marina vulpino sanguine inlita... adfixa limini superiori. » Cf. not. 7. GRON.

7. In supero limine. In librishactenus editis, addita vocula una, alteraque corrupta, suspensum sur-

Sanguinem quoque ejus cum carduo⁸, contra serpentium ictus inter præcipua laudant.

XXVII. Phalangium¹ est Italiæ ignotum, et plurius generum: unum² simile formicæ, sed multo majus, rufo capite, reliqua parte corporis nigra, albis incurvantibus respersum guttis. Acerbior hujus, quam vespæ ictus. Vivit maxime circa furnos et molas. In remedio est, si quis ejusdem generis alterum percusso ostendat. Et³ ad hoc servantur mortui. Inveniuntur et cortices eorum, qui triti et poti medentur: et mustelæ catuli, ut diximus supra⁴. Æque⁵ phalangion Græci vocant inter genera araneorum, sed distinguunt lupi nomine. Tertium genus est eodem phalangii nomine araneus lanuginosus, grandissimo capite. Quo dissecto inveniri dicuntur intus vermiculi

sum in superliminari. Reg. 1, 2, et Chiffi. *superlimine.* Plin. (vid. not. sup.) *stellam marinam affixam limini superiori* dixit: superum limen, Plautus in Bacchid. HARD.

8. *Cum carduo.* Cardui folio trito, vel semine. DAL.

XXVII. 1. *Phalangium est,* etc. Non igitur illud Apuli cæli animal est, Tarantolam vocant, cujus exitiali morsu inductum soporem musicis instrumentis discutiunt, etsi visum ita Dalecampio, cæterisque. Phalangiorum genera, quæ Nicandro enumerat, picta e Museo Cæsareo Lambecius protulit in Bibl. Cæs. VI. In Indice hujus libri, « Araneorum et phalangiorum genera XI. » HARD. — Optime Harduius. Recentiores phalangia hoc arachnidum genus aiunt, cui mandibulæ corpore dimidio breviores in forcipes abeunt, abdomen anurum (hoc est, sine cauda, ἀνούρον), palpæ filiformes. Hinc diff.

a galeodibus, cui mandibularum longitudo corpus excedit; a variis *pinces* et *phryné*, quarum palpæ quæque forcipiformes; a scorpionibus quibus cauda; et ab araneis pr. d. *mygalis* *trombidiis*, quibus unci-formes mandibulæ, non forcipiformes. AZ.

2. *Unum.* Et inde Μυρμηκίων dictum a Nicandro in Ther. pag. 52, ubi totidem verbis describitur, quot et a Plinio. Aliis Μυρμηκοειδής, ut refert etiam Schol. pag. 34, et Μύρμηξ Ἡρακλειωτικός. HARD.

3. *Et ad hoc servantur quum mortui inveniuntur. Et cortices eorum contriti et poti medentur.* In vetusto exemplari, « Et ad hoc servantur mortui. Inveniuntur et cortices eorum, qui triti et poti medentur. » ΠΙΝΤ.

4. *Ut diximus supra.* Cap. 16. H.

5. *Æque.* Alterum hoc phalangii genus, lupi nomine discretum a cæteris. Eginus de eo lib. XI, cap. 28. HARD.

duo, adalligatique mulieribus cervina pelle ante Solis ortum, præstare ne concipiant, ut Cæcilius in commentariis reliquit. Vis⁶ ea annua est: quam solam ex omni atocio dixisse fas sit, quoniam⁷ aliquarum fecunditas plena liberis tali venia indiget. Vocatur⁸ et rhagion acino nigro similis, ore minimo sub alvo⁹, pedibus brevissimis, tamquam imperfectis. Dolor¹⁰ a morsu ejus qualis a scorpione. Urina¹¹ similis araneis textis. Idem erat asterion¹², nisi

6. *Vis.* Vis ea sistendi conceptum, anno dumtaxat durat. HARD.—*Ex omni atocio.* Ἀτόκιον dicitur medicamen omne quod sterilitatem inducit, et vim concipiendi adimit. Vox Dioscoridi familiaris in primis. H.

7. *Quoniam.* Abunde declarat se rem ipsam minus probare, cui non nisi certo casu veniam largiatur. Sed neque tum danda venia est. Nullo non tempore, ut Tertuliani verbis utar, in Apol. cap. VIII, pag. 9: «Festinatio est homicidii, prohibere nasci: nec refert natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet: homo est et qui est futurus. Etiam fructus omnis in semine est.» Hippocrates in jure jurando, nemini mulieri daturum se πιασὸν φθόριον, hoc est, abortivum spondet. HARD.

8. *Vocatur.* Quartum genus phalangiorum. ῥάγιον Græcis est parvus acinus: ῥάξ sive ῥώξ acinus: inde nomen. Schol. Nicandr. pag. 33, in Ther. ῥώξ καλεῖται, διὰ τὸ ῥωγὶ σαφυλῆς ἰσικέναι. HARD.

9. *Sub alvo.* In quibusdam MSS. *subalvo*, mendose. Error enim arguitur ex Nicandro, ita rhagion describebat, in Ther. pag. 51: Ἐργα δὲ τοι σίνταο περιφράζοιο φάλαγγος, Σήματά τ' ἐν βρυχομοῖσιν ἐπί

ῥ' ὁ μὲν αἰθαλώεις ῥώξ Κίχληται, πιασθῆν, ἐπιασούτερος ποσὶν ἔρπων, Γαστρί δ' ἐν μεσάτρῳ διουῖς ἰσικληκὴν ἰδοῦσι. Hoc est, Gorræo interprete: «Nunc attende notas et vulnera dira phalangis Pestiferi: piceo distinguitur ille colore, Qui Rhox nomen habet, pedibusque frequentibus: alvo Os illi in media, duro exitiabile dente.» Et Scholiastes in eum locum: Τὸ στόμα καὶ τοὺς ὀδόντας κατὰ τὴν μέσην τὴν γαστέρα ἔχει. HARD.

10. *Dolor.* Describitur is cujusmodi sit, a Nicandro, l. c. HARD.

11. *Urina.* Urina hominis demorsi plena florum araneosorum. Schol. Nicandri in Ther. pag. 34, causam subdit, διὰ τὸ ἀκρωσίως ἀποσπερματίζειν, καὶ γονοφύρειν τὸν δαχτύλον. HARD.

12. *Idem erat asterion.* Quintum phalangii genus, de quo idem Nicand. in Ther. pag. 52: Ἀστέριον δὲ φιν ἄλλο πιφάσκου· τοῦ δ' ἐπὶ νότῳ Αἰγνώτῳ στῆθουσι, διαγυῖες ἐν χροῖ ῥάβδοι. Βρύξαντος δ' ἀίδηλος ἐπίδραμιν ἀνέρι φρίχῃ· Ἐν δὲ κάρως κεφαλῆ· γούνων δὲ γ' ὑπέκλασι δισμῶ. Quæ Gorræus sic transtulit: «At vero Asterion dorsis fulgore coruscum Virgatis splendet maculis, alboque relucet. Mox rigor a morsu pertentus»

distingueretur virgulis albis. Hujus morsus genua labe-
 factat. Pejor¹³ utroque est cæruleus, lanugine nigra, ca-
 liginem concitans, et vomitus araneosus¹⁴. Etiamnum
 deterior¹⁵, a crabrone penna tantum differens. Hic et ad
 maciem perducit. Myrmecion formicæ¹⁶ similis capite, alvo
 nigra, guttis albis distinguentibus, vesparum¹⁷ dolore tor-
 quet. Tetragnathii¹⁸ duo genera habent: pejor medium
 caput distinguente linea alba, et transversa altera. Hic
 oris tumorem facit. At cinereus posteriori parte candicans,
 lentior. Minime autem noxius¹⁹ eodem colore, qui telas
 muscis in parietibus latissime pandit. Contra omnium

tat membra, caputque Dente so-
 poratur, collapsaque genua fati-
 scunt. » HARD.

13. *Pejor*. Sextum genus, quod
 iisdem notis a Nicandro adumbrat-
 ur, loc. cit. Κυάνεον δὲ τοι ἄλλο πε-
 διόρον ἀμφὶς αἴσαι Δαχνηέν, δεινὸν
 δι φέρει καὶ ἐπὶ χροὶ νόγμα, ὄντινα
 γυώσαι· κραδίη δὲ εἰ ἐν βάρος ἴσχει·
 Νύξ δὲ περὶ κροτάφοις· ἔματον δ' ἐξή-
 ρυγε δειρῆς Δειγὸν ἀραχνήντα· νέμει
 δὲ εἰ ἐγγύς διαθρον. Hoc est, Gorræo
 interprete: « Cæruleus graditur pe-
 dibus, sublimior alter, Villoque
 hirsutus: dant tristia funera mor-
 sus; Si quemquam oppressit, lu-
 cantur corda dolore: Tempora
 caligant: et, qualis aranea, lentus
 Ore redit vomitus, propereque in
 fata vocantur. » HARD.

14. *Et vomitus araneosus*. In vo-
 mitu fila araneis similia. Scholiast.
 Nicandri in Ther. pag. 34: Ὅτι ὁ
 ἔματος ἴχει ὄψιν ἀραχνῶν· ἢ ὅτι λεπτός
 ἴστιν ὁμοίος τῇ ἀράχνη· ἔστι δὲ γλί-
 σχος κατὰ τὴν ἀφῆν, καὶ χυμώδης,
 ὅστις διὰ τὸ γλισχρον κολλᾷ ἐν τῷ φά-
 ρυγγι. HARD.

15. *Etiamnum deterior*. Septimum

istud genus est, quod σφηκίον Ni-
 cander appellat, loco citato. Nam
 σφήκα Græci crabronem appella-
 vere, ut diximus lib. XI. H.

16. *Myrmecion formicæ*, etc. Hæc
 bis repetere videtur ex duobus di-
 versis auctoribus, vel oblitus hæc
 antea se scripsisse. Tu de Phalan-
 giorum morsu vide Ælianum, de
 Animal. lib. XVII, cap. 11. DAL.
 — *Myrmecion*. Genus octavum pha-
 langiorum, formicæ simile capite
 solo: non, uti primum genus, toto
 corpore. HARD.

17. *Vesparum dolore torquet*. Do-
 lore nimirum simili ei quem vespæ
 inferunt. HARD.

18. *Tetragnathii*. Vel τετραγάνα-
 θοι, a quadruplici maxilla. Totidem
 de his verba facit Aetius, serm. 13,
 cap. 17, pag. 251. HARD.

19. *Minime autem noxius*. Unde-
 cimium id ac postremum phalangio-
 rum genus. Id est qui ἀγρώστης a
 Nicandro dicitur, de quo eadem
 ille quæ Plinius refert, pag. 55 in
 Ther. Ἀκμητον δ' ἐπὶ τόμμα φέρει
 μεταμώνιον ἀνδρῖ. « Sed facilis nullo
 vanescit plaga dolore. » HARD.

² Vermes⁵ terreni triti impositi prosunt. Multa et alia ex his remedia sunt, propter quæ in melle servantur. Noctua apibus⁶ contraria, et vespis, crabronibusque, et sanguisugis: pici quoque Martii rostrum secum habentes non feruntur ab iis. Adversantur⁷ et locustarum minimæ sine pennis, quos attelabos vocant⁸. Est et formicarum genus venenatum: non fere in Italia. Solipugas Cicero⁹ appellat, solpugas Bætica. Iis cor vespertilionis contrarium, omnibusque formicis: salamandris¹⁰ cantharidas diximus resistere.

¹ XXX. Sed in iis magna quæstio¹, quoniam ipsæ venena sunt potæ, vesicæ² cum cruciatu præcipuo. Cossinum³ equitem romanum, amicitia Neronis principis notum, quum is lichene correptus esset, vocatus ex Ægypto Medicus ob hanc valetudinem ejus a Cæsare, quum cantharidum potum præparare voluisset, interemit. Verum⁴ illitas prodesse non dubium est, cum succo taminæ uvæ et sevo ovis vel capræ. Ipsarum cantharidum venenum⁵ in qua

5. *Vermes*. Aetius, loc. cit. H.

6. *Apibus*. Apium icibus, et vespis, etc. HARD.

7. *Adversantur*. Pico nempe Martio. HARD.

8. *Quos attelabos vocant*. Ἀττάλαγος et ἀττάλαβος Græcis. Sic XVII, 38, quos Theophrastus ἀττάλαβους dixerat, ipse locustas reddidit, ut ibi monuimus. In Indice Pliniano, *attelabis*. HARD.

9. *Solipugas Cicero appellat*. Frequentes in Sardinia metallis. DAL. — *Solipugas*. Ita MSS. Reg. 1, 2, etc. De his egimus ad librum octavum. HARD.

10. *Salamandris*. Cap. 23 libri hujus. HARD.

XXX. 1. *Sed in iis magna quæstio*. An iis sit utendum necne, et an

integris, an adeptis aliis, capite, pedibus. DAL. — *Sed in iis*, etc. Plusne damni afferunt quam auxilii? quæ ratio atque mensura in illis miscendis; quis in ebibendis aut applicandis modus? etc. A.

2. *Vesicæ*. Dioscorides quoque in Alex, cap. 1, hunc vesicæ cruciatum iis contingere auctor est, qui cantharides hauserint. Idem Aetius, serm. 13, cap. 49, pag. 262. HARD.

3. *Cossinum*. Inscriptio vetus ap. Gruterum, pag. 513: COSINI. AVG. LIB. A. RATIONIBVS. HARD.

4. *Verum illitas*. Marc. Emp. c. XIX, pag. 129, et Plin. Val. II, 56. HARD.

5. *Ipsarum cantharidum venenum*, etc. Hippocrates, lib. IV, τὰς δὲ

parte sit, non constat inter auctores. Alii⁶ in pedibus et capite existimant esse, alii negant. Convenit⁷ tantum pedes earum auxiliari, in quacumque parte sit venenum. Ipsæ nascuntur ex vermiculo, in spongia maxime cynorrhodi⁸ quæ fit in caule, sed fecundissime in fraxino: cæteræ

τῆς ὀξέων, pedes et caput detrahit: ejus judicium Aetius sequitur. Galenus lib. XI simplic. recitata historia medici cujusdam audacioris, qui infeliciter dederat nunc corpora tantum, nunc alas, capita, pedes tantum, absque corporibus, integras se dare proficitur, tanquam in capite, pedibus, alis vis quædam sita sit, earum venenum obtundens. Rationem totam eam positam esse puto, primum in modo, ut grana tria solum vel quatuor imperentur: deinde in mixtura, ut adjiciatur et quod urinam provocat, et quod earum venenum mitiget: ac postremo in statu corporis ægrotum, ne dentur deploratis, quibus ob scirrhus viscerum morbus insanabilis est. Refert et non parum in iis deligendis cura, quod tutiores et meliores sint aliis collectæ in tritico, versicolores, virgatæ. DAL.

6. Alii. Galen. de fac. simpl. Med. lib. XI, p. 313, tom. XIII, quosdam ait alas tantum pedesque in medicamenta addere: alios tantum corpora, velut Hippocratem inferius laudandum: se vero totas injicere. Vide ejusdem comm. 4 in lib. Hippocrat. de Victu in acutis, tom. XI, pag. 181. HARD.

7. Convenit. «Sunt qui earum alas ac pedes, inquit Diosc. II, 66, pro antidoto esse velint iis qui ipsas, hauserint.» Οἱ δὲ τὰ πτερὰ αὐτῶν καὶ τοὺς πόδας τοῖς πιούσιν αὐτὰς

ἀντιφάρμακον ἀνέγραψαν. HARD. — Analyseos chemicæ peritissimus ROMQUET, perpulchris circa cantharidem observationibus hoc decrevit, nec viridi principio, nec nigro insolubili, neque luteo quod in aqua vel alcoholo solubile, vim vesicantem inesse, sed principio cuidam, ut aiunt, *sui generis*, quod, candidum et crystallinum, aqua nequaquam solvit; solvunt alcohol fervidum, æther, oleum. Huic nomen cantharidina. Cantharidi inesse præterea phosphates e calce, e magnesia, aliquantulum acidi tum acetici, tum urici, sed prioris minus. Uricum tamen deest, si vetus cantharis est. Videtur alis præcipue inesse vis. Unde Nostras aptissime:

Meurs, il le faut, meurs! ô toi qui recèles
Des dons putassans à la volupté chers:
Rends à l'amour tous les feux que tes ailes
Ont à ce dieu dérobé dans les airs.

Cæterum dubitare jure potes utrum nostra vere cantharis, *C. vesicatoria*, Geof. S. H. *Lytta vesicatoria*, Fabr. (*Meloe vesicatorius*), Nostro et antiquis nota fuerit, dum huic elytra dant, quæ lineæ luteæ oblique distinguunt; quod magis *Mylabro cichoreæ* convenit: sed ille eadem prope habet virtutes quas *Lytta*. AJ.

8. In spongia maxime cynorrhodi. De cynorrhodi spongia diximus lib. XXIV, cap. 74, et lib. XXV, cap. 6. HARD.

in alba rosa, minus efficaces. Potentissimæ⁹ inter omnes variæ, luteis lineis, quas in pennis transversas habent, multum pingues: inertiores minutæ, latæ, pilosæ: inutilissimæ vero, unius coloris, macræque. Conduuntur¹⁰ in calice fictili non picato¹¹, et linteo colligato, congestæ rosa matura, et suspenduntur super acetum cum sale fervens, donec per linteolum vaporentur¹², postea rep³nuntur. Vis¹³ earum adurere corpus, crustas obducere. Eadem pityocampis¹⁴, in picea nascentibus: eadem buprestis, similiterque præparantur. Efficacissimæ¹⁵ omnes ad lepras lichenasque dicuntur¹⁶ et menses ciere et urinam. Ideo¹⁷ Hippocrates et hydropicis dabit¹⁸. Cantharides objectæ sunt¹⁹ Catoni Uticensi, ceu venenum ven-

9. *Potentissima.* Hæc totidem verbis Dioscorides, lib. II, cap. 65: HARD.

10. *Conduuntur.* Dioscorides totidem verbis, et Galenus fere, locis citatis. HARD.

11. *Non picato.* Ἀκόνιτον vocat Dioscorides, τὸ μὴ κεκονισμένον ἄς βαλῶ, inquit, εἰς ἀκόνιτον ἀγγεῖον, etc. Alias ἀπισσον vocat, de thalasso melite tractans, lib. V, cap. 16, quod contrarium est τῷ πιπισσωμένῳ. DALEC.

12. *Vaporentur.* Vapore aceti ferventis necentur. Dioscorides: Ἄτμῳ ζέοντος ὄξους δριμυτάτου. . . ἕως ἂν πνιγῶσι. HARD.

13. *Vis.* Dioscorid. lib. II, cap. 66. HARD.

14. *Eadem pityocampis.* Vis eadem inest et pityocampis. Totidem verbis Diosc. loc. cit. Pityocampis alii pinorum erucas vocant: Plinius, picearum: scilicet πίτυς ipsi picea est, ut sæpe monuimus lib. XVI. Gallis, *chenille de pin.* Bupre-

stin genus esse cantharidis, virosi gustus et odoris, scribit Aetius, serm. 13, cap. 50, pag. 262, βούπρηστις et βουπρήστις. HARD.

15. *Efficacissima.* Dioscorides, loc. cit. et Marc. Emp. cap. XIX, p. 129. HARD.

16. *Dicuntur.* Dioscorides, loc. cit. HARD.

17. *Ideo.* Libro de victu in morbis ac. t. 104: Πόμα ὑδρωπιῶντι· Κανθάριδας τρεῖς, ἀφελὼν τὴν κεφαλὴν ἐκάστης, καὶ πόδας, καὶ περὰ, τρίψας ἐν τρισὶ κυάθοις ὕδατος τὰ σώματα, etc. HARD.

18. *Hippocrates et hydropicis dabit.* Lib. IV rationis victus in morbis acutis. DALEC.

19. *Cantharides objectæ sunt,* etc. Hoc est, hoc exprobratum; hoc vitio Catoni datum est, quod canth. vendidisset. Respexit ad hanc materiam Seneca, lib. VI, cont. 4: « Venenum Cato vendidit: quærite an proscripto licuerit emere, quod licuit Catoni vendere. » DALEC.

didisset in auctione regia²⁰, quoniam eas sestertius²¹ LX addixerat. Et sevum autem²² struthiocamelinum tunc venisse sestertius²³ xxx obiter dictum sit, efficacioris ad omnia usus, quam est adeps anserinus.

XXXI. Diximus¹ et mellis venenati genera: contra quod utuntur melle, in quo apes sint mortuæ. Idem potum in vino, remedium est vitiorum, quæ e cibo piscium gignuntur.

XXXII. In canis rabiosi¹ morsu tuetur a pavore aquæ, capitis canini cinis illitus vulneri. Oportet autem comburi omnia eodem modo, ut semel dicamus, in vase fictili novo, argilla circumlito, atque ita in furnum indito. Idem et in potione proficit. Quidam ob id² edendum dederunt. Aliqui et vermem³ e cadavere canino adalligavere: menstruave canis in panno subdidere⁴ calici, aut

20. *In auctione regia.* In auctione bonorum Ptolemæi, regis Cypri, de qua Plutarchus in Catone minore, pag. 177. HARD.

21. *Sestertiis LX.* Sive, ut planior res fiat, sestertium sexaginta millibus: gallicæ monetarum 11,000 fr. Aſ.

22. *Et sevum autem.* Struthionis sevum ad multa esse medicamenta utile, etiam Phile prodidit, de Anim. Propriet. 28, πολλῶν ὀθυνῶν φάρμακον. HARD.

23. *Tunc venisse sestertiis.* In singulas libras. DAL.—*Sestertiis XXX.* Sive sestertium millibus triginta: monetæ gallicæ libris 5500. Hæc sevi illius indicatio seu æstimatio fuisse videtur in singulas libras. H.

XXXI. 1. *Diximus.* Lib. XXI, cap. 44, sq. HARD.

XXXII. 1. *In canis rabiosi.* Sext. Plat. cap. 1x, tit. 20 de cane, et Plin. Val. III, 50, ad verbum. H.

2. *Quidam ob id edendum.* Ita libri omnes, etiam MSS. Interpolatoris eujuspiam conjectura est futilis, quam Dalecamp. ex vetusto nescio quo exemplari affert: «quam ob id bibendum.» Nam reclamant præterea auctores vetusti: Plinius Val. lib. III, cap. 50: «Cinis capitis canini, inquit, illitus abigit aquæ pavorem: aut caput canis devoratum.» Sext. Platon. cap. 1x de cane, tit. 20 ad canis rabidi morsus: «Caput rabidi canis et jecur coctum dato ei qui morsus fuerit, sanat.» HARD.

3. *Aliqui et vermem.* Plin. Val. loc. cit. Sext. Plat. de cane, cap. 1x, tit. 21 ad canis rabidi morsus: «Vermiculus canis mortui in collo suspensus sanat.» H. — Quin et quibusdam placuit sal depuratum canis rabidi! Aſ.

4. *Subdidere.* In quo bibiturus æger. Sic libri omnes, etiam MSS.

intus ipsius caudæ pilos combustos insuere vulnere. Cor⁵
 2 caninum habentem fugiunt canes. Non latrant vero⁶, lin-
 gua canina in calceamento subdita pollicis : aut caudam
 mustelæ⁷, quæ abscissa dimissa sit, habentes. Est limus
 salivæ⁸ sub lingua rabiosi canis, qui datus in potu, fieri
 hydrophobos⁹ non patitur. Multo¹⁰ tamen utilissime jecur
 ejus, qui in rabie momorderit, datur, si possit fieri, crudum
 mandendum : si minus, quoquo modo coctum, aut jus
 3 coctis carnibus. Est vermiculus in lingua canum¹¹, qui
 vocatur a Græcis¹² lytta; quo exempto infantibus catulis;

5. *Cor. Sext. Plat. de cane, cap. 1x, tit. 27, ne canes sint molesti : « Cor canis si quis secum habuerit, canes ei molesti non erunt. » H.*

6. *Non latrant vero.* Hanc vim denti quoque Habdarrhamanus adscribit, cap. xxvi, p. 105 : « Dentem canis qui caninus dicitur, si quis appendet ex brachio, et inter canes transibit interdium, vel noctu, nequaquam in eum latrabunt. » HARD.

7. *Aut caudam mustelæ.* Quæ viva dimissa sit, post abscissem caudam. Ælian. Hist. Anim. lib. IX, cap. 55. HARD.

8. *Est limus salivæ.* Totidem verbis Plin. Val. lib. III, cap. 50. H.

9. *Hydrophobos.* Ἰδροφόβος, aquas metuentes. De hac insanabili lue diximus lib. VII, cap. 63. Cæl. Aurel. lib. III, cap. 9, *aquifugas* dixit : glossæ *lymphatos*. Synonymiæ exterræ : *cynolysson* Cæl. Aur. *phobodipson* id. vulg. *aerophobia*, *panophobia*, vel *pantophobia*, *cynanthropia*, *brachypotia*; *angina spasmodica* Fothergill, *rabies furiosa* Bosquill. *toxicosis rabica* BAUMES, *tetanus rabicus* Girard. Theod. Prisc. lib.

II, part. 1, cap. 8 : « Hydrophobicorum causam aliqui ex morsu canis rabiosi, aliqui ex serpentium venire asseverant. . . Aerem serene, veluti pluviosum perhorrescunt. Vitare etiam bibendi consuetudinem tentant, etc. » H. et A.

10. *Multo tamen utilissime.* Diosc. lib. II, cap. 49 : Κυνὸς λυσσῶντος ἵππαρ βιβρωσκόμενον ἐπιτὴν ὑπὸ τῶν ἀγθέντων ὑπ' αὐτῶ, ἀπειριπτότους ὑδροφοβίας τῆρσιν πιστεύεται. Galen. item de fac. simpl. Med. lib. IX, cap. 1, pag. 299. Sic etiam totidem verbis Plin. Val. loc. cit. HARD.

11. *Est vermiculus in lingua canum, qui vocatur a Græcis lytta.* Olin *lytra*.

12. *A Græcis.* Sic MSS. omnes, et Parmens. editio, alimque fere. Quum affectus canum λύσσα vel λύττα sit, hoc est, rabies : etiam vermiculo ei, quo rabiem hanc concitari putant, id nomen fuit. Grattius in Cyneg. « Namque subito nodis qua lingua tenacibus hæret, Vermiculum dixere, mala atque incondita pestis. » H. — Nullus h. l. vermiculus; sed videntur ad linguæ frenum existere (ni fallitur

nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Idem ter igni circumlatus¹³, datur morsis a rabioso, ne rabidi fiant. Et cerebello gallinaceo occurritur. Sed id devoratum anno tantum eo prodest¹⁴. Aiunt¹⁵ et cristam galli contritam efficaciter imponi, et anseris adipem cum melle. Saliuntur¹⁶ et carnes eorum, qui rabidi fuerunt, ad eadem remedia in cibo dandæ. Quin¹⁷ et necantur catuli statim in aqua, ad sexum ejus¹⁸ qui momorderit, ut jecur crudum devoretur ex iis. Prodest¹⁹ et fimum gallinaceum, dumtaxat rufum, ex aceto impositum: et muris aranei caudæ cinis, ita ut ipse, cui abscissa sit, vivus dimittatur: glebula²⁰ ex hirundinum nido illita ex aceto: vel pulli hirundinis combusti: membrana sive senectus anguium, vernatione²¹ exuta, cum cancro masculo ex vino trita. Nam etiam per se reposita in arcis armariisque, tineas necat. Tanta vis mali est, ut urina quoque calcata rabiosi canis noceat, maxime hulcus habentibus. Remedio est fimum caballinum adpersum aceto, et calfactum in fico impositum. Minus hoc miretur, qui cogitet, lapidem a cane morsum,

Ant. MAR. SALVATORI, medicus Petropoli, epist. ad MORRICINI, profess. romanum; cf. Diar. univ. sc. medic. sept. 1819) pustulæ albidæ quæ sponte post tredecim dies rumpuntur; at hi, qui hoc observare (Inc. in Russic. prov. Poltava), nono die eas rumpunt, ejiciente ægro diligentissime humorem et τὸ ἴχθῦρ quod solum morbi causa ibi esse fertur. AJ.

13. *Idem ter igni circumlatus.* Sext. Plat. de cane, cap. IX, tit 8 ad morsus rabidi canis. HARD.

14. *Anno tantum eo prodest.* Annua vis medicamenti, ut et vermiculorum phalangii lanuginosi, cap. 4 hujus libri. DALEC.

15. *Aiunt.* Plin. Val. ad verbum lib. III, cap. 50. HARD.

16. *Saliuntur.* Plin. Val. l. c. H.

17. *Quin et catuli necantur.* Idem verbis Plin. Val. loc. cit. H.

18. *Ad sexum ejus.* Pro ratione sexus canis illius qui momorderit: nam si femina fuerit, et feminei pariter generis catulus necandus: si masculus contra, et mas catellus. H.

19. *Prodest.* Plin. Val. l. c. H.

20. *Glebula.* Plin. Valer. loco citato. HARD.

21. *Vernatione.* Membrana, quam angues verno tempore exuerunt. Vernatio non ipsum hic corium vetus, quo serpentes exuuntur, sed corii, seu membranæ, verno tem-

usque in proverbium discordiæ venisse²². Qui in urinam canis suam egresserit, torporem lumborum sentire dicunt. Lacerta²³, quam hi sepa, alii chalcidicen²⁴ vocant, in vino pota morsus suos sanat.

pore abjectio. Cap. 35, ipsum curium est. HARD.

22. In proverbium discordia venisse. Vetus proverbium est, κύνων εἰς τὸν λίθον ἀγανακτοῦσα, « canis in lapidem sæviens : » in eos qui mali causam auctori non imputant, ut si quis iracundiæ vitium juventæ, non stultitiæ tribuat. Plato, l. V de Republ. eos qui cæcos spoliant, facere ut canes ait, in lapidem sævientes, omisso eo qui jecit. Pacuvius in armorum iudicio, « Canis quum percussus est lapide, non tam illum qui se icit, quam eum ipsum lapidem quo icta est, petit. » Erasmus. In opinione vulgi fuit, quibus in ædibus esset lapis a cane morsus, discordia, et intestinis dissensionibus omnia perturbari. Itaque si quando viderent una habitantes discordes, rixisque et jurgiis inter se discrepantes et tumultuantes, lapidem a cane morsum in ea domo familiaque esse dicebant. DALB. — In proverbium. Fortassis ita dicitabant in hominem conviciatorem ac rixosum : « Hic lapidem calcavit a cane morsum. » Vide Erasmus Chiliad. IV, cent. 5, ad. 25. HARD.

23. Lacerta. Scholiast. Nicandri in Ther. pag. 37 : Ἡ δὲ σήψ ὁμοία ἐστὶ τῇ σαύρα · καλεῖται δὲ καὶ χαλκίς. ἔχει δὲ ἐπὶ τοῦ νότου χαλκίζούσας ῥάβδους · ἐστὶ δὲ ὀκτὼ παλαιῶν. Σήψ δὲ καλεῖται, παρὰ τὸ σήπειν τοὺς πληγέντας. Γίνεται δὲ ἐν Συρίᾳ καὶ Λιβύῃ, καὶ Κύπρῳ, καὶ διατρίβει ἐν

πέτρας. Genus igitur lacertæ est his regionibus incognitum. HARD. — Herpeti genus de quo ambigitur, dum saurium hi asseverant, hi ophidium. Nos, cum plerisque, e sauriis esse credimus, nec dissentit Noster. Chalcidice, ut patet, propterea dictus est, quod nitore quasi metallico corporea lorica exsplendescit. Seps a græco σίσηπα, quasi virus effunderet, quo cuncta repente putrescerent. Ælian. lib. XVI, cap. 40 : Ἐκ τούτων οὖν πατάξαν τὸ θηρίον, εἶτα ἀφήσει τὸν ἰόν· σήπει δὲ παραχρῆμα καὶ ἀναίρει τάχιστα. Rem falsissimam esse commonstraverunt SAUVAGES, et Fr. SERTI, si, ut placet, cum tridactylo saurio idem censendus est. Sed in Sardinia nunc quoque creditur vulnus inferre lethificum equabus : huic ibi nomen Cicigna. Hodiernus seps (nam hoc nomine etiam præter antiquum sepa designatur) est sauriorum urobænorum. Characteres : brevissimi pedes quatuor, squammarum imbricatio, corpus prælongum, orvetino simillimum. Quatuor præcipue norunt, pentadactylum nempe, tetradactylum, tridactylum et monodactylum. A.

24. Chalcidicen. Sic MSS. omnes. Et Dioscorid. lib. II, cap. 70 : Σήψ, ἣν ἐνίοι σαύραν ἐκάλεσαν Χαλκιδικὴν, ἐν οἴνῳ ποθεῖσα τοὺς ὑπ' αὐτῆς δηχθέντας ἰάται. Et qui Dioscoridem totidem verbis exscripsit Galenus de fac. simpl. Med. lib. XI, cap. 1, pag. 314. HARD.

am
nt.
in

XXXIII. Veneficiis¹ ex mustela² silvestri factis, contrarium est jus gallinacei veteris large haustum : peculiariter contra aconitum, addi parum salis oportet. Gallinarum³ fimum dumtaxat candidum, in hyssopo decoctum, aut mulso contra venena fungorum⁴ boletorumque: item inflationes, ac strangulationes : quod miremur, quum si aliud animal gustaverit⁵ id fimum, torminibus et inflationibus afficiatur. Sanguis⁶ anserinus contra lepores marinos valet, cum olei æqua portione. Item contra mala⁷ medicamenta omnia asservatur cum Lemnia rubrica et spinæ albæ succo, pastillorum drachmis quinque, qui in cyathis ternis aquæ bibantur : item mustelæ⁷ catulus, ut supra diximus⁸, præparatus. Coagulum⁹ quoque agninum adversus omnia mala medicamenta pollet : item¹⁰ sanguis anatum Ponticarum¹¹. Itaque et spissatus servatur, vinoque diluitur. Quidam feminæ anatis efficaciorum putant. 3

XXXIII. 1. *Veneficiis.* Venenis ex illius felle paratis, ut dictum est cap. 16. HARD.

2. *Ex mustela.* Ex illius felle, quod efficax est contra aspides, cætero venenum. Supra cap. 4 hujus libri. DALEC.

3. *Gallarum.* Hoc bibi cum posca, οὖν δὲ ξυρπᾶτο, jubet Dioscorid. in Alex. cap. 23, adversus fungorum venenum. Cum melle lib. IV, cap. 83. HARD.

4. *Venena fungorum boletorumque astringit.* In scripto codice, « contra venena fungorum boletorumque. » Nam verbum *astringit*, superfluit. ΠΙΣΤ.

5. *Quum si aliud animal gustaverit.* Colum. de R. R. lib. VI, cap. 5 : « Cavendum est, ne ad præsepia boum sus aut gallina perrepat : nam hoc quod decidit, immixtum pa-

bulo, bubus affert necem. » HARD.

6. *Sanguis.* Sic Dioscor. in Alex. cap. 30. Calentem cum passo propinat Aetius, serm. XIII, cap. 53, pag. 263. Plin. Valer. hunc locum expressit totidem verbis, lib. III, cap. 53. HARD.

7. *Mustelæ catulus.* In fictili novo crematus, ut dictum est initio hujus capituli. DALEC.

8. *Ut supra diximus.* Cap. 16. H.

9. *Coagulum.* Totidem verbis Plin. Val. lib. III, cap. 53. HARD.

10. *Item sanguis.* Plin. Val. loc. cit. Auctor Kiranidum, pag. 126 : « Anatis sanguis calidus, aut siccus, cum vino bibitus, salvat bibentem ab omni veneno, et eos qui a vipera morsi sunt, sanat. » HARD.

11. *Anatum Ponticarum.* Quæ scilicet multis medicatis herbis pascuntur. DALEC.

Simili modo contra venena omnia, ciconiarum¹² ventriculus valet, coagulum pecoris. Jus ex carne arietum¹³ privatim adversus cantharidas : item lac ovium calidum, præterque iis qui buprestin aut acotinum biberint¹⁴. Columbarum silvestrium fimum privatim contra argenti vivi potum. Contra¹⁵ toxica, mustela vulgaris inveterata, binis drachmis pota.

XXXIV. Alopecias replet fimi pecudum cinis cum oleo Cyprino et melle : item unguularum muli¹ vel mulæ ex oleo myrteo. Præterea (ut² Varro noster tradit) murinum³ fimum, quod item muscerdas appellat⁴. Et

12. *Ciconiarum*. Plin. Valer. l. c. Auctor Kiranidum, p. 129, hanc vim contra venena omnia echino adjudicat, hoc est, interiori membræ ventriculi ciconiæ. HARD.

13. *Caulis jus ex carne arietum*. Verbum *caulis* desideratur in vestuto exemplari. PINT. — *Jus*, etc. Aetius, serm. XIII, cap. 49, pag. 262, ad eos qui cantharidas hauserunt : « Danda etiam jura pingua porcina, aut ovilla, aut anserina : carnes etiam agninæ, etc. » Scrib. Larg. comp. 189, ad cantharidas : « Adjuvat bene et jus pingue agninum, etc. » HARD.

14. *Præterquam his qui buprestin aut aconitum biberint*. Scrib. « Præterque his qui buprestin aut aconitum biberint, » tum ex antiquo codice, tum etiam ex Dioscoride qui lib. VI prodesse lac adversus utrumque venenum tradit. PINT. — *Præterque*, etc. Prætereaque iis qui buprestin hauserint. His vero eadem medicamenta scribit Dioscorid. in Alexiph. cap. III, quæ sunt iis accommodata, quibus exhibitæ cantharides fuerint. Sic porro MSS.

omnes habent : non, ut editi libri, præterquam, contra scriptoris mentem. HARD.

15. *Contra toxica*. Plin. Valer. ad verbum, lib. III, cap. 53. HARD.

XXXIV. 1. *Item unguularum muli*. Ungulas asini ad alopecias commendat Aetius, lib. VI, cap. 55, pag. 232. Muli jecur, Sext. Plat. cap. xv de mula, vel burdone, tit. 4. HARD.

2. *Ut Varro noster tradit*. Sic R. 1. At in R. a sincerius, « ut Varro narrat. » HARD.

3. *Murinum*. Varroni subscribunt Aetius loc. cit. Alex. Iatr. lib. I, c. 4, et Galen. de Ther. ad Pis. cap. IX, pag. 942. Marc. Emp. cap. vi, pag. 45 : « Stercus murinum cum aceto tritum ad alopecias unctas, etc. » HARD.

4. *Muscerdas appellat*. Suum, boum, murium stercus, sucerda, bucerda, muscerda, atque adeo hominis, homerda priscis dictum est, ἀπὸ τοῦ ἀμάρδαιον, τοῦτ' ἐστὶ τὸ ἀφαιρίζαι, dicta hæc volunt, quod stercus præ fæditate amoveatur a conspectu. In veteri Glossario, ro-

muscarum capita⁵ recentia, prius folio ficulneo⁶ asperatas. Alii sanguine muscarum utuntur. Alii decem diebus cinerem earum illinunt cum cinere chartæ, vel nucum, ita ut sit tertia pars e muscis. Alii lacte mulierum cum brassica cinerem muscarum subigunt, quidam melle tantum⁷. Nullum animal minus docile existimatur, minorisve intellectus: eo mirabilius est. Olympiæ⁸ sacro certamine, nubes earum immolato tauro, Deo quem Myio-

tunda stercora *strunti* et *σπιλίθου* vocantur. *DALÉC.*—*Muscaldas*, etc. Merda, inquit Vossius in Etymol. generale est nomen. Usus eo Horatius. Specialia sunt, *muscerda*, quo murium stercus signari ait Festus: *sucerdas* stercus suillum. Unde in Glossis *sucerdas χοιρία κόπρος*. Similia sunt *capricerda*, *bucerdas*, atque adeo *homerda*. Vide ibi plura. H.

5. *Et muscarum capita*. Marc. Emp. c. VI, pag. 46: « Muscarum capita combusta, et cum melle trita, capitique illita, mire alopecias tollunt. » Theod. Prisc. I, 2, de capillis cadentibus: « Capita muscarum cum melle contrita, par beneficium faciunt in continendo capillo: ut capilli, etiam post combustionem exeant, si fieri velis. » HARD.

6. *Prius folio ficulneo asperatas*. Prius folio ficus perfricatas paulo asperius alopecias sanat. Aetius I. c. « Alopecia prius linteo perfricata, deinde levi scarificatione, aut cæpis aut ficulnæ foliis irritata, medicamentum cum frictione illines, etc. » Prisc. loc. cit. « Ficus folia sicca tundes, et cribellabis: et ex eo pulvere loca confricabis, etc. » HARD.

7. *Quidam melle tantum*. Quos

Plin. Val. et Marc. Prisc. ante laudati, sequuti sunt. HARD.

8. *Olympiæ*. Apud Eleos Olympia est, ut in geographicis vidimus, lib. IV, cap. 6. HARD.—*Sicælianus*. lib. V, cap. 17: Αἱ μυῖαι αἱ Πισσίδεις, κατὰ τὴν τῶν Ὀλυμπίων ἱερτὴν, ὡς ἂν εἴποις, σπίνδονται καὶ τοῖς ἀπικνουμένοις καὶ τοῖς ἐπιχωρίοις. Ἰαριῶν γοῦν καταθυομένων τροσούτων, καὶ αἵματος ἐκχομένου, καὶ κρημαμένων κρεῶν, αἷδε ἀφανίζονται ἐκούσαι, καὶ τοῦ γε Ἀλφειοῦ περαιοῦνται ἐς τὴν ἀντιπέραν ὄχθην. Καὶ εἰκόσασι τῶν γυναικῶν τῶν ἐπιχωρίων διαλλάττειν οὐδὲ ὀλίγον, εἰ μὴ ἄρα τι ἐγκρατίστειραι αἱ μυῖαι ἐκείναι τῶν γυναικῶν ὁμολογούνται τοῖς ἔργοις· τὰς μὲν γὰρ ὁ τῆς ἀγωνίας, καὶ τῆς κατ' αὐτὴν σέφροσύνης νόμος θάνατοι τὰς γυναῖκας· αἱ δὲ μυῖαι ἐκούσαι τοῖς ἱεροῖς ἀφίστανται, καὶ ἐν μὲν ταῖς ἱεραurgiῖαις καὶ παρὰ τὸν τῶν ἄθλων χρόνον τὸν νενομισμένον ἐκούσαι ἀπαλλάττονται. Αὐτοὶ δ' ἀγῶν, αἱ δὲ ἐπιδημεῖσιν ὡσπεροῦν καθόδου τυχεῖσαι ψηφίσμασι φυγάδες, εἶτα ἐπιφύουσιν εἰς τὴν Ἠλίαν αἱ μυῖαι ἀδεις ὡς αἱ γυναῖκες. Cf. item XI, 8, ubi in Apollinis templo, si fabulæ fidem adhibueris, postquam carniū parte sua donatæ sunt muscæ, abscedunt, non ante reversuræ, quam sacra peracta fuerint. A.

dem vocant⁹, extra territorium id abire. Alopecias¹ e murium capitibus, caudisque, et totius muris, dat : præcipue si veneficio acciderit hæc injuria. herinacei cinis¹¹ cum melle, aut corium combustum pice liquida. Caput¹² quidem ejus ustum per se, cicatricibus pilos reddit. Alopecias autem in ea cur præparari oportet novacula, et sinapi¹³. Quidam ex

9. *Quem Myiodem vocant.* Levis-
simis de causis talia cognomina diis
tributa, ut Herculi Conopionos et
Ipoctoni : Apollini, Erythibii,
Sminthi, Pornopionos. Vid. Rhodig.
lib. VI, cap. 7. Myiagrus autem
hic deus dicitur lib. X, cap. 28.
Morem ejus sacrificii ab Hercule
profectum narrant, qui quum in
Olympia rem sacram diis faceret,
muscarum infesta multitudine, Jo-
vi ἀπομύσας sacris factis, ultra Al-
pheum illas abegit. Ex hac historia
μύσθη, sive ἀπόμυον θέν, Jovem
fuisse intelligimus. Apud Pausa-
niam, lib. VIII, nundinis, quæ ad
Alipheram Arcadiæ celebrantur,
heroi Myiagro res divina fit ho-
stiis, ut ejus implorato numine,
inter immolandum a muscarum
protervia tuti sint. Herculis qui-
dem sacellum, quod in foro Boario
fuit, muscæ non ingrediebantur.
Invocabant et Cyrenenses Achor-
em, vel ut Nazianzenus ait, Aca-
ron muscarum deum, protinus ab-
eunte eo tædio. Nam in Actio tem-
plo Apollinis, quum pænegyris sacra
et salutationes in honorem dei fiunt,
muscis bos immolatur, cujus cruo-
re διασθῆσαι, placatæ et saturæ
evanescent et aufugiunt. Rhodig.
lib. XXIII, c. 30; Alex. ab Alex.
lib. I, cap. 13. Lepide Plautus in

Mercatore, muscam curio-
ploratorem vocat, « Nequ
abdidi, abscondidi, abstru
bebam; Musca est meus pat
potest clam illum haberi. »
— *Myiodem.* Μυιόδης græce
qui et Μυίαγρος, de quo v
diximus lib. X, cap. 40.
Ælian. Hist. lib. V, cap. 1
10. *Alopecias.* Auctor
dum, pag. 86 : « Muris cap
bure, cum adipe porcino,
sino, et cinerem tere, et
alopeciam, et sanabitur. »
item de Ther. ad Pis. cap.
947. HARD.

11. *Item herinacei cinis.* I
idem fere verbis Phile de
Anim. p. 108 : Τού γούν έχ
σποδόν κεκαυμένου Πίττη νε
τεθῆσαν εἰς χρίσιν, Φέιν ἐ
ψολίς φασίν τρίχας. Et Alex
I, cap. 4 : « Et echini cher
est, terrestris herinacei) c
pice liquida admixtus ster
pri, capillos generat, et nit
illinitus. » Item Marc. Em
pag. 46. HARD.

12. *Caput.* Marc. Emp.
tato. HARD.

13. *Et sinapi.* Quo ad 1
usque fricetur cutis capitis
— *Et sinapi.* Quo caput a
fricetur. Pro sinapi cæpan

uti maluerunt. Quæ de herinaceo dicuntur, omnia tanto, magis valebunt in hystrice¹⁴. Lacertæ quoque, ut docuimus¹⁵, combustæ, cum radice recentis arundinis¹⁶, quæ ut una cremari possit minutim findenda est: ita myrteo oleo permixto cineres capillorum defluvia continent. Efficacius virides lacertæ omnia eadem præstant. Etiamnum utilius admixto sale, et adipe ursino, et cæpa tusa. Quidam denas virides in decem sextariis olei veteris discoquunt, contenti semel in mense ungeri. Pellium¹⁷ viperinarum cinis, alopecias celerrime explet: item gallinarum fimum¹⁸ recens illitum. Corvi¹⁹ ovum in æreo vase permixtum²⁰ illitum- 4 que deraso capite nigritiam capilli affert: sed donec inarescat, oleum in ore habendum est, ne et dentes simul nigrescant. Idque in umbra faciendum, neque ante quadrimum abluendum. Alii sanguine et cerebro ejus utuntur cum vino nigro. Alii excoquunt ipsum, et nocte in

mam Marc. Emp. adhibet, c. vi, pag. 45. HARD.

14. *In hystrice.* Est enim hystrix Africanus herinaceus. DALEC.— *In hystrice.* Est enim hystrix silvestre herinaceorum genus, lib. VIII, c. 53: « Amplior vero in medico usu potentia est feris ejusdem generis, » ut Plinius admonet cap. 42. H.

15. *Ut docuimus.* Eo modo combustæ quo docuimus comburi oportere cap. 32. HARD.

16. *Cum radice recentis arundinis.* Radicem arundinis addit Aetius, lib. VI, cap. 55, pag. 232, in medicamenta ad alopecias. HARD.

17. *Pellium.* Marc. Emp. cap. vi, pag. 46, et Plin. Val. lib. I, cap. 6. HARD.

18. *Item gallinarum fimum.* Marc. Emp. cap. vi, p. 45, et Plin. Val. lib. I, cap. 7. HARD.

19. *Corvi.* Manuel Phile, totidem

fere verbis de Anim. Propr. pag. 30: Πλὴν τοῦτο πιστὸν, ὡς μελαίνει τὰς τριχὰς τοῦ κόρακος ὡς συντελεῖν τῇ μυρσίην. Χρὴ μὲν γὰρ, βασιλεῦ, τὸν δολοῦντα τὴν κόμην, Μύσαντα τῷ ῥόματι τότε συνέχιν στίαρ, Μὴ καὶ τὸ λευκὸν τῶν ὀδόντων αὐτίκα Τραπίν μελανθῆ, τῆς βαφῆς προηγμένης. « Sed hoc fide dignum, quod ova ejus pilos Permixa myrto denigrant. At qui suas Adulterat tali comas medicamine, adipem ore contineat oportet, ne simul Nigrescat album dentium cum crinibus, Infectione hac contrahens nigredinem. » Sic etiam ad verbum Ælianus, Hist. Anim. l. I, cap. 48; Marc. Emp. cap. vi, pag. 46; Sext. Plat. part. 2, cap. vi de corvo. Theod. Pric. lib. IV: « Sane sub hora infectionis, oleum intra os habendum est, ne dentes nigrentur. » HARD.

20. *Permistum.* Agitatum. H.

concupia²¹ in plumbeum vas condunt. Aliqui alo
cantharide trita illinunt cum pice liquida, nitro præ
cute. Caustica²² vis earum, cavendumque ne exhul
alte. Postea ad hulcera ita facta, capita murium,
murium, et fimum, cum elleboro et pipere illini jul

XXXV. Lendes tolluntur adipe canino, vel ang
in cibo sumptis anguillarum modo: aut vernatione e
quam exuunt, pota. Porrigines¹ felle ovillo cum
Cimolia, linito capite, donec inarescat.

XXXVI. Capitis doloribus¹ remedio sunt cochle
quæ nudæ inveniuntur nondum² peractæ³, ablata c
ex his lapidea duritia exempta: est autem calculi
dine: quæ adalligantur, et minutæ fronti illinuntur
Item æsypum⁴: ossa⁵ e capite vulturis adalligat
cerebrum⁶ cum oleo et cedria peruncto capite et

21. *Concupia*. Intempesta, quom
omnes cubant, vel concumbunt. Vox
hæc etiam Tullio nota. Græci di
cunt, νυκτός ἀκμαζούσης. De in
dubitamus vehementer an sit e
manu Plinii. HARD. et ED.

22. *Caustica*. Iisdem fere verbis
Diosc. II, 69. HARD.

XXXV. 1. *Porrigines*. Hæc mihi
potior lectio visa est, Reg. 1 cod.
auctoritate stabilita, quam Chiff.
aut R. 2, in quibus *pruriges* scri
bitur. Quamquam et his posterior
ibus exemplaribus suffragantur au
ctores duo, sed non diligentissime
omni ex parte castigati. Marc.
Emp. IV, pag. 40: « Pruriges ca
pitis discutit fel ovillum cum creta
Cimolia, donec arescat: mirum
est. » Totidemque verbis Plin.
Val. lib. I, cap. 4. Sed *porrigines*
utrobique scribi censemur oport
ere. HARD.

XXXVI. 1. *Capitis doloribus*.

Q. Seren. de medendo
« Profuit et cochleis front
ctare relectis: » vel, ut alii
tractare minutis. DALRÇ.

2. *Nondum*. Nondum pla
formatæ et sine testa. HARD

3. *Peractæ*. Perfectæ
sua magnitudine absolutæ.

4. *Item æsypum*. Sic totic
ne apicibus syllabisque Reg
Prius legebatur, « Item ægy
e capite, aut vulturis. » At
vocula aut a libris omnibus
tivis. OEÿpum et in alii
medicinis sequente capite
tur. HARD.

5. *Ossa*. Plin. Val. lib. I,
jus lemma est, Capitis ægr
et medela: « Ossa de capitu
ris, inquit, sub collo alliga
dest. » HARD.

6. *Aut cerebrum*. Sic Re
alii: non ut libri editi, c
cedrino. Sic etiam Marc. ED

naribus illitis. Cornicis⁷ cerebrum coctum, in cibo sumptum, vel noctuæ, idem præstat: gallinaceusque⁸ si inclusus abstinence die ac nocte, pari inedia ejus qui doleat, evulsis collo plumis circumligatisque, vel cristis: mustelæ cinis illitus: surculus⁹ ex nido milvi pulvino subjectus: murina¹⁰ pellis cremata ex aceto illito cinere. Limacis¹¹ inter duas orbitas inventæ ossiculum per aurem cum ebore trajectum¹², vel in pellicula canina adalligatum: quod remedium pluribus semperque prodest. Fracto¹³ capiti aranei tela ex oleo et aceto imposita, non nisi vulnere sanato, abscedit. Hæc et vulneribus tonstrinarum¹⁴ sanguinem sistit. A cerebro vero profluentem, anseris sanguis aut anatis infusus; adepsque earumdem alitum cum rosaceo. Cochleæ¹⁵ matutino pascentis arundine caput

1, pag. 36 ad verbum. Tamen *cum oleo cedrino*, Sext. Plat. part. 2, c. 11 de vulture, tit. 2 ad capitis dolorem. Theod. Prisc. IV, de vulturis cerebro, mixto oleo perunctum caput: hoc tantum. HARD.

7. *Cornicis*. Totidem verbis Marcell. Emp. l. c. HARD.

8. *Gallinaceusque*. Plin. Val. l. I, c. 1 ad verbum, et Marc. Emp. l. c. HARD.

9. *Surculus*. Plin. Val. et Marc. Emp. ll. cc. HARD.

10. *Murina*. Et hoc Plinii loco, Plin. alter Valer. lib. I, cap. 1, et Marc. Emp. cap. 1, pag. 36, sunt corrigendi: quum in libris editis apud utrumque legatur, *Murenarum pellium*, pro *murinarum*: nequedum enim de piscibus, aed de terrestrium animalium medicinis tractatio nunc instituitur. HARD.

11. *Limacis*. Calculum vocat Marcell. Emp. cap. 1, p. 34: «Limaci, inquit, calculum quem in capite ha-

bet, tolle: quod non facile facies, nisi ei dum in via repit, caput subito abscederis: quem lapidem, quam diu tecum habueris, nunquam ullum dolorem capitis senties.» HARD.

12. *Per aurem cum ebore trajectum*. Legendum forte, «Per aurem ut ellobion trajectum, » vel, si mavis, «per aurium lobon trajectum; » nam in antiquo codice *aurum*, non *aurem*, legitur. Significat autem *ellobion* in aures, et *lobos* extremam partem aurium. PIET.

13. *Fracto*. Plin. Val. lib. I, c. 1, et Marc. Emp. c. 1, p. 36. H.

14. *Vulneribus tonstrinarum*. Quæ in tonsorum officinis recentia tractantur, vel tondendo radendoque fiunt. DALZC.

15. *Cochleæ*. In libris adhuc vulgatis: «Adepsque... cum rosaceo coctus. Matutino pascentis hirundinis caput, etc.» In veteri Dalecampii exemplari, *matutino nascentis*

præcisum, maxime Luna plena, lineo panno adallig capitis doloribus licio: aut cera alba fronti illinunt pilos caninos panno adalligant.

XXXVII. Cerebrum cornicis in cibo sumptum,]
 pebras¹ gignere dicitur: œsypum cum myrrha calic
 specillo illitum². Idem præstare muscarum, fimique³,
 rini cinerem æquis portionibus, ut efficiatur dimidi
 pondus denarii, promittitur, additis duabus sextis der
 e stibi⁴, ut omnia œsypo illinantur: item murini ca
 triti in vino vetere ad crassitudinem acopi⁵. Pilos⁶ in

tis: utrumque insulse. In Reg. 2, « coctis matutina pascentis harundine, etc. » quoniam vox ea arundo in libris veteribus quandoque adspiratur, etiam aliter Macrobius monet fieri oportere. Nostram emendationem stabiliunt veteres scriptores duo, nihil ut esse certius queat. Primum Marc. Emp. cap. 1, pag. 36: « Cochleæ matutinum rorem pascentis caput arundine præciditur, et in linteolo licio alligatur, colloque suspenditur: continuo medetur. » Et Plin. Val. lib. I, cap. 1 de capitis ægritudinibus et medella: « Cochleæ matutino se pascenti caput arundine præciditur, et in linteolo licio alligatur, colloque suspenditur. » HARD.

XXXVII. 1. Palpebras gignere dicitur. Pilos palpebris sive genis adhærentes. HARD.

2. *Œsypum cum myrrha calidum penicillo illitum.* Rectius in nostro apographo, *specillo illitum.* PINT.—*Œsypum cum myrrha calidum penicillo illitum.* Voss. *specillo inlatum.* Paulo post: « Specillo demisso in dextram partem si dexter oculus curetur. » Lib. VIII, cap. 53: « C.

Julius medicus, dum inungit, cillum per oculum trahens. » XXXII, cap. 7: « Hujus cori humorem specillis derasum clatem oculis inunctis narrat affe. Uti restituit Sigism. Gelenius et hoc loco Pintianus. *ΓΑΧΟΝ* *Œsypum.* Prius *penicillo* legeb. In Reg. 2 cod. *speciolo*, Marc. E *specillo.* « Glabris palpebris, ir cap. VIII, pag. 70, pilos inducit œsypo quod sub armis ovium scitur, adjecta myrrha, parite in mortario trita, specillo cu loca pilis nuda perduxeris. » I

3. *Fimique.* Theod. Prisc. li cap. 10 de causis oculorum: pruritus major palpebras occ verit, ut etiam capillos amitti murium simus, etc. » HARD.

4. *Duabus sextis denarii e* Scrupulo uno, si pro drachma narium pendimus. DALEG.

5. *Ad crassitudinem acopi.* crassitudinem ejus medicame quod confricatis membris itine lassitudines et fatigationes I *ΑΧΟΝ* medici nuncupant. HA

6. *Pilos.* In palpebris, sive nis. HARD.

incommodos, evulsos renasci non patitur fel herinacei: ovorum stellionis liquor: salamandræ cinis: lacertæ⁷ viridis fel in vino albo, Sole coactum ad crassitudinem mellis in æreo vase: hirundinis⁸ pullorum cinis cum lacte tithymali spumaque cochlearum.

XXXVIII. Glaucomata¹ dicunt Magi cerebro catuli septem dierum emendari, specillo demisso in dextram partem, si dexter oculus curetur: in sinistram, si sinister: aut felle recenti asionis. Noctuarum² est id genus, quibus pluma aurium modo micat. Suffusionem oculorum canino felle malebat, quam hyænæ curare Apollonius³ Pitaneus cum melle: item albugines⁴. Murium⁵ capitum caudarumque cinere ex melle inunctis, claritatem visus restitui dicunt: multoque magis gliris⁶ aut muris silvestris⁷ cinere, aut aquilæ cerebro vel felle. Cum Attico melle cinis⁸ et

7. *Lacerta*. In Chifflet. cod. *solo decoctum*, haud ita sincere. Maro. Emp. cap. VIII, pag. 70: «Pili si oculis molesti erunt, potenter uteris hoc medicamento. Lacertæ viridis fel misce cum vino albo, quantum sufficere existimaveris, et mitte in vas æreum, positumque ad solem tandiu agita, donec crassitudinem mellis habeat: atque ex eo loca pilorum vulsorum ungue.» H.

8. *Hirundinis*. Plin. Val. l. I, c. 21. HARD.

XXXVIII. 1. *Glaucomata*. Totidem syllabis Marc. Emp. c. VIII, pag. 67, et Sext. Plat. cap. IX de cane, tit. 23 ad glaucomata oculorum. HARD.

2. *Noctuarum*. De eo egimus lib. X, cap. 33. HARD.

3. *Apollonius Pitaneus*. Est autem Pitane Æolidis oppidum in Asia. Nam ut Tyanæi testimonio Plinius utatur, temporum ratio vix

patitur. Ad hoc non memorantur ulla Apollonii Tyanæi in hoc genere scripta. GRELX.

4. *Item albugines oculorum*. Postrema dictio desideratur in scripto codice: recte, præcessit enim paulo ante. PINT.

5. *Murium*. Sext. Plat. cap. XXI de muribus, tit. 1 ad oculorum dolorem: «Murium capitum cinis in melle mixtus, et illinitus per decem dies, facit oculorum claritatem.» HARD.

6. *Multoque magis gliris*. Sext. Plat. cap. XIX de glire, tit. 2 ad claritatem oculorum: «Glires et sorices combusti, et cinis eorum melli admixtus, si inde quotidie mane gustent, sanabuntur.» H.

7. *Aut muris silvestris*. Marc. Emp. cap. VIII, p. 61: «Muris agrestis, id est, qui in campis invenitur, etc.» HARD.

8. *Cum Attico melle cinis et adeps*

adeps⁹ soricis combusti tritus, lacrymosis oculis plurimum confert : stibis quid est, dicemus¹⁰ in metallis. Mustelæ cinis in suffusionibus : item lacertæ hirundinisve cerebrum : quæ etiam tritæ coctæve fronti illitæ, epiphoras sedant, sive per se, sive cum polline, sive cum thure. Sic et solatis¹¹, id est, sole correptis prosunt. Vivas quoque cremare, et cinere earum cum melle Cretico
 3 inungi caligines, utilissimum est. Jumentorum oculis membrana aspidis, quam exuerit, cum adipe ejusdem claritatem inunctis facit: Viperam¹² vivam in fictili novo comburere, addito feniculi succo ad cyathum unum, et thuris manna

soricis combusti. Voss. « Soricis cum tibi tritus lacrimosis oculis plurimum confert. » Itaque sequitur statim : « Stibis quid sit, dicemus in metallis. » Sic enim legendum : non *tibi, quod quid sit* : non, et *tibi, quod quid sit.* Voss. *stibis quid est.* Pintiani quoque, *quid est.* Supra, « additis duabus sextis denarii e stibi. » Infra, « pro tibi ad scabrias. » Sic MS. non *stibio.* Lib. XXXIII, cap. 6, « alii tibi, alii alabastrum. » Sic iterum MS. non *stibium.* Acad. *cinis heleclui lacrimosis.* Gud. *cinis alipe sui tritus laer.* Andeg. *cinis alipesii tritus.* Men. *cinis allipesin tritus.* Gæronov.

9. *Et adeps.* Posteriora hujus sententiæ verba, quale delitescat in antecedentibus mendum per se indicant. Itaque tametsi omnes codices MSS. vulgatæ huic scripturæ suffragantur, nihilominus « adeps soricis cum tibi, » legi oportere pertendimus, sequitur enim statim, « stibis quid est, dicemus. » Quæ verba quo spectent, nisi de tibi actum sit in priore orationis parte, dici non potest. HARD.

10. *Dicemus.* Lib. XXXIII, c. 33. HARD.

11. *Sic et solatis... prosunt.* Quibus ex insolatu ephelides faciem et os maculant. DALÆC.—*Sed et solatis... prosunt.* Acad. « sed et solatis i. correptis prosunt. » Vossiani tres et Gufl. « sed et solatis, id est, sole correptis prosunt. » Et censeo prorsus Plinii esse, non interpretis, ut putare possis. Gæron.—*Id est.* Hæc verba hactenus in editis libris desiderabantur, quæ ex Reg. codd. 1 et 2, et Colb. 3, penu deprompsimus. Festus : « Solatum genus morbi maxime a rusticantibus dicitur. » Hoc tantum. De hoc genere morbi Celsus, lib. I, cap. 3 : « Si quis exustus in sole est, huic in balneum protinus eundum est, etc. » H.

12. *Viperam.* Marc. Emp. VIII, pag. 61 : « Vipera viva mittitur in vas novum fictile ; et adjicitur ei succi feniculi cyathus unus, et thuris granum unum. Deinde vas obturatur argilla, et circumlinitur, et in furnum ferventem mittitur. atque illico excoquitur, donec cinis fiat. Hoc de experimento hypochy-

una¹³, atque ita suffusiones oculorum et caligines inungere, utilissimum est. Medicamentum id echion¹⁴ vocatur. Fit¹⁵ et collyrium ex vipera, in olla putrefacta, vermiculisque enatis cum croco tritis. Exuritur in olla cum sale: quem lingendo claritatem oculorum consequuntur, et stomachi totiusque¹⁶ corporis tempestivitates¹⁷. Hic sal et pecori datur salubritatis causa, et in antidotum contra serpentes additur. Quidam et viperis utuntur in cibis. Primum omnium occisæ statim salem in os addi jubent, 4 donec liquescat¹⁸: quatuor¹⁹ digitorum mensura utrimque præcisa²⁰, exemptisque interaneis discoquunt in aqua, aut oleo, sale, anetho, et omnibus aut statim vescuntur, aut pane colligunt²¹, ut sæpius utantur. Jus²² præter supra dicta pediculos e toto²³ corpore expellit, pruritusque etiam summæ cutis. Effectum ostendit et per²⁴ se capitis vipes

ses caliginesque potenter atque mirifice purgat. » HARD.

13. *Manna ana.* Mica, id est, grano. Χόνδρον λιβάνου Archigenes dixit apud Galenum, lib. III, κατὰ τόπους. DALEC.

14. *Medicamentum id echion vocatur.* A viperis nimirum, quas ἔχιδες Græci vocant. HARD.

15. *Fit.* Marc. Emp. cap. VIII, pag. 61. HARD.

16. *Et stomachi totiusque, etc.* Quid si legas, « et stomachi totiusque corporis temperiem, ac seras ætates, etc. » ut sit quod Dioscorid. ait, μακρογέρους γίνεσθαι τοὺς ἐσθίου-τας, qui vescuntur, longam senectutem agere.

17. *Tempestivitates.* Commodam temperiem. HARD.

18. *Donec liquescat.* Addunt libri hactenus editi, « donec liquescat humor: » quam postremam vocem MSS. exemplarium nullum

agnoscit. De viperarum esu ad vitæ longitudinem, vide quæ diximus ad lib. VII, cap. 2. HARD.

19. *Quatuor.* Earum venenum in folliculis reconditum ad dentium radicem. DALEC.

20. *Utrimque præcisa.* Et a capite et a cauda. HARD.

21. *Pane colligunt.* Tritas et orobi farina exceptas colligunt, ac pastillos formant. Galenus l. de Theriaca. DALEC.

22. *Jus.* E viperinis carnibus coctis. Falso prodi a nonnullis, esu viperarum pediculos procreari, scribit Dioscorides, lib. II, cap. 18. HARD.

23. *Pediculos e toto, etc.* Diosc. scribit quosdam putare viperarum esu pediculos procreari: id autem esse falsum ipse jam contendit, nullo jam repugnante. DAL.

24. *Et per.* Solus, sine alio medicamento. HARD.

rini cinis : utilissime oculos inungit²⁵ ; itemque adeperinus. De felle non audacter suaserim²⁶ quæ præci quoniam (ut suo loco docuimus²⁷) non aliud est se tium venenum. Anguium²⁸ adeps ærugini mixtus ptas²⁹ oculorum partes sanat : et membrana sive ser vernatione eorum exuta si adfricetur, claritatem Boæ³⁰ quoque fel prædicatur ad albugines, suffusi

25. *Utilissime oculos inungunt. Itemque adeps anserinus.* • Utilissime oculos inungit item adeps anserinus, • in vetusto codice. ΠΙΝΤ. — *Itemque.* Auctor Kiranidum, l. II, pag. 75 : • Adeps echidnæus visum acuit, et omnem hebetudinem oculorum. • Dioscorides item, lib. II, cap. 94. HARD.

26. *De felle non audacter suaserim.* Chiff. et Voss. *audaciter*, quod ex Livio, Seneca exque MSS. restituimus. Gud. et Menap. *non daticiter.* Andegav. *non dacier.* ΓΑΟΝ.

27. *Ut suo loco docuimus.* L. XI, cap. 62, ubi vide quæ diximus. H.

28. *Anguium.* Q. Serenus, cap. XIV de oculorum dolore mitigando, pag. 133 : • Anguibus ereptos adipis ærugine misce : Hi poterunt ruptas oculorum jungere partes. • HARD.

29. *Ruptas.* Ruptas tuniculas vocat ipse, lib. XXVIII, cap. 47. Λαγώφθαλον Græci appellant, ut testatur Cels. VII, cap. 7, quum in aliqua curatione oculorum imprudenter cutis excinditur, ut oculus non contegatur. Tunc enim, revulsa superiore gena, oculo aperto, sicut lepores dormiunt. Oculorum cicatrices sanari ærugine scribit etiam Diosc. lib. V, cap. 92. HARD.

30. *Boæ.* Boa serpens est aqua-

tilis, inquit Festus, quem ὄδρον vocant, a quo icti obturg. In libris hactenus editis *ulæ que fel*, reclamantibus lice omnibus, Reg. 2, Chiff. al tum hoc loco, tum in Indic libri ac sequentis, nam *boæ* ubique diserte legimus : qui hoc libro mentio ejus nui ubi ab hoc loco disceseris. vero ad medicinas avium gressura oratio sumere dice tium ab ulula debuit, sed al potius, quæ volucrum regitur, uti statim fiet. In Ind utriusque libri mox appelli mina continentur animaliu quibus in ipso voluminis medicina repetuntur : in viperam boa appellatur, u capite, in quo versatur. Q rem utriusque illius Indicis eam, quæ nomina animaliu plectitur, numerumque m rum ex eis, neque initio hu ris referre operæ pretium est, et quod ab aliquo potu tusto tamen, consarcinato textam, quam a scriptor tum censebamus, et adhu camur haud levibus induct mentis ; et quod aptiora viderentur ea quæ inseruiri bus tota series operis consp

caligines : adeps similiter ad claritatem. Aquilæ³¹, quam⁵ diximus pullos ad contuendum Solem experiri, mixto felle cum melle Attico inunguntur nubeculæ, et caligationes, suffusionesque oculorum. Eadem vis³² et in vulturino felle est cum porri succo, et melle exiguo. Item in gallinacei felle ad argema³³, et ad albugines ex aqua diluto : item ad³⁴ suffusiones oculorum, maxime candidi

neque amplius differre fas, quum et ad emendationem nostram constabiliendam id præclare faciat : et premi quidquam, quod Pliniano e fonte manasse cuiquam possit videri, religio sit : idcirco alieno potius loco intexi oportere censuimus, quam omnino nullo. Itaque in Indice libri XXIX, hæc adduntur in fine, quæ ex codd. Reg. 1, 2, et Colbert. summa fide representamus, nunquam antehac edita. H. — Illa autem in edit. hac ad calcem Argument, adjecimus, ubi videnda.

31. *Aquila*. Lib. X, cap. 3. De ea refert plane similia Ælian. Hist. Animal. lib. I, cap. 42. Item Sext. Plat. part. 2, cap. 1 de aquila, tit. 1 ad suffusionem oculorum : « Aquilæ felle mixto cum melle Attico inunges. » Plin. Val. lib. I, cap. 15 ; Marc. Emp. cap. VIII, pag. 60, et Diosc. lib. II, cap. 96. HARD.

32. *Eadem vis*. Approbant hoc medicamentum e vulture Q. Serenus, Sext. Plat. Galen. κατά τόπ. lib. IV, cap. 8, pag. 456 ; Plinius Val. lib. I, cap. 18, aliique. Sed pro porri succo marrubii succum adsciscunt : hoc est, pro πράση πράσιον. At nihil interest, nam ut alibi ex Celso diximus, congeneres habent eas facultates : ut succedanea videri medicamenta possint. Et vero Plinius ipse Val. lib. I, cap. 20,

porri succo per se inuncto, leucomata et caligines oculorum tolli prodidit. HARD.

33. *Item in gallinacei felle alligato ad argema*. Verbum alligato, superfluit ex eodem et paulo post, illini, non illinendum. ΠΙΣΤ.—Conf. Marc. Emp. cap. VIII, pag. 61, et auctor Kiranidum, pag. 116. H.

34. *Item ad*. Q. Serenus, c. XIV de oculorum dolore mitigando, p. 133 : « Fel quoque de gallo mollium simplice lymphæ, Exacuet plures dempta caligine visus. » Expressius multo Marc. Emp. cap. VIII, p. 68, quem consule. At non felli modo, sed et sanguini hæc vis inest, atque adeo major, si fides veterastæ inscriptioni apud Gruter. p. 71 : ΟΥΑΔΕΡΙΩ ΑΠΡΩ ΣΤΡΑΤΙΩΤΗ ΤΥΦΛΩ ΕΧΡΗΜΑΤΙΣΕΝ Ο ΘΕΟΣ ΕΛΘΕΙΝ ΚΑΙ ΛΑΒΕΙΝ ΑΙΜΑ ΕΣ ΔΑΕΚΤΡΥΟΝΟC ΔΕΥΚΟΙ ΜΕΤΑ ΜΕΛΙΤΟC ΚΑΙ ΚΟΛΛΥΡΙΟΝ CΥΝΤΡΙΨΑΙ ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΡΕΙC ΗΜΕΡΑC ΕΠΙΧΡΙCΑΙ ΕΠΙ ΤΟΥC ΟΦΘΑΛΜΟΥC ΚΑΙ ΑΝΕΒΑΕΨΕΝ ΚΑΙ ΕΛΗΛΥΘΕΝ ΚΑΙ ΗΥΧΑΡΙCΤΗCΕΝ ΔΗΜΟCΙΑ ΤΩ ΘΕΩ. » Valerio Apro militi cæco oraculum deus reddidit : veniret, et acciperet sanguinem ex gallinaceo candido, admixtoque melle collyrium faceret, quo per triduum oculos liniret. Et vidit, et venit, et publice

gallinacei. Fimum quoque gallinaceorum, dumtaxat
brum, lusciosis illini monstrant. Laudant³⁵ et gallina
sed præcipue adipem, contra³⁶ pusulas in pupillis. I
scilicet ejus rei gratia saginant. Adjuvat mirifice et r
oculorum tuniculas, admixtis schisto et hæmatite la
6 bus. Fimum³⁸ quoque earum dumtaxat candidum, in
vetere corneisque pyxidibus adservant, ad pupillarum
bugines. Qua in mentione significandum est, pav
fimum suum resorbere tradi, invidentes³⁹ hominum
lilitibus. Accipiter⁴⁰ decoctus in rosaceo efficacissim
inunctiones omnium vitiorum⁴¹ putatur: item fimi
cinis cum Attico melle. Laudatur et milvi jecur. Fim
quoque columbarum ex aceto ad ægilopas: similite

deo gratias egit. • Addit marmorea
tabula id Antonino Pio principe
contigisse. HARD.

35. *Laudant.* Habdarrhamanus,
cap. XL, pag. 128: • Gallinarum
fel oculis inditum, eorum remove-
bit lacrymationem, et curabit il-
los. • Gallinæ candidæ fel ad ocu-
lorum vitia emendanda laudat Dio-
scorides lib. II, cap. 96. HARD.

36. *Contra.* Φλυκτῖδας et Φλυκταί-
νας medici pusulas vocant, quæ
fiunt, quoties facta exulceratione,
aut sine ea, in summa cornea tuni-
cula, tenuissima membrana subli-
mis, et in altum surgens, medium
humorem conceperit ac servarit.
Marc. in Diosc. lib. I, cap. 130.
De hoc morbi genere multa Aetius
lib. VII, cap. 29, pag. 260. H.

37. *Has.* Ut adipem colligant. H.

38. *Fimum.* Marc. Emp. c. VIII,
pag. 68. HARD.

39. *Invidentes.* Ad pupillarum al-
bugines fimum eum prodesse signi-
ficat. Quin etiam si Sexto Platonico
credimus, part. II, c. VII: • Pavonis

fimus potatus, caducos mira-
sanat. • Ad epilepsiam lingu-
vonum ac lusciniarum a La-
dio in Elagabalo commendant

40. *Accipiter.* In unguento
no Marc. Emp. cap. VIII, pag.
et Sext. Plat. part. II, cap.
accipitre, tit. ad suffusionem
liginem oculorum. HARD.

41. *Omnium vitiorum.* Qui
licet oculum male afficiunt. I

42. *Fimum.* Sive, ut in Re
ad ægilopia. Inepta enim Cl
codicis lectio est, ad alopecia
paulo deterior Dalecampii
datio, ad alopecias. Est enim
vitium alopecia, non oculo
quorum in appellandis sanand
morbis hoc capite Plinius nu-
tus habitat. Sic etiam Marc.

quem Plinii simiam alterum in
dicina jure dixeris, cap. VIII
71: • Ægilopia, inquit, em-
fimus columbinus ex aceto et
et illitus. Cicatrices quoque
lorum et albugines mire
git. • HARD.

albugines et cicatrices. Fel anserinum, sanguis anatum, contusis oculis, ita ut postea⁴³ œsypo et melle inungantur. Fel⁴⁴ perdicum cum mellis æquo pondere : 7 per se vero, ad claritatem⁴⁵. Hippocratis putant auctoritate adjici, quod in argentea pyxide id servari jubent. Ova perdicum in vase æreo decocta cum melle, hulceribus oculorum et glaucomatis medentur. Columbarum⁴⁶, turturum, palumbium, perdicum sanguis, oculis cruore suffusis eximie prodest. In columbis masculæ efficaciorum putant. Vena⁴⁷ autem sub ala ad hunc usum

43. *Ita ut postea œsypo.* Non *hysopo*, ut prius legebatur. Sic ipse initio hujus capituli, « ut omnia œsypo illinantur. » HARD.

44. *Fel. Q. Seren.* cap. XIV, p. 133; *Sext. Plat. part. II*, cap. v de perdice, tit. 2; Auctor Kiranidum, pag. 131. *Marc. Emp. cap. VIII*, p. 60 : « Perdici fel mixtum melli Attico, caliginem tollit, si oculis assidue infundatur, sed cum modo et æquali mensura. » Adde et *Diosc. lib. II*, cap. 96. HARD.

45. *Per se vero ad claritatem, dorcados (Hippocratis ut putant) auctoritate adjicitur quod, etc.* Brevius in eodem, « per se vero ad claritatem. Hippocratis putant auctoritate adjici quod, etc. » et paulo post mutato ordine, « columbarum, palumbium, turturum. » PINT. — *Per se.* Ita restituimus hunc locum, sequuti codices *Reg. 1, 2*, et eum, quem *Pintianus* vidit. Prius legebatur : « Per se vero ad claritatem dorcados. Hippocratis (ut putant) auctoritate adjicitur. » Quum in MSS. iis, et *dorcados*, et vocula *ut*, et postrema vocis adjicitur syllaba desit. Sed haud paulo lepidius est, quod *Parmensis* editionis cura-

tores, pro *dorcados*, *Hippocratis, Dioscoridis et Aristotelis*, edidere. Credo, ut *crucem Critices* figerent, parsque una saltem vel ex hoc loco uno *Dioscoridem* *Plinio* vetustiorum esse omni ope contenderent. H.

46. *Columbarum.* *Diosc. lib. II*, cap. 97; *Cels. lib. VI*, cap. 6 sub fin. *Plin Val. lib. I*, cap. 15. H.

47. *Vena.* *Galen. de fac. simpl. Med. lib. X*, cap. 2, pag. 277; *Sext. Plat. part. II*, cap. 10 de columba, tit. 2 ad sanguinem in oculis ex ictu : « Columbae sanguis recisus, deinde infusus, optime facit. Debet autem vena aperiri quæ in ascella ejus est : imponitur et sanguis in lanula, et melle decocto mixta supra oculos, optime facit. » *Marc. Emp. cap. VIII*, pag. 67 : « Sanguis columbarum de loco penarum, eo momento, quo penna avellitur, oculis, dum adhuc tepet, debet infundi, qui ictu aliquo vulnerati, aut sanguine suffusi fuerint. Album quoque ovi incocti, cum croco trito, oculis superpositum, et lana alba succida involutum medetur. » Eadem ferme repetit idem pag. 69. Vide quæ diximus l. XI, cap. 89. Ex hoc porro loco ambigi

inciditur, quoniam suo calore utilior est⁴⁸. Superponi⁴⁹ oportet splenium e melle decoctum, lanamque succidam ex oleo ac vino. Earumdem avium sanguis nyctalopas sanat : et jecur ovium ; atque (ut in capris diximus⁵⁰)
 8 efficacius fulvæ. Decocto quoque ejus oculos abluere suadent : et medulla dolores tumoresque illinere. Bubonis oculorum cinis collyrio mixtus claritatem oculis facere promittitur. Turturis⁵¹ finum albugines extenuat : item cochlearum cinis : finum cenchridis : accipitrum⁵² generis hanc Græci faciunt. Argema ex melle omnibus, quæ supra scripta sunt, sanatur. Mel⁵³ utilissimum oculis, in

non immerito potest, num Habdarrhamanum, scriptorem Arabem, interpres Ecchellensis satis intellexerit, qui ita latine reddidit, c. xxxvi, p. 121 : « Sanguis radicum plumarum pullorum columbarum, qui adhuc ad volatum se non elevarunt, instillatus in oculos, quibus accedit rubedo, aut percussio, proderit illis, et curabit. » Quum pro radice plumarum, alas dixisse auctor jure videri possit. Simili fere verborum ambage, Theod. Prisc. lib. I, cap. 10 de oculorum causis : « Si cæsi, inquit, oculi, aut percussi, maculam sanguineam cum dolore procurarint, iis columbi matre subducti repentinus sanguis infusus prodest quam maxime, si de pennis mollioribus exprimatur : ubi liquor tenuis tepidus infundendus est : item si in eadem hora ovium lana infusa superponatur. » HARD.

48. Quoniam suo calore utilior est. Immo quoniam in aliis partibus venæ non sic detectæ et nudæ sunt. DALEC.

49. Superponi. Panniculus, seu

fascia, qua frons oculive unguento illiti, obtunduntur, splenium vocatur. Item emplastrum ipsum, seu linteum, lanave qua excipi solent, illinive medicamenta, quæ fronti vel oculis, superponantur. Martial. lib. II, ep. 29, v. 8 : « Et numerosa linunt stellantem splenis frontem. Ignoras quis sit ? splenia tolle, leges. » HARD.

50. Ut in capris diximus. Lib. XXVIII, cap. 47 : « Id quoque referre arbitrantur, ut rutili coloris fuerit. » Albam tamen ovem Marc. Emp. anteposit, cap. VIII, p. 71 : « Jecur ovillum, inquit, id est, ovis candidæ discoctum, cum aqua madefactum, contritumque, et oculis superpositum, nyctalopas purgat. » HARD.

51. Turturis. Marc. Emp. cap. VIII, pag. 68. HARD.

52. Accipitrum generis hanc Græci faciunt. Nempe tinnunculum, de quo vide lib. X, cap. 37. DALEC.

53. Mel utilissimum oculis. Marcellus Empir. cap. VIII, pag. 57. HARD.

quo sunt apes immortuæ. Ciconiæ⁵⁴ pullum qui ederit, 9
negatur annis continuis lippiturus : item qui draconis caput habeat. Hujus adipe et melle cum oleo vetere, incipientes caligines discuti tradunt. Hirundinum⁵⁵ pullos plena luna excæcant, restitutaque eorum acie capita comburuntur : hoc cinere cum melle utuntur ad claritatem, et dolores, ac lippitudines et ictus. Lacertas⁵⁶ quoque 10 pluribus modis ad oculorum remedia assumunt. Alii viridem includunt novò fictili : ac lapillos qui vocantur cinædia⁵⁷, quæ et inguinum tumoribus adalligari solent, novem signis signantes, et singulos detrahunt⁵⁸ per dies, Nono emittunt lacertam : lapillos servant ad oculorum dolores. Alii terram⁵⁹ substernunt lacertæ viridi excæcatæ⁶⁰, et una in vitreo vase annulos includunt⁶¹ e ferro solido vel auro : quum recepisse visum lacertam apparuit per vitrum, emissa ea, annulis contra lippitudinem utuntur. Alii capitis cinere pro stibi ad scabritias⁶². Quidam 11

54. *Ciconiæ*. Marc. Emp. loco citato. HARD.

55. *Hirundinum*. Sext. Plat. part. 2, cap. XII de hirundine, tit. 4; Auctor Kiranidum, p. 135; Marc. Emp. totidem verbis, loco citato, et Plin. Val. lib. I, c. 18. E Græcis Galenus de fac. simpl. Med. I. XI, pag. 311. HARD.

56. *Lacertas*. Σαύρα; gall. *des lézards*. HARD.

57. *Ac lapillos qui vocantur cinædia*. In cinædi piscis cerebro inventos. Lib. XXXVII, c. 10. DALRG. — *Qui*. In Reg. 1 *Zenidia*. In Reg. 2, et Chifflet. *Zenichia*. Male. Meminit horum lapillorum auctor Kiranidum, Elem. 10, p. 36: « Kinædius piscis marinus... Habet lapides duos in capite. Habet autem et alios duos in tertio spondylo vel nodo dorsi versus caudam, qui est po-

tentissimus. » De his lapidibus ipse Plinius rursus inferius, XXXVII, 56. HARD.

58. *Et singulos detrahunt*. Extrahunt nempe e fictili, et recondunt ad usum. HARD.

59. *Alii terram*. Ad verbum hæc quoque Marc. Emp. cap. VIII, pag. 57. HARD.

60. *Excæcata*. Non oculis erutis, sed punctura acus, seu scalpelli sectione humoribus evocatis: quos deinde per se nullo remedio adhibito, natura repararit, visumque reddiderit. Vide Ephem. German. sive Miscell. Curios. tom. V, obs. 126, pag. 163. HARD.

61. *Et una in vitreo vase annulos includunt*. Vossianus manu prima *anellos*. GROEN.

62. *Ad scabritias*. Genarum, τὰ τῶν βλεφάρων τραχώματα. DALRG.

viridem longo collo in sabulosis nascentem comburunt, et incipientem epiphoram inungunt: item glaucomata. Mustelæ⁶³ etiam oculis punctu erutis⁶⁴, aiunt visum reverti, eademque quæ in lacertis et annulis faciunt. Serpentis oculum dextrum adalligatum contra epiphoras prodesse, si serpens viva dimittatur. Lacrymantibus⁶⁵ sine fine oculis, cinis stellionis capitis cum sibi eximie medetur. Aranei⁶⁶ muscarii tela, et præcipue spelunca ipsa imposita per frontem ad duo tempora⁶⁷, in splenio aliquo⁶⁸, ita ut a puero impube et capiatur et imponatur, nec is triduo se ostendat ei cui medeatur, neve alteruter nudis pedibus terram attingat his diebus, mirabiliter epiphoris mederi dicuntur. Albugines⁶⁹ quoque dicitur tollere inunctione araneus candidus, longissimis ac tenuissimis pedibus, contritus in oleo vetere. Sed is etiam⁷⁰, cujus crassissimum textum est, in contignationibus fere, adalligatus panno epiphoras sanare traditur. Scarabæi⁷¹ viridis na-

— *Ad.* Sive ad scabiem oculorum. « Scabiem adesse dicimus, inquit Aetius, lib. VII, cap. 75, p. 279, quando oculi hulcerosi, rubei, et valde prurientes fiunt, genæque rubescunt, lacrymaque salsa et nitrosa distillat. » Cels. lib. VI, cap. 6, tit. ad oculos scabros: « Si vero scabri oculi sunt, quod maxime in angulis esse consuevit, etc. » H.

63. *Mustelæ.* Hoc est, punctu excæcatis. Cave enim orbes oculorum totos erutos putes. HARD.

64. *Erutis.* Immo potius confosis. DALRC.

65. *Lacrymantibus.* Marc. Emp. c. VIII, pag. 67: « Caput stellionis combustum, et tritum, et melli Attico admixtum, oculos lacrymosos inunctione assidua siccatur, et sanat. » HARD.

66. *Aranei.* Qui telas muscis in parietibus tendit. HARD.

67. *Imposita per frontem ad duo tempora, ita ut a puero, etc.* Trias amplius verba habet nostrum apographon: « Imposita per frontem ad duo tempora, in splenio aliquo, ita ut a puero, etc. » PINT.

68. *In splenio aliquo.* Hæc trias verba adiecimus ex omnium MSS. fide Reg. 2, aliisque. HARD.

69. *Albugines.* Iisdem verbis Marc. Emp. cap. VIII, pag. 68. H.

70. *Sed is etiam, cui crassissimum textum est.* In Voss. abest a fronte et sed: neque ulla est ejus necessitas. Alii quatuor: sed jam cujus GROOV.

71. *Scarabæi viridis.* Marcell Emp. cap. VIII, pag. 61: « Scarabæus coloris smaragdini, tantum

tura contuentium visum exacuit. Itaque gemmarum sculptores contuitu⁷² eorum acquiescunt.

XXXIX. Aures¹ purgat fel pecudis cum melle : canini² lactis instillatio sedat dolorem. Gravitatem³ adeps cum absinthio et oleo vetere : item adeps anserinus⁴. Quidam adjiciunt succum cæpæ et allii⁵, pari modo. Utuntur⁶ et per se ovis formicarum : namque et huic animali est medicina ; constatque⁷ ursos ægros hoc cibo⁸ sanari. Anserum, omniumque avium adeps præparatur, exemptisque venis omnibus patina novo fictili operta in sole, subdita aqua ferventi liquatur : saccatusque lineis saccis, et in fictili novo repositus loco frigido : minus putrescit addito melle. Murium⁹ cinis cum melle instillatus, aut cum rosaceo decoctus, aurium dolores sedat. Si aliquod animal

beneficii oculis præstare dicitur, ut visionem ei acutissimam reddat, qui eum contemplatus fuerit assidue. • Cæterum, quis ille scarabæus, exacte vix potest statui. H. et ED.

72. *Contuitu*. Sic MSS. omnes. A singulari numero transit ad numerum multitudinis. Ut supra, hoc cap. • Laudant et gallinæ fel, sed præcipue adipem. . . . Has scilicet ejus rei gratia saginant. • HARD.

XXXIX. 1. *Aures*. Totidem verbis Plin. Val. lib. I, c. 9, et Marc. Emp. cap. IX, pag. 75. HARD.

2. *Canini*. Auctores proxime laudati, totidem syllabis, *instillatio*, etc. HARD.

3. *Gravitatem*. Plin. Valer. loc. cit. Marc. Emp. cap. IX, pag. 76, et Sext. Plat. cap. IX de cane, tit. 7, ad eos qui minus audiunt. H.

4. *Item adeps anserinus*. Sext. Plat. part. 2, cap. XI de ansero, tit. 2 ; Marcell. Emp. loc. cit. Quint. Se-

renus, cap. XIII, pag. 132. HARD.

5. *Et allii*. Diximus lib. XX, c. 23. HARD.

6. *Utuntur*. Hoc est, sine alio medicamento, nulla re iis admixta, sed solis adhibitis. Marc. Emp. c. IX, pag. 82 : • Ova formicarum contrita, et auribus instillata, quamvis obtusos auditus adaperire creduntur. • Et Plin. Val. lib. I, c. 12, ad surdos, et qui graviter audiunt : • Ova formicarum contrita, surditatem aurium quam vetustissimam sanabunt. • HARD.

7. *Constatque*. Lib. VIII, c. 41 : • Ursi, quum mandragoræ mala gustavere, formicas lambunt. • Vide Sext. Emp. Pyrrh. Hypot. I, cap. 14, pag. 12. HARD.

8. *Ursos ægros hoc cibo sanari*. Supra lib. VII, cap. 27 ; Ælianus, Hist. Anim. lib. VI, cap. 3. DAL.

9. *Murium*. Auctor Kiranidum, pag. 86, et Plin. Val. ad verbum, lib. I, cap. 9. HARD.

intraverit¹⁰, præcipuum remedium est murium fel aceto dilutum. Si aqua¹¹ intraverit, adeps anserinus cum cæpæ succo. Gliris¹² detracta pelle, intestinisque exemptis, discoquitur melle in vase novo. Medici malunt e nardo decoqui usque ad tertias, atque ita asservari : deinde quum opus sit, strigili¹³ tepefacta infundere. Constat deplorata aurium vitia eo remedio sanari: aut si terreni¹⁴ vermes cum adipe anseris decocti infundantur. Item ex

10. *Si aliquod animal intraverit.* Q. Serenus, cap. XIII, pag. 132 : « Si vero incautes animal penetraverit aures, Proderit admixto pavidi fel muris aceto. At si lymphæ nocens pervaserit, anseris aptus Immittetur adeps, cæparum non sine succo, Qui gravis est oculis, sensum tamen auribus auget. » Sic etiam Plin. Val. ad verbum, loco citato. HARD.

11. *Si aqua.* Sext. Plat. loc. cit. Plin. Val. et Q. Seren. locis citatis. E Græcis Galen. κατὰ τὸν. lib. III, cap. 1, pag. 391. HARD.

12. *Gliris.* Marc. Emp. cap. IX, pag. 83. Plin. Val. lib. I, cap. 9 : « Gliri detrahitur pellis, et intestina ejusdem decoquantur in vase novo cum mellis heminis tribus, usque ad tertias, atque ita servatur; quum opus est, strigili medicamentum tepefactum infunditur. » Sic etiam Scribon. Larg. Comp. med. cap. 5 ad aurium dolorem, num. 39. HARD.

13. *Strigili.* Instrumenti loco strigil fuerit, quod ἀστρίγγιον Græci vocant. DALBEC. — *Strigili.* Scrib. Largus, loc. citat. « Succus tepens per strigilem in foramen auris dolentis infusus. » Hieron. Mercur. Practicæ I, cap. 40 : « Strigil est

instrumentum una parte conchatum, qua humor in aurem immittitur. » Depictam strigilem vide apud Laur. Pignorium, l. de Seruis, p. 46, descriptam apud Apuleium in Floridis : « Honestam strigileculam appellat, tecta fastigatione clausulæ, flexa tubulatione lingulæ, ut et ipsa in manu capulo moraretur, et sudor ex ea rivulo laberetur. » Nempe in balneis strigili ferræa corporis sordes sudoremque detergebant. Per tubulationem quippe ligulæ dilabebatur sudor. Ligulam autem vocat partem superiorem incurvam, quod sit non absimilis ligulæ, oblonga, fornicata. Et hac strigilis parte medici utebantur. Scribon. Larg. compos. 39 : « Ad auriculæ tumorem. . . . prodest herbæ urceolaris succus tepens per strigilem in foramen auris dolentis infusus. » Plin. lib. XXV, cap. 103 : « Omnis autem succus strigili calefactus infunditur. » HARD.

14. *Aut si terreni vermes.* Diosc. lib. II, cap. 72 : Γῆς ἐντετα. . . . ἐψηθέντα σὺν χηνίῳ στίασι διαθήσει ὧτων ἐγγυατιζόμενα θεραπεύει. « Vermes terreni decocti cum anserino adipe et instillati, affectis auribus medentur. » Q. Serenus, cap. XIII,

arboribus¹⁵ rubri oleo triti exhulceratis et ruptis auribus præclare medentur. Lacerti inveterati in os pendentium addito sale contusas¹⁶ et ab ictu læsas aures sanant : efficacissime autem ferrugineas maculas habentes, lineis etiam per caudam distincti. Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal est e vermibus terræ, pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactuque contrahens se : oniscon¹⁷ Græci vocant, alii tylon : efficacem¹⁸ narrant

pag. 132, de aurium vitis : « Si vero obtusa sensus remoretur in aure, Lumbricos terræ, seivumque ex anseris raucis Escoque : sic veterem poteris depellere morbum. » Marc. Emp. c. ix, p. 75 : « Terreni vermes cum anserino adipe, vel cum oleo decocti, sine dubio medentur auribus purulentis. » Et p. 79 : « Terreni vermes cum adipe anseris decocti infundantur auribus ad jam deplorata vitia. » Sic etiam Plin. Val. lib. I, cap. 9. HARD. — Non abludit Martialis, lib. XIV, epigr. xxxiii, de auriscalpio : « Si tibi morosa prurigne verminat auris, Arma damus tantis apta libidinibus. » Quod Soalig. bene assequutus sic vertit : Εἰ σε κνισμὸς ἔπεισι χυλῆκτων ἴτα, δίδωμι ἔντα τοιαύτας ἀρμυνα γαργαλιᾶς. Αἶ.

15. Item ex arboribus. Q. Seren. loc. cit. « Annosa rubros si legeris arbore vermes, Ex oleo tere : sic tepidos infunde dolenti. » Marcell. Emp. cap. ix, pag. 80 : « Vermes ex qualibet arbore, rubri coloris, contriti cum oleo, et infusi, dolores aurium sedant. HARD.

16. Contusas. Sic Reg. 2, non, ut editi, contusi. Mox vero in Reg. 1 et Chifflet. « ab ictu miseris aures. » HARD.

17. Oniscon. « His etiam nominibus Oniscon Græci vocant, quamquam diversi sit generis. » Oniscon etiam, inquit, sic Græci vocant, πολύποδα scilicet sive multipedam. Differunt tamen : aliud enim millepeda pilosa est, quæ sinuatim repit : aliud oniscos, sive tylos, quem Cælius Aurel. I, 4, porcellionem vocat, multipedam alii et cutionem. Illa eruca est hirsuta, quæ olera vitesque rodit, une chenille. Iste, qui et τύλος et cutio a callosa et compactili cute appellatur (gall. cloporte), in locis fere humidis uliginosisque, et sub vasis aquarii repertus. Ob gentilitatem, ut Plinii verbis utar, affinitatemque nominum, utriusque simul natura tractatur : quod ipsi familiare esse jam sæpius observavimus, ac sibi solempne esse præ se ipse fert. Quod vero in ea indicis parte (quam retulimus in volum. primo, p. 130 et seqq.), ex utroque genere conflari unum videtur, vel eo mihi nomine supposititium sapere, non genuinum Plinii fetum ea videtur. H. — Hodie ex entomorum gente oniscon ejectum crustaceis adjudicant, et iis quidem quæ oculi immoti a cæteris distinguunt. Αἶ.

18. Efficacem. De oniscon, seu

ad aurium dolores, in cortice Punici mali decoct
 4 porri succo. Addunt et rosaceum, et in alteram
 infundunt¹⁹. Illam autem quæ non arcuatur²⁰, sepa
 vocant²¹, alii scolopendram, minorem, pernicioſa
 Cochleæ²² quæ sunt in usu cibi, cum myrrha aut
 polline appositæ: item minutæ, et latæ, fracturis²³ a
 illinuntur cum melle. Senectus serpentium²⁴ fervent
 usta instillatur rosaceo admixto, contra omnia q
 vitia efficax, sed contra graveolentiam præcipue:
 purulentæ sunt, ex aceto: melius cum felle capri

porcellione, affirmare id vere licet. Marcell. Emp. cap. ix, pag. 75: « Bestiolæ multipedes, quæ contractæ in globulos complicantur, in oleo excoctæ, infusæque auribus statim prosunt. » Et p. 76: « Cutiones bestiolæ sunt multipedes, cute dura et solida, quæ tactæ complicant se in orbem pilulæ rotundissimæ similem: Polypodas Græci appellant: hæ complures coctæ cum oleo molli in vase ferreo, remedio sunt auribus laborantibus, si inde curentur. » Scrib. Larg. cap. 5 ad aurium dolorem, comp. 36: « Item bestiolæ multorum pedum, quæ tactæ conduplicant se in orbem pilulæ rotundissimæ similem (κατοιχιδίους ὄνους, aut πολύποδας Græci hoc genus animalium vocant) oleo domestico complures infervectas vase ferreo, bene faciunt. » E Græcis vero Dioscorid. lib. II, p. 37: Καὶ πρὸς ὠταλγίαν διὰ λείου σὺν ῥοδίῳ θερμανθέντες ἐν καλύφῃ ῥόας, καὶ ἐνσταγόντες, ἀρμύζουσιν. « Tritæ et in cortice mali Punici, addito rosaceo, calfactæ, ad aurium dolorem efficaciter instillantur. » Quæ cum Plinianis idem fere sonant. HARD.

19. *Et in alteram auri dunt.* In illam nempe quæ nullo laborat. AZ.

20. *Illam autem quæ non tur.* Quæ sine flexu tracto currit. HARD.

21. *Sepa Græci vocant.* scolopendra diversissima est tur Plinius sane: at, ut vic nomen est vagum, venenatis attributum, quorum σηπτικί. Hæc scolopendra t quam fuse describit, viam observatam, Constant. in verbo, Σκολοπένδρα. HARD.

22. *Cochleæ.* Totidem ver. Val. lib. I, cap. 9. Cochle canas ad dolorem aurium e cum mica thuris seu pollinis mendat etiam Archigene Galen. κατὰ τόκ. lib. III, pag. 398. HARD.

23. *Item minutæ, et latcturis aurium, etc.* Galen. simpl. Med. lib. XI, cap. 310. Plin. Val. ad verbum cap. 9. HARD.

24. *Senectus serpentium.* Verbis ac syllabis Plin. Val cap. 9. HARD.

bubulo, aut testudinis marinæ. Vetustior anno eadem 5
 membrana non prodest, nec imbre perfusa, ut aliqui pu-
 tant. Item aranei sanies²⁵ cum rosaceo, aut per se in lana,
 vel cum croco, auribus prodest; gryllus²⁶ cum sua terra
 effossus et illitus. Magnam auctoritatem huic animali per-
 hibet Nigidius, majorem Magi quoniam retro ambulet,
 terramque terebret, stridat noctibus. Venantur eum for-
 mica circumligata capillo, in cavernam ejus conjecta, ef-
 flato prius pulvere, ne sese condat: ita formicæ complexu
 extrahitur. Ventris²⁷ gallinaceorum membrana quæ abjici
 solet, inveterata, et in vino trita, auribus purulentis ca-
 lida infunditur, gallinarum quoque adeps. Est et quæ- 6
 dam²⁸ pinguitudo blattæ, si caput avellatur: hanc²⁹ tritam

25. *Item aranei sanies.* Marcell. Emp. cap. ix, pag. 80: « Aranei triti humor expressus, et rosæ liquidæ, quantum videbitur, immixtus, lanaque molli madefacta, auriculæ insertus, continuo dolorem relevat. » HARD.

26. *Gryllus.* Et γρύλλος græce: nostris, un grillon. HARD.

27. *Ventris.* Plin. Valer. iisdem verbis lib. I, cap. 9, et Marc. Emp. cap. ix, pag. 81. HARD.

28. *Est et quædam.* Plin. Valer. loc. cit. « Blattæ etiam sine capite et pedibus et alis tritæ et illitæ linteolo, contusis auribus imponuntur. » Blattarum hoc genus, fœdum est nauseosumque animal, noctu magis quam interdiu in cellis vini apprensus, circa latrinarum ora, in balneis uliginosisque ædium partibus, gryllos referens, qui noctibus æstate strident. Vide Matth. in Dioscorid. lib. II, cap. 35, p. 340. Lux istis adversissima, ita ut si noctu lumen inferatur repente,

celerrimo cursu refugiant. *Lucifuga blatta* Virgilio. Est et blatta alioqui, teste Paulo Diac. in Glossis, vermibus purpureum genus, ipsaque adeo purpura: qua de acceptione vocis, Gothofredum vide in Cod. Theod. lib. X, tit. 20, pag. 513 sq. H.— Ex ἑρθεπτήρων gente blatta, et hæc habet signa sui: corpus ovatum, longum, depressum atque desuper planatum; caput obstipum, breve; antennas setaceas, longas, articulis multis instructas; duplicem abdominis appendicem conicam, pedes compressos, longos; crura spinosa; articulos tarsi quincuplices. Odor dirus; nec lux illi placet, unde nomen supra citat. ex Virg. *Lucifuga*. Multæ Orientalia et Americam incolunt: in Europæa notissima blatta America, bl. Orientalis, bl. Livida, bl. Gallica, bl. Laponica, bl. Germanica. A.

29. *Hanc tritam una cum rosaceo,* etc. Ad erosos dentes cum rosaceo calfactam auribus instillari, et den-

una cum rosaceo auribus mire prodesse dicunt; sed la qua incluserint, post paulum extrahendam. Celei enim id pingue transire in animal fierique vermici. Alii binas ternasve in oleo decoctas efficacissime au mederi scribunt, et tritas in linteolo imponi contusis. quoque animal inter pudenda est: sed propter adtionem naturæ, priscorumque curæ, totum in hoc explicandum. Plura earum genera fecerunt. Molles³⁰, in oleo decoctas, verrucis efficaciter illini experti. Alterum³¹ genus mylæcon appellavere, circa molas nascens. Has capite detracto attritas, lepras sanasse³²,]

tiam cavernæ indi præcipit Archigenes, lib. κατὰ τόπους. DALEC.

30. *Molles*. Molles, insecta sunt oblonga et teretia, colore subrubra. Reperiuntur in saxis et vœccis farinariis. Avidissime luscintæ iis vescuntur, illarumque esu a morbis familiaribus liberantur. Σιτοράγους quidam eas vocant, quod farina nutriantur. Dioscor. lib. II, c. 38, ἐν ἀρτοκοπισίαις ἐβρισκόμενα appellat. Μυλικοί, sive μύλοικοι, quæ et μύλακρίδες, sive μύλακρίδες et μύλακρίδες, et Hesychio μύλακρία, scarabæis, sive cicadis similes, in moletrinis, et pistrinis gignantur, colore quidem nigro, sed ob farinam conspersam albicantes. Fœtidæ Græcis βδέουσαι, quasi βδαικται, vel βδαιλυττόμεναι, abominandæ, in aggeribus terrenis et apricis inveniuntur, cinnicuta modo putidæ. DAL.

31. *Alterum*. Μυλικοί, sive μύλοικοι, quod in pistrinis gignantur. H. — Unde fas conjicere de blatta Laponica sermonem esse, quam Cl. vir GYOFFROI DE SAINT-HILAIRE (vide Ic. tom. I, pag. 381, num. 3) apud pistores observavit.

Apud Laponas piscem arida pulatur, quo vesci illi sole berno tempore. *Blatt. luteanæ* que vulg. vocant. AS.

32. *Has capite detracto at lepras sanasse, Musa et Pictor exemplis reliquerunt*. In arch nostro: « His capite detractas lepras sanasse Muscum] in exemplum reliquerunt. » legendum, *attritis lepra*. Etsi fere placet impressa lectio.

— *Musa et Pictor in exemplis reliquerunt*. Acad. *muscam pictam* duo et Gud. *muscam picten*. Pi codex, *muscam picten*. Opt « *Musa cum picten in exemplis reliquerunt*. » Forte: « *Musa cum Pictor in exemplis reliquerunt*. » N auctoribus, quos hoc libro quatum tradit in Primo, *Apo Pitaneus*, et appellatur idem hoc ipso capite. « *Musa cum nœo reliquerunt*: » ut apud I XXI, cap. 60: « *Ipse dux cu quot principibus capiuntur*. » — *Musa*. De Antonio Musamus, lib. XIX, cap. 38. Hic dum subesse remur, etsi cor

et Pictor in exemplis reliquerunt. Tertium genus et odoris tædio invisum, exacuta clune, cum pisselæo sanare hulcera alias insanabilia: strumas, panos, diebus viginti uno impositas, percussa, contusa, cacoethe, scabiem, furunculosque, detractis³³ pedibus et pennis. Nos hæc etiam audita fastidimus. At hercule Diodorus³⁴ et in morbo regio, et orthopnoicis se id dedisse tradit cum resina et melle. Tantum potestatis habet ea ars pro medicamento dandi 8 quidquid velit. Humanissimi eorum cinerem crematarum

ea sit editorum omnium librorum scriptura. Nam in Reg. 1, *Muscam Pyctem*: in Reg. 2, *Museum pyctem* legimus: plane ut *Museus*, sive *Musca*, pyctæ, hoc est, pugilis, fuisse nomen videatur, quem liber Exemplorum forte inscriptus, qualem Hygini fuisse in Auctorum Indice diximus, eo medicamento sanatum prodiderit. Sic *Euthymum pyctam* Plinius appellat, lib. VII, cap. 48. Suboluit mendum istud et antea Pintiano. Non placet interim Gronovii conjectura legentis, *Musæ cum Pitanæo*, Apollonio videlicet, de quo nos in Auctorum Indice. Abhorret enim ea ratio appellandi auctores, sola patria indicata, ab ingenio et consuetudine Pliniana. H. — Quidni suspicabimur latere in his τὸ *Pictor*, illum nimirum Q. Fabium, qui primus Romæ historias condidit; quamquam nec historias solas condidisse videtur, siquidem (ut de cæst. silæamus), rerum naturalium a Fab. Pictore scriptarum lib. I, a Nonio laudatur cap. 12, num. 3, in voc. *Picumnus*. Sed et hi Rerum naturalium libri forte unum et idem opus cum Exemplis. Quid enim et in Italia Romana et hisce temporibus potuit aliud

esse Rerum nat. liber, quam exempla? Certe *Pictor* melius quam *Pictor*, quod græcitate ne olet quidem (certe scribi debuisset *Pycton*). Nec Græci nomen hic convenit: nullus enim Græcus operi nomen dedisset *Exempla*. An dices Παράδειγματα, aut aliquid tale ab illo scriptore dictum, quod Plinius per τὸ *Ex.* verterit? Sed h. l. non vertit, quum *Musæ* opus laudat. A.

33. *Detractis pedibus, et pennis*. Sic *Andromachus*, lib. III, κατὰ τόπον Galeni, et *Archigenes*, lib. V, laudant εἰσφραξ ἄνευ πτερῶν. DAL.

34. *Diodorus*. Ita libri omnes. Forte rectius, *Diodotus*. HARD. — *Tantum potestatis habet... quidquid velit*. Quum jam non pauca jecerimus contra hæc ex animantibus desumpta remedia, non possumus tamen nobis temperare quin et hæc addamus non sordidi viri MÉRIAT, *Dict. des Sciences médicales*, t. XXX, pag. 410, sic agentis: « Nous n'entendrons pas davantage la nomenclature des produits que les mammifères fournissent à la matière médicale; nous n'avons guère fait que donner ce que Linnée et Peyrilhe ont offert de plus important sur ce sujet: nous en avons

278 C. PLINII NAT. HIST. LIBER XXIX.

servandum ad hos usus in cornea pyxide censuere, aut tritas clysteribus infundendas orthopnoicis; aut rheumaticis. Infixa³⁵ utique corpori illitas extrahere constat. Mel³⁶ utilissimum auribus quoque est, in quo apes emortuæ sunt. Parotidas³⁷ comprimit columbinum stercus vel per se, vel cum farina hordeacea aut avenacea. Noctuæque³⁸ cerebrum vel jecur cum oleo infusum auriculæ aut parotidi: multipeda³⁹ cum resinæ tertia parte illita: grylli sive illiti, sive adalligati. At reliqua morborum genera medicinasque ex iisdem animalibus, aut ejusdem generis, sequenti dicemus volumine.

pourtant assez dit pour faire connaître que cette science ne tire que fort peu de ressources des animaux mammifères. C'est surtout comme aliment qu'ils sont précieux pour l'homme; sous le rapport pharmaceutique on les emploie moins de jour en jour. C'est à la marche philosophique de la médecine, qui tend à simplifier toutes ses branches, qu'on doit cette perfection; car c'est perfectionner, que de retrancher de l'usage médical des substances inertes. » AJ.

35. *Infixa utique corpori illitas extr. constat.* Marc. Emp. c. xxxiv, p. 233, et Plin. Val. lib. III, c. 49.

36. *Mel utilissimum auribus quoque est*, etc. Ut oculis dictum est prodesse, cap. sup. « Mel utilissimum oculis, in quo sunt apes immortuæ. » HARD.

37. *Parotidas comprimit columbinum stercus*, etc. Totidem verbis

Plin. Val. lib. I, cap. 13, et Marc. Empir. cap. xv, pag. 107 et 110. Libro IV, Reg. cap. 6, vers. 25, ubi *venumdata* dicitur - quarta pars cabi stercoreis columbarum quinque argenteis, » intellige columbinum intestinum cum suo stercore. H.

38. *Noctuæque cerebrum vel jecur cum oleo*, etc. Iidem auctores proxime appellati. Et Scrib. Larg. Comp. med. cap. vi ad parotidas, num. 43: « Ad parotidas convenit noctuæ cerebellum butyro mixtum, etc. » HARD.

39. *Multipeda cum resinæ tertia parte illita*, etc. Plin. Val. loc. cit. Marcell. Emp. cap. xv, pag. 109: « Multipedes cutiones, qui in stercore nascuntur, quique contacti in globulos complicantur, adjecta tertia parte resinæ, validissime triti, et malagmatis vice impositi, incipientes parotidas aperiunt, et expurgant: maturatas vero persanant. » HARD.

N. B. Harduinus ad calcem lib. XXIX et XXX, rejecerat indicem brevissimum qui nomina animalium, numerumque medicinarum ex iis complectitur; nos autem in primo hujus ed. tom. pag. 130-134, retulimus: quem vide, si placet. ED.

C. PLINII SECUNDI
 NATURALIS HISTORIÆ
 LIBER XXX.

I. **M**AGICAS vanitates sæpius quidem antecedente operis parte, ubicumque causæ locusque poscebant, coarguimus, detegemusque etiamnum: in paucis tamen digna¹ res est, de qua plura dicantur, vel eo ipso quod fraudulentissima artium plurimum in toto terrarum orbe, plurimisque seculis valuit. Auctoritatem ei maximam fuisse nemo miretur, quandoquidem sola artium tres² alias imperiosissimas humanæ mentis complexa in unam se redigit. Natam primum e Medicina nemo dubitat, ac specie salutari irrepsisse velut altio³rem sanctio³remque Medicinam: ita blandissimis desideratissimisque promissis addidisse vires religionis⁴, ad quas maxime etiamnum caligat hu-

I. 1. *In paucis tamen digna res est, de qua plura dicantur.* Tria prima verba superioribus assuenda sunt: reliqua sic lege: « Digna res de qua mira dicantur. » PINX.

2. *Tres. Medicinam, religionem, astrologiam.* HARD.

3. *Sanctio³remque.* Sic MSS. Reg. Colb. Thuan. Chiff. recte. Perperam in editis hactenus libris, *sanctio³remque quam medicinam.* HARD.

4. *Vires religionis, ad quas maxime etiamnum caligat humanum genus.* H. I. Brerewoodum in scrutinio religionum laudat ΓΕΣΝΕΝΕ,

Chrestom. Plinian. p. 738, aitque post doctissimum hierographum, si in 30 partes dividatur humanum genus, fore ut reperiantur

Christianorum	5
Mahometicolarum	6
Ethnicorum	19

SUMMA, 30

Unde perfacillime concludendum, quantopere ad religionem caliget humanum genus. Sed οὐδὲν ταῦτα πρὸς Διόνυσον; quæ enim Christianorum tam solemnis mentio Plinianis temporibus, ut Noster hos

manum genus. Atque ut hoc quoque suggesserit, miseras artes mathematicas⁵, nullo non avido futura de sese scilicet atque ea e caelo verissime peti credente. Ita possessum minimum sensibus triplici vinculo, in tantum fastigium levit, ut hodieque etiam in magna parte gentum preloreat, et in Oriente regum regibus⁶ imperet.

caligare circa divina pronuntiaverit, quibus fides non contigisset? Ne dubita viro atheo ridiculam rem visam religionem, et erroribus annumeratum non levisimis quidquid de Deo aut Diis vulgus olim credidit. Porro mentes omnes fere, etsi non vere religio, aliquid tamen a religione non absconum invaserat: hinc irrisio acris *μισανθρόπου*, et ut neotericon verbis utamur, pessimista. *As.*

5. *Artes mathematicas.* Ne h. l. tirunculus putet de matheseos hodiernæ (*les mathématiques*) parte aut hac aut illa sermonem ire: nam, ut simillima nomina, ita dissimiles res quam maxime. Mathematicorum quidem veterum circa numeros versabatur scientia, sed non hos duntaxat numeros, quorum prævia face eclipseon ratio et planetarum cursus innotescat; dum persuasum hoc habent vel persuadent cæteris mortalium, futuros humanitatis eventus cognosci posse e siderum adspectu, situ, cursu, etc. etc. Hæ artes mathematicæ fuere. *As.*

6. *Regum regibus.* Non de omnibus qui hoc sibi nomen circumdederunt Plin. cogitat, sed de Parthorum regibus solis quibus id solenne fuisse, ut se βασιλεῖς βασιλέων inscriberent, in nullo non

Gazophylaceo numismatico plex jacet argumentum. (Cf. hoc Ez. SPANHEIM, de Us. et num. ant. Dias. VIII, pag. it. 464, 477, 481.) Quod veritatem attinet, Magos duce et auspice Zoroastris in post Cyrum et Cambysen, in Persia Hystaspida, rerum potitum Justin. lib. I, tum et tuis repertos atque editos in quibus de Magismo, Avesta, He-Gustape et Lol etc. etc. fusius requiritur) pressa tantillum grassantis andri temporibus potentia, consortium imperii assumptum Erzeviraph in somniis Zenstam (a Græcis combustum, intulisse dicitur, revelante Deo, in Persia Arsacidum flores hodie nota e nummis, mentis et orientalibus libri ceret vir antiquitatem bectus (sed antiquitatem antio tam probe noverant ac nos rio etiam et tiara potitos quum Smerdis vel Pseudo mortui Cambysis solium cavit. Non enim aliud fuit fr quam Magorum jam potnisus ac consensus ad theoinstaurandam; quod ut felassequuti sunt, sic occisimscere doluerunt. *As.*

II. Sine dubio illic orta in Perside a Zoroastre¹, ut inter auctores convenit. Sed² unus hic fuerit, an postea et alius, non satis constat. Eudoxus, qui inter sapientiæ sectas clarissimam utilissimamque eam intelligi voluit, Zoroastrem hunc sex millibus annorum ante Platonis mortem fuisse prodidit. Sic et Aristoteles³. Hermippus qui

II. 1. *Zoroastre*. Eum primum Bactrianis imperasse credunt, temporibus Nemroth. Quidam *Zoroastrem* Abrahamum fuisse contendunt. DALLÉC. — *Orta... a Zoroastre*. Nec a Zoroastre quem e melioris notæ hierographis novimus magismi scribam fuisse, non inventorem (nam inventor Hom, vel Oum, sive hic vere existit, sive hoc nomine quædam virorum et sacerdotum series, sed antiquorum designatur; tum lingua pehlvica sacerdos, et ap. Galliarum Aborigenas quoque Druidæ magicæ rei scientissimi censebantur: ad. Ad. PICRÉT, *Culte des Cabires chez les anciens Irlandais*, Genev. 1824, pag. 93), nec in Perside: nam Bactria et Media ante ignem coluere et cælestes deos Ized, Amchadpands, Fervers, quam hos cultus, hæc sacra, et hæc numina et nomina nosset Persarum barbaries, contra belluas et feras sat habens si feliciter pugnaret, divinarum rerum ne ulla quidem idea gliscente, nisi quam Fetichismus misere turparet. A.

2. *Sed unus hic fuerit*. Arnobius quatuor ejus nominis viros agnoscit: Suidas quintum adjicit. Magi inventorem Chamum aliqui volunt fuisse, Noemi filium, qui quum ad Persas transisset, Zoroastrem se dici voluerit. Fuisse huic filium Chus, patris artium hæredem ac

nominis, Zoroastrem quoque cognominatum: a quo deinde quicumque Magis studio se deditere, Zoroastris quoque nomen sibi adsciverint. Eusebium vide de Præp. lib. X, pag. 484. HARD. — Mirum in modum excresceret qui ista vellet persequi exacte quæ de Zoroastre delirarunt, conjecerunt, variantibus cunctis de patria, de tempore, de nominis sensu, de cognominum numero. Hic satis est, si dixerimus in duas tamen præcipue hypotheses iri, nempe duos statuentium Zoroastres, ut Plinius mox et doctias. Abb. FOUCHER, Comment. Ac. Insc. et Human. lit. t. XXVII, pag. 954, etc. tum unius illa omnia fuisse censentium, quæ de Archimago palmario circumferuntur, quales HYDE, *Relig. vet. Pers.* POCOCKE, *Spec. Histor. Arab.* D'HERBELOT, *Bibl. Orient.* ANQUETIL, *Vie de Zoroastre* (in *Zendavesta*) t. I, part. II, 1-70; RHODE, *Heilige Sage*; KLEUKER, *Anhang am Zendavesta*. Ad eunda de his præcipue gallica *Biographis Univers.* t. LII, p. 434, etc. ubi cuncta fere de Zoroastre brevissime et florentissime amicus noster V. PARISOT perstrinxit. A.

3. *Sic et Aristoteles*. Ἐν τῷ Μαγικῷ, cujus libri auctorem Laertius facit in proœmio, pag. 1 sq. Eo in libro de Zoroastre agi, testis quoque est Suidas. Sed is in Ἀριστοτέλῃ,

de tota ea arte diligentissime scripsit, et vices centum millia versuum a Zoroastre condita, indicibus quoque luminum ejus positis explanavit, præceptorem, a institutum diceret, tradidit Azonacem⁴, ipsum vero⁵ v libus annorum⁶ ante Trojanum bellum fuisse. Mirum in primis, durasse memoriam artemque tam longo commentariis non intercidentibus, præterea nec claris continuis successionebus custoditam. Quotus enim qui auditu saltem cognitos habet, qui soli cognominat Apuscorum et Zaratum⁷ Medos, Babyloniosque⁸ marum et Arabantiphocum, aut Assyrium Tarmoem quorum nulla exstant monumenta? Maxime tamen est, in bello Trojano tantum de arte ea silentium fuisse Homero, tantumque operis⁹ ex eadem in Ulyssis error adeo ut totum opus non aliunde constet. Siquidem¹⁰ P

ab aliis Aristoteli quidem, Antistheni vero ab aliis, Rhodoni denique a nonnullis librum eum asseri prodit. Sed ut ut est, et ejus libri auctoris, et Eudoxi error ex ratione chronologica aperte arguitur. Obiisse enim Platonem scimus a diluvio vix annis his mille. HARD.

4. *Azonacem.* MSS. *Agonacem.* H.

5. *Ipsum vero.* Zoroastrem. H.

6. *Quinque millibus annorum.*

Hunc Hermippi errorem sequutus est Hermodorus Platon. lib. de Disciplinis, teste Laertio, in præmio. Sequuti et alii, apud Plutarchum, lib. de Iside, pag. 369. Verum a diluvio ipso ad captam usque Trojam ne mille quidem ac sexagenos annos intercessisse docent periti omnes Chronographicæ scientiæ artifices. Suidas quingentis dumtaxat annis bello Trojano priorem Zoroastrem facit. H.—Vid. not. 3 fin.

7. *Zaratum.* Forte Παζάτην, Pa-

zatum, cujus cum Osthane Zoroastre meminit Diogen. Laërtio. proëm. pag. 1. HARD.

8. *Babyloniosque.* In his partibus nominum recitandis, sumus vetustiorum exemplum fidem, Reg. Colb. Thuan. et In libris vulgatis paulo aliter Babyloniumque Marmaridum, et Hippocum, Assyrium Zarmonecidam. Pro Arabantiphocum, forte Astrapsychem legi fuerit quem cum Zoroastre, ne et aliis Laertius nominat. præmio, pag. 1. HARD.

9. *Tantumque operis.* Opera ex arte magica recitata Ulyssis erroribus. HARD.

10. *Protea.* Oceani et Troas filium, vaticinandi peritissimum phocarum et piscium maris pastorem. Fuisse regem Troas narrat Herodotus, Menelaoque Paridi ad se vi tempe-

et Sirenum cantus¹¹ apud eum non aliter intelligi volunt :

appulso et diversato ereptam, cum universis opibus restituisse. Homerus *Odys.* refert eum subinde alias atque alias formas assumpsisse prout libuisset. Hujus mutabilitatis causam Diodorus refert ad Ægyptiorum principum consuetudinem, qui ornatus et majestatis gratia, tauri, leonis, draconis capite, arboribus, igne, et aliis hoc genus insignibus ornarentur. *DALÉC.* — *Siquidem.* « Vultus mutantem Protea, » ut Horatius cecinit. De eo multa Virgil. *Georgic.* IV. De Sirenibus et Circe pleui pariter poetarum libri. Cur Proteus multiformis fingatur, disce ex Diod. Sic. *Bibl.* I, p. 56. At apud Homerum reipsa Circe, natura ipsa est, secunda parens ciborum, ad opipare epulandum. His qui se ingurgitant, porcorum similes fiunt. Circes palatium, hic ipse mundus universus est; hoc est, istud quod incolimus, terræ hemisphærium. Circei Homerus *δολέισσαν*, dolosam vocat, *Odys.* A, vers. 33, quoniam dulcedine ciborum ad in-temperantiam sensim inducit. Ancillas sive ministras quatuor habere dicitur *Odys.* K, v. 348. Quatuor eæ sunt anni tempestates. Mensam eæ instruunt pane, carnibus et vino; *Odys.* M, vers. 29 sq. His postquam usus est temperate Ulysses, misit ei Circe benignum ventorum afflatum ad discessum; quod idem fuit ac si vates diceret, non prius solvisse navem, aut opipare vivere desiisse Ulyssem, quam vento secundo uti posset. Circes nomen Homero placuit, ut illud sagæ tribueret, quoniam nosset Marsos Ita-

liæ populos, a Marso Circes filio ortos, ut dictum est lib. VII, c. 2, incantandi arte pollere. De Sirenibus Homericis diximus ad lib. III, cap. 9. Proteus dein Homericus, homo est universim spectatus, qualis ante nos fuit, qualis est modo, qualis est post nostram ætatem futurus: unde et a Virgilio dicitur, nosse omnia vates Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur. » Senex ille quidem, nam ab ævo condito durat: idem marinus, quippe variis jactatus curis, veluti in mari nautæ: idem immortalis, *ἀθάνατος*, *Odys.* A, p. 385, neque enim moritur genus humanum, sed semper durat: maris profunda novit, Neptuni minister, quoniam maria pernavigat: eidem inde filia *Εἰδομένη*, quæ rerum experientia est. Circa ipsum phocæ variæ sortis et conditionis homines: gravem spirantes nidorem maris, quippe fœda multa et spurca patrantes. Dormit ipse, quum sol medium cælum ascendit; quum fortuna utitur prospera, tunc quiescit. Fit leo primum, deinde draco, et panthera, et sus; et aqua liquida, et arbor excelsa: quoniam alius alias imitatur feras, dum indomitis cupiditatibus obsequitur: et aliorum quidem fortuna dilabitur, aliorum crescit, instar excelsæ arboris. De situ Phari, quæ Protei sedes, ex ejusdem Homeri sententia diximus ad lib. II, pag. 87. *HARD.*

11. *Sirenum cantus.* Parthenopes, Ligyæ, Leucossæ, filiarum Calliopes et Acheloi, de quibus Homerus. *Odys.* M. *DALÉC.*

3 Circe utique et inferum evocatione¹³ hoc solum agi¹³.
postea quisquam dixit, quonam modo venisset¹⁴ Teln
sum¹⁵ religiosissimam urbem, quando transisset ad T
salas¹⁶ matres, quarum cognomen diu obtinuit¹⁷ in no
orbe alienæ gentis¹⁸. Trojanis itaque temporibus Chiro
medicinis contenta, et solo Marte fulminante, miror e
dem Achillis²⁰ populis famam ejus in tantum adhæsi

12. *Et inferam evocatione.* Ita Chiffi. codex, pro *inferorum*, ut est in vetustis editionibus. Ulyssem quidem Circe invitavit ad descensum ad inferos: quod fuit idem ac si vates diceret, natura curiosum fuisse Ulyssem fata sua prænoscedi, Odys. K, vers. 40. Propterea fingitur ille dicere, Odys. A, vers. 163, sibi necesse fuisse, χριτὸν, ad inferos se conferre, ubi Tiresiam, Thebanum fatidicum, consuleret. Fingi istud ab Homero oportuit, ut Ulysses ex Tiresia disceret, fuga sibi post interfectos in Ithaca tot viros nobiles, esse consulendum: Odys. A, v. 127. Eam vero fugam non oportuit post cædem narrari: quum finis et scopus poematis sit, oppressio mulctata: ac proinde ea animadversione in sceleratos claudi poema debuerit. HARD.

13. *Hoc solum agi.* Magiæ solum opus declarari. HARD.

14. *Venisset.* Scilicet ars Magica. HARD.

15. *Telmessum.* Ad fines Lyciæ positam, lib. V, cap. 27, celebrem sacerdotum collegio. DALBEC.—*Telmessum.* Urbem in Cariæ confinio, Lyciæque positam, de qua lib. V, cap. 28, « qua in urbe excellit aruspicum disciplina, » inquit Cicero, de Div. I, 91. HARD.

16. *Thessalas.* Sagas et vete Sic MSS. omnes, Reg. Colb. C non ut libri vulgo editi, *Tha urbes.* Veneficas enim sagasque telligit, quarum Thessalia olim: adeo ut Thessalia et The simpliciter ponatur pro magican. lib. VI, vs. 451: « Ab superos alienis Thessalis oris: mine Thessalidum dura in prædia fluxit, Non fatis, add amor. » HARD.

17. *Quarum cognomen diu ad in nostro orbe alienæ gentis.* Vot et Chifflet. *aliena gente.* Pint *aliena genti.* Scribe, in nostro *alienigena.* Sic Val. Max. lib. cap. 3, « alienigenæ religionis gnibus. » Florus, lib. II, cap. « indigenam ex frumento p nem. » Gellius, lib. II, cap. « neque vino alienigena, sed p usurus. » GROX.

18. *Alienæ gentis.* Magos Persæ suos sapientes vocant.

19. *Chironis.* Achillis ille 1 ster fuit, et ipse Thessalus, au que medicinæ. HARD.

20. *Achillis.* Thessalis, qu imperitavit. Unde dux Thessa Seneca appellatur non semel, ctanda virgo est Thessali ducis. Emicuit ingens umbra salici ducis. » HARD.

ut Menander quoque litterarum subtilitati sine æmulo genitus²¹, Thessalam cognominaret fabulam, complexam ambages feminarum²² detrahentium Lunam. Orphea putarem e propinquo²³ primum intulisse, ad vicina usque, superstitionem ac Medicinæ profectum, si non expers²⁴ sedes

21. *Litterarum subtilitati sine æmulo genitus. Soccorum salibus*, vel aliquid simile substituendum videtur in locum illorum verborum, *litterarum subtilitati*. PINT. — Alii leg. *subtilitatibus*, alii *futilitati*. — *Litterarum sine æmulo genitus*. Dignissimum præconium ipsarum Athenarum, quæ docuerunt omnia, doctore: quod quum Pintian. *soccorum salibus* vel aliquo simili mutandum censet, suam et litterarum subtilitatem ejurat. Si qui fuerunt autem, qui *futilitati* Plinium scripasisse vel per somnium cogitarunt, ipsi futiles insanum in modum æstimari voluere. GROU. — QUERLON, not. ad Gall. interp. vers. t. X, p. 162, num. 25, dicitur credidisse significatum h. l. a Plinio comœdiæ altissimum et optimum genus, comœdiam ethicam, quæ in pingendis moribus veris tota est. Ingeniosius, ni fallor, quam exactius. Nam ego hoc reor de poetæ eruditione hic sermonem esse. Qui carmen vulgares poetæ conduunt, parum docti censentur, ac in loquendo parum diligentes: Menander contra eruditissimus vir fuit, nec, nisi eruditionis palmaris vir, ad partes vocandus fuit ut Thessaliæ magicæ assignaretur. Cæterum res de Thessalia notissima e cunctis, Horatio, Apuleio, Luciano, aliis. A.

22. *Feminarum detrahentium Lunam*. Apparatus veneficarum Thes-

salarum describitur apud Apul. et ut ille ait, feralis officina, lib. III, Asini aurei: « Omne genus aromata, ignorabiliter laminæ litteratæ: infelicitium navium durantes clavi: defletorum et sepulcorum cadaverum exposita multa ad modicam membra, hic nares et digiti, illic carnosus clavi pendentium, sive suspendio necatorum: alibi trucidatorum servatus cruor, et extorta dentibus ferarum trunca calvaria. His videlicet comparatis, ac decantatis fibris (pecudum) spirantibus, vario lacte litabant nunc rore fontano, nunc melle montano, mulso etiam libantes, etc. » DAL. — *Feminarum*. Thessalarum inprimis hoc opus fuit. Horat. Epod. 5, vs. 45: « Quæ sidera excantata voce Thessala, Lunamque cælo deripit. » Vide quæ diximus lib. II, c. 9. H.

23. *E propinquo*. Proximis sæculis. DAL. — *E propinquo primum intulisse ad vicina usque superstitiones ac medicinæ*. Voss. « e propinquorum primum pertulisse ad vicina usque superst. ac medicinæ provectum. » Ut et Chifflet. fere. Forsan, « e propinquo eam primum protulisse ad vicinam usque superstitionem a medicinæ provectum. » GROU. — *E propinquo*. F. Thracia, ubi genitus Orpheus. H.

24. *Si non expers sedes ejus tota Thrace magices fuisset*. In vetusto codice, « si non ex Perside se vis

4 ejus tota Thrace Magices fuisset. Primus quod exstel
 equidem invenio, commentatus²⁶ de ea Osthanes, Xe
 regem Persarum bello, quod is Græciæ intulit²⁷, comit
 ac velut semina artis portentosæ sparsisse, obiter inl
 quacumque commeaverat, mundo. Diligentiores
 ante hunc ponunt Zoroastrem alium Proconnesium. C
 certum est, hic maxime Osthanes ad rabiem, non
 ditatem modo scientiæ ejus, Græcorum populos egit. C
 quam animadverto summam litterarum claritatem glo
 que ex ea scientia antiquitus et pæne semper pet
 5 Certe Pythagoras²⁸, Empedocles, Democritus, Plati

tota in Thracen magices tulisset, formam Dei veri negat et posse, etc. » DAL. — *Osthane* Οἰάνην μάγον memorat Tat orat. contra Græcos, p. 172 omnes MSS. adspirant *Hos* Hunc Xerxis comitem fuisse tuis pariter innuit, in Procer 1. HARD.

25. *Primus exstat, ut equidem invenio commentatus de ea.* Vossius, pro antiq. script. « primum quod exstet ut eq. inv. com. est de ea Osthanes Xerxen regem invenio ex Pers. bello, » forte, ait: « Primum, quod exstet, ut equidem invenio, commentatus est de ea Osthanes, Xerxen regem, ingenio rex Persarum, bello, quod is Græciæ intulit, comitatus: ac velut semina artis portentosæ sparsit, obiter infecto, quacumque commeaverat, mundo. » Osthane vocat *ingenio regem Persarum* velut sapientissimum inter Persas. Juvat hactenus Pintianus, quod affert e libro suo: « Primum quod exstet ut eq. inv. commentatus est. » ГРОМ.

26. *Commentatus de ea Osthanes.* Cyprianus de Idolis: « Et magis inde est (a dæmonibus) ad pernicioiosa vel ludicra potentatus, quorum tamen præcipuus Osthanes

27. *Is Gr. intulit.* Olymp. 1 anno primo (480 a. C. n.), 1 in Græciam, qui annus Græ navali ad Salaminam victo clade Persarum insignis fuit.

28. *Certe Pythagoras, e* hac Pythagoræ profectio in Pythag. VIII, pag. 214; Alex. Strom. I, pag. 302 e aliique. De Empedocle idem tuis in ejus vita, VIII, pag A Democrito in Ægyptum cerdotes, in Persidem ad dæos, ad Gymnosophistas in Indiam, peregrinationei susceptam Laertius ipse na ejus vita, lib. IX, et Clem. loc. cit. pag. 303. Platoni militer peregrinationis 1 apud Laert. in ejus vita, II εις Αἴγυπτον παρὰ τοὺς πρε

1. HARD.

hanc descendam navigavere, exsiliis verius, quam peregrinationibus, susceptis. Hanc reversi prædicavere: hanc in arcanis habuere. Democritus Apollobechen²⁹ Coptiten, et Dardanum e Phœnice illustravit³⁰, voluminibus³¹ Dardani in sepulcrum ejus petitis: suis vero ex disciplina³² eorum editis: quæ recepta ab aliis hominum, atque transiisse per memoriam, æque ac nihil in vita mirandum est. In tantum fides istis fasque

et apud ipsum Platonem in Phædone, referente Clem. Alex. l. c. pag. 302. H. — *Exsiliis verius..... susceptis.* Non metaphoricè quidem de Pythagora. Nam (ut Ovid. canit, *Metam.* lib. XV, vs. 61) « Vir fuit hic ortu Samius: sed fugerat una Et Samon, et dominos; odioque tyrannidis exsul, etc. » Placet multis hunc a Polycrate ad amicum Amasim missum cum catenis, aliis liberum missum, sub hac conditione, ut insulam patriam non reverteretur. Inde Ægyptum, mox Assyriam, tum Olympica et Peloponnesum, lustravit, in Græciam Magnam devolaturus tandem, quam moribus, legibus, artibus emendaret poliretque. A7.

29. *Apollobechen.* A Copto, Ægyptiæ Thebaidis oppido, unde et Coptites præfectura dicta. — *Apollobechen.* Hæc sincera lectio est cod. Reg. Colb. Th. Chifflet. Depravata vulgatorum, *Apollonicem Coptidenem.* Audacior conjectura eruditiorum, atque a vestigiis veteris scripturæ alienior, *Apollonidem Horapionem:* qui de religione ac regibus Ægyptiorum et de exstrukione pyramidum multa literis consignasse legitur apud Theophilum Antiochenum ad Autol. II:

Ἀπολλωνίδης ὁ καὶ Ἠράπιος ἐπικληθείς, ab Horo et Api Ægyptiorum numinibus appellatione deducta. HæRD.

30. *Dardanum e Phœnice illustravit.* Colum. lib. X: « Dardaniis veniant artes, » id est, magicæ, ab hoc Dardano, cujus commentariis perlectis doctissimus evasit Democritus Apuleius, vel quicumque alius post Zoroastrem magicæ laude clarus exstitit. Euseb. II *Προπαρασχ.* Ἐπεὶ ὁ Δάρδανος ὁ μύθους θεῶν καταδιδάξας τὰ μυστήρια. Brod. lib. IV, cap. 10. DALÆC.

31. *Voluminibus Dardani in sepulcrum ejus petitis.* Scribend. reor: « voluminibus Dardani in Cyprum petitis », ut pronomen ejus superfluat: alioquin non erit quo referre possimus, quod non multo infra sequitur, « tanto recentior est Cypria. » ΠΙΝΤ.

32. *Suis vero ex disciplina.* Auctor est Clem. Alex. Strom. I, pag. 303, Democritum, Babylonii scriptoris, cui Acicari nomen fuit, columnam interpretatum esse, ac suis operibus intexuisse. Δημόκριτος γὰρ τοῦ Βαβυλωνίου λόγους πεποιήται. Λίγεται γὰρ τὴν Ἀκικάρου τὴν ἐρμηνευθεῖσαν, τοῖς ἰδίαις συντάξει συγγράμμασι. HæRD.

omne deest, adeo, ut ii qui cætera in viro illo probant, hæc ejus esse opera inficientur. Sed frustra. Hunc enim maxime affixisse animis eam dulcedinem constat. Plenumque miraculi et hoc, pariter utrasque artes effloruisse; Medicinam dico, Magicenque³³, eadem ætate illam Hippocrate, hanc Democrito illustrantibus, circa Peloponnesiacum Græciæ³⁴ bellum, quod gestum est a CCC³⁵ urbis nostræ anno. Est et alia Magices factio, a Mose³⁶, et Jamne, et Jotape, Judæis pendens, sed multis millibus annorum

33. *Magicenque*. Quam nos Magiam vocamus. Sic ipse Geometricen appellat, XXXV, 35, 9, quam nos Geometriam dicimus: et Theologicen pariter dixere Veteres, quam nos Theologiam nuncupamus. Hieron. ep. clv ad Paulam Urbicani: « Pro Logica nostri Theologicen sibi vindicant: » sic enim habent libri MSS. non, ut editi sine ullo sensu, *theoricen*. In libris Hieronymi numquam Theologiam dici reperias, sed græce θεολογίαν. H. — Vix erant dignæ synonymiæ quæ notarentur. Certe omnes norunt omnia hæc quæ desinunt in *ice* mera esse adjectiva, quæ quum pronuntiarentur, splendendum fuit τέχνη, aliquando; sed rarius, τέχνη. A.

34. *Græciæ*. De quo lib. super. diximus, cap. 2. HARD.

35. *A CCC Urbis*. Ante Christum ann. 254. HARD.

36. *A Mose, et Jamne, et Jotape*, etc. Is Jamnes et in thaumaturgia antagonista Mosi fuit coram Pharaone, quod in Paulinis epistolis legimus, magus insignis, quo factum opinor, ut Plinius Mosem quoque similiter magum fuisse pu-

taverit. GREEN. — *A Mose*. Hic sequenti sumus MSS. codd. omnes et vetustissimas editiones, in quibus totidem litteris et apicibus scriptum est, ut edidimus. Primum hic et *Jamne* pro *etiamnum* editio Basileensis exhibet anno 1535. Quum autem « etiamnum a Judæis, Mose et Lotapea pendens factio » dicitur a Plinio, perseverantem eam usque ad sua tempora indicat, et veluti particulam sectæ Judaicæ, ei addictam Numini, quod Moses et edocti a Mose Judæi coluerunt. Itaque designat hic Plinius quosdam « de circumeuntibus Judæis exorcistis », quorum mentio est in Actis, 19, 13, quorum princeps sua ætate in Cypro fuerit Judæus nomine Lotapeas. Nam in Cypro hanc factionem viguisse testatur. Et est certe *Lotapeas* nomen hebræum, לוֹטָפֵּאס: quod hominem significat, Qui involvens se, operit se. Vim exorcismorum autem Plinius, homo atheus, magicæ arti adscribit; et multiplici laborat errore: 1^o quod *Mosen*, vatem sanctissimum in magorum numero reponit; 2^o quod *Jamnem* in Ægypto Mosis antagonistam pro Judæo habet; 3^o quod

post Zoroastrem. Tanto recentior est Cypria³⁷. Non levem et Alexandri Magni temporibus auctoritatem addidit pro-

Jotape pro Mambre scripsit: nam de Jamne et Mambre, scriptoribus Ægyptiis atque iisdem magis, qui Pharaonis jussu adversus Mosen portenta ediderunt, Eusebius, Præpar. lib. IX, pag. 411, ex Numenio Pythagorico. Ideo male cum illo Hebræorum duce confunduntur, siquidem constat artes magicas et incantationes apud Judæos vetitas fuisse, et perperam vocari Judaicam, quæ vera fuit Ægypti magice. HARD. et ED. — *Jamne*. Harduinus de Mose tantum loqui Plinium, non de Jamne asserit; sed non invenio a Dalecampio aliquid contra Jamnis appellationem ex membranis adduci. In I Ambros. lego: « Amuse etiam jam nunc et Lotape ac Judæis pendens. » In II cum edit. 1469: « Amiso et Jane et Jotapata Judæis pendens. » Primi scripturam magis corruptam nemo non videt; secundi et *Jane* pro *Jamne* positum facile credam. Audiamus Gelenium, qui in emendatis codicibus legi asserit a *Mose*, et *Jamne*, et *Jotape Judæis pendens*. « Is (vide supra in principio hujus notæ)... putaverit. Castigationem fefellit similitudo scripturæ, ut pro *et Jamne* legit *etiamnum*. Tertium nomen etiam typis excusa quædam exemplaria habent, recte quidem mea sententia quum hebræum sit, et apud hebræos auctores reperitur. » Huc usque Gelenius. Jamnem a Plinio memoratum esse illum, cujus Paulus apostolus mentionem ingerit, non dubitavit Antonius Pos-

sevinus; Jopaten vero sibi ignotum fatetur. Antiquæ editiones exhibent certe a *Mose etiamnum*, sed optime Gelenius animadvertit, si modo dixit *est et alia*, non opus est repetere *etiamnum*? Quod certe in auctore succoso minime reponendum, nec in principe editione occurrit. Alii pro *Jotape* legere malunt *Jochabela*, uti apud Joseph. Flavium, vel *Jochabeda*, ut in codd. Divi Hieronymi. Hermol. Barbarus, qui in editis pariter *etiamnum Lotapea* invenerat, legendum forte, inquit, non *Lotapea*, sed *Jochabela*, sive *Jochabela* ex Josepho, qui matrem *Mosis* ita nominavit. Hieronymus *Jochabeda*. Potest et *Jotapata*: quoniam et urbs hoc nomine in Syria Josepho est; a conditore, ut verosimile, est vocata. Magum autem fuisse Mosen insimulant: sed eos secundo contra Apionem volumine Josephus apertissime coarguit. Qualis autem sit, quam paulo post Plinius Cypriam appellat: non ausim quidem contendere; sed de Christiana eum sensisse, ut suspicer; argumento est, quod apostolus Paulus cum Barnaba, qui et Cyprius erat, e Judæa navigavit in Cyprum; in eamque primum insulam novum mundo Christi nomen intulit. REZZON.

37. *Tanto recentior est Cypria*. Hanc quidam intelligunt Christianismum, expositum Cypriis a Divo Barnaba. Quidam Paphiæ Veneris sacerdotes. DAL. — *Tanto rec. est Cypria*. Vidimus Hard. Cypriæ sectæ principem innuere Lotapeam.

fessionem secundus Osthanes, comitatu ejus exornatus. neque, quod nemo dubitet, orbem terrarum peragravit.

III. Exstant certe et apud Italas gentes vestigia in duodecim tabulis nostris, aliisque argumentis, priore volumine exposui. DCLVII demum anno u Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Crasso coss. sen consultum factum est, ne homo immolaretur palam fuit in tempus illud sacri prodigiosi celebratio.

IV. Gallias utique possedit, et quidem ad nos

Verum ego (ubi id nominis recipitur) de homine Nostrum loqui, longe ante Vespasiani imperium vivente, judicarem. RZZZ.

III. 1. In duodecim tabulis. Quorum verba retulit, lib. XXVIII, cap. 4. HARD.

2. Quae priore volumine. Non proximo, sed anteriore, nempe octavo et vigesimo, cap. 4. HARD.

3. DCLVII demum. Ita Reg. 1, Colbert. 3, editique libri omnes. Quae annorum ratio plane congruit cum nostra Chronographia, hoc est, cum ea quam caeteris operis sui locis Plinius constantissime sequitur, et quam docuit fere Petavius. Consentiant Cassiodorus, Fasti Siculi, Julius Obsequens. H.

4. Homo immolaretur. Vide quae adnotata sunt in lib. XXXVI, cap.

5. DAL. — Ne homo, etc. Vide quae dicta sunt supra, lib. XXVIII, 3. Violavit igitur hoc senatusconsultum Caesar dictator, cujus jussu viri duo in Campo Martio a pontificibus et Saliis, velut in sacrificio, ἐν τρόπῳ τινὶ ἱερουργίας, inquit Dio, lib. XLIII, jugulati, immolatique sunt, ἱεραργήσαν, ἱθύθησαν. HARD.

5. Palamque in tempus illud sacra

prodigiosa celebrata. Hoc a G est. Academicus, « palamque tempus siluit sacra. » Gud. « Vossiani: « palamque in tili ut sacra. » Sed Chifflet. et princeps: « palamque fit in tili, ut sacro prodigiosa celebratio. » Hinc in olim vulgatis illud siluit. Sed legendum « que fit in tempus id licita prodigiosi celebratio. » Neque aliud, quod sequitur: « utique possedit: nempe vel sacros prodigiosum, vel celebratio prodigiosi. GRON.

IV. 1. Gallias. Equior Solinus hoc timide pronuntium obstringens fidem. « Infamatus, de Gallis agens, cap. pag. 41, ritu incolarum, qui aiunt, veri enim periculum non recipio, detestabili sacros ritu, injuria religionis, humilitant hostiis. » Dion. Halic. eadem, Antiq. Rom. lib. I, Lactant. Div. Inst. I, 21: « Hesum atque Teutatem huicruore placabant. Nec Latinidem hujus immanitatis ex fuerunt. Siquidem Latialis J etiam nunc sanguine colitur mano, etc. » HARD.

memoriam. Namque Tiberii² Cæsaris principatus sustulit Druidas eorum, et hoc genus vatum medicorumque. Sed quid ego hæc commemorem in arte Oceanum quoque transgressa, et ad naturæ inane³ pervecta? Britannia hodieque eam attonite celebrat⁴ tantis cerimoniis, ut dedisse Persis videri possit. Adeo ista toto mundo consensere, quamquam discordi et sibi ignoto. Nec satis æstimari potest, quantum Romanis debeatur, qui sustulere monstra⁵, in

2. *Namque Tiberii*, etc. De Druidis Tiberii jussu pulsais, obscure Tranquillus egit, et generatim, vel externarum cærimoniarum, vel Mathematicorum, hoc est, Astrologorum nomine designatis: « Externas cærimonias, inquit in Tiberio, cap. xxxvi, compescuit.. Expulit et Mathematicos, etc. » Dio quoque, lib. LVII, pag. 612, ait Tiberii jussu magos, astrologos, aliosque, qui quocumque nomine divinationes exercerent, necatos esse. Tacit. Annal. II: « Facta de Mathematicis Magisque Italia pelendis senatusconsulta. » Verum in Claudio Tranquillus multo expressius, cap. xxv: « Druidarum religionem apud Gallos diræ immanitatis, et tantum civibus sub Augusto interdictam penitus abolevit. » Nempe quod Tiberius non obtinuerat, Claudius perfecit. De Druidarum moribus Cæsarem vide, de Bell. Gall. VI. Quum vero Plinius hoc loco Druidas vates medicosque, alibi Magos aliterve appellat, ostendit eos non nisi Magos fuisse, qui ex Magice et Astrologia, aliisque studiis medicinam exercebant. HARD. — Clare Lucan. « et humanis lustrata cruoribus arbos. » Conf. τρωάδων e Cl. vir.

CHATEAUBRIANT, *les Martyrs*, lib. VIII, ubi Eudorus se narrat testem silvestrium sacrorum, jam in eo stantibus Eubagis ut Deo humana victima gratificarentur suo. Cæterum ne dubita, ut impios et crudeles Druidas, sic et populum solitos ludere, non iisdem artibus quas in Perside, Ægypto, Græcia ac passim invenerant, sed simillimis indulgere, dum nempe et valetudini sese opitulaturos spondent et futura præagiunt. Feminis tamen hoc sæpius in mandatis fuit: hinc Velledæ, h. e. sagæ, (nam Velleda non unius nomen, sed omnium quæcumque divinatoriæ sese artis participes profitebantur). Ergo, ut non bene, si verba stricte presse- ris, Plinius Galliæ Magiam tribuit, ita non perperam, si laxius verba sumi volueris, dum aperiendi futuri vanitate Gallias quoque laborasse pronuntiat. Az.

3. *Et ad naturæ inane*. Ubi naturæ fines, ultra quos inane, seu verius nihil est. HARD.

4. *Britannia hodieque eam attonite celebrat*. Aptius in nostro exemplari, *attonita celebrat*. PINT.

5. *Qui sustulere monstra*. Tertull. tamen in Apol. cap. ix: « Ecce in illa religionissima Æneadarum urbe

quibus hominem occidere religiosissimum erat, n vero etiam saluberrimum.

V. (II.) Ut narravit Osthanes, species ejus plures Namque et aqua¹ et sphæris, et aere, et stellis, et luce ac pelvibus, securibusque, et multis aliis modis d promittit: præterea umbrarum, inferorumque collo quæ omnia ætate princeps Nero vana falsaque comf quippe non citharæ tragicique cantus libido illi major fortuna rerum humanarum summa gestiente in prof animi vitiis. Primumque imperare Diis concupivit, quidquam generosius valuit. Nemo umquam² ulli a validius favit. Ad hæc, non opes ei defuere, non v non discentis ingenium, non alia, patiente mundo. mensum et indubitatum exemplum est falsæ artis³ dereliquit Nero: utinamque inferos potius et quos

piorum, est Jupiter quidam quem ludis suis humano proluunt sanguine. Sed de gladiatoribus, opinor, agit, non de sacrificiis. H.

V. 1. *Namque et aqua.* Ex aqua ὕδρομαντεία appellatur: ex sphæris, sive pila, σφαιρομαντεία: ἀερομαντεία ex aere, in quo dæmon invocatus, varias formas effingit, quæ requisita denuncient: ἀστερομαντεία ex stellis: λυγρομαντεία e lucernis: ex pelvibus lebetibusque, λακανομαντεία: ἀξίνομαντεία, ex securibus. Singularum rationes, quo quæque modo fiant, expedire, non est ingenii, aut instituti nostri. HARD. — Multa enim præterea fiebant, ita ut brevis fuerit dicere quæ divinantibus ansam non dederint (si qua sint) quam quæ dederint. Cf. si vacat, BOISSARD, *de Divin.* V, pag. 15 sqq. et POLLER, *de Antiq. Gr.* Quos si tædet aut piget evolvere, adi facetissimi simul atque

acerrimi irrisoris RABELLA III, cap. 25 (*Pantagruel*), v multa nominat, multa nas pendit adunco, omissis tamen paucis, quæ in edit. Paris. (L. JANET), tom. III, p. 591 expressa reperies. A.

2. *Nemo umquam.* Vide in eam rem apud Sueton. in Nero cap. xxxix. HARD.

3. *Aliaque non patiente immensum et indubitatum exemplum est falsæ artis,* etc. Verbum *sum* cum minore littera scri præcedentibus annectendum tur; reliqua sic, ut reor, et dius legentur: « Alioqui non patiente mundo immensum. Indubitatum exemplum est, etc. » conjunctio *et* non est in codicibus. PIET. — *Aliaque,* etc alia quæ mundus ægre feret MSS. Reg. Colb. Chiff. « quæ alia patiente mundo. » HARI

que⁴ de suspicionibus suis Deos consulisset, quam lupanaribus atque prostitutis mandasset inquisitiones⁵ eas: nulla profecto sacra, barbari licet, ferique ritus, non mitiora, quam cogitationes ejus, fuissent. Sævius⁶ sic nos replevit umbris.

VI. Sunt quædam Magis perfugia, veluti¹ lentiginem² habentibus non obsequi numina, aut cerni³. Obstet forte hoc in illo³? Nihil membris defuit. Nam dies eligere certos liberum erat: pecudes vero, quibus non nisi ater colos esset, facile. Nam homines immolare etiam⁴ gratissimum. Magus ad eum Tiridates⁵ venerat, Armeniacum de se

4. *Et quoscumque... Deos.* H. e. malos genios, vel δαίμονας.

5. *Inquisitiones.* Quæ fieri in civibus solebant, ut dæmonum ope resciret, qui rei conjurationis in ipsum forent. HARD.

6. *Sævius.* Nece iis illata, quos sibi esse infestos suspicabatur. H.

VI. 1. *Lentiginem hab. non obsequi numina, ut cerni non possint, forte hoc in illo,* etc. Scribe, « Lentiginem habentibus non obsequi numina aut cerni. Num obstet forte hoc in illo? » Ex nostro apographo. PINT.

2. *Non obsequi numina, ut cerni non possint. Forte hoc in illo.* Quanto expeditius Vossianus: « veluti lentiginem habentibus non obsequi numina aut cerni. Obstet forte hoc in illo? » Duo alii et Gud. confirmant hactenus, ut præferant aut cerni. Juvat in parte Pintiani codex: sed nimium est illud: « Num obstet hoc forte in illo? » GROX.

3. *Forte hoc in illo?* Suetonius in Nerone, cap. 51. DAL. — *Obstet.* Ita Ch. recte. Figura est, quam rhetores προλήψιν vocant. Obstetisse

arbitramini lentiginem faciei, quominus cerneret Deos Nero magicis incantationibus evocatos. At nihil membris defuit. « Statura fuit pæne justa, inquit Tranquillus l. 1. a Dalec. vultu pulchro magis quam venusto, etc. » HARD.

4. *Nam hominem imm. etiam gratissimum.* Melius: « Jam hominem immolare gratissimum. » PINT.— *Nam hominem immolare etiam gratissimum.* Voss. ut Chiff. *homines.* Particula nam offendit non Pintianum modo, sed etiam alios. Injuria, est enim ejus usus, qualem notavimus ad Livium, lib. XXIX, cap. 8. Neque aliter ipse Plinius hoc libro, cap. 11: « Nam muris cerebrum dare potui ex aqua, aut cinerem mustela, vel etiam inveteratas erinacei carnes, quis possit furenti, etiamsi sit forte medicina? » GROX.

5. *Tiridates.* Victus a Corbulone, duce Neronis in Armenia, Romanus venit: Armeniæ tamen regnum ei datum a Nerone ipso, ex tribunali, refert Dio lib. LXIII, pag. 718, HARD.

triumphum afferens, et ideo provinciis gravis⁶. Navigare noluerat, quoniam exspuere in maria, aliisque mortalium necessitatibus violare naturam eam fas non putant. Magos secum adduxerat. Magicis etiam cœnis cum initiaverat. Non tamen⁷ quum regnum ei daret, hanc ab eo accipere artem valuit. Proinde ita persuasum sit, intestabilem, irritam, inanem esse, habentem tamen quasdam veritatis umbras: sed in his veneficas artes pollere, non magicas. Quærat aliquis, quæ sint mentiti veteres Magi, quum adolescentibus nobis visus Apion Grammaticæ artis, prodiderit cynocephalam⁸ herbam, quæ in Ægypto vocaretur osirites, divinam, et contra omnia veneficia: sed si tota erueretur, statim eum qui eruisset, mori: seque evocasse umbras ad percontandum Homerum, quam patria, quibusque⁹ parentibus genitus esset, non tamen ausus profiteri, quid sibi respondisse diceret.

VII. Peculiare vanitatis sit argumentum, quod animalium cunctorum talpas maxime mirantur, tot modis a rerum natura damnatas, cæcitate perpetua¹, tenebris

6. *Et ideo provinciis gravis.* Per quas iter cum comitatu suo agebat. HARD.

7. *Non tamen.* Dio, lib. LXIII, pag. 718. HARD.

8. *Cynocephalam.* Egimus de ea lib. XXV, 80. Osireos Taphen, hoc est, Osiridis sepulcrum, appellat Apul. cap. 86. HARD.

9. *Qua patria quibusque, etc.* Apud Gell. III, cap. 11, Varro: Ἐπὶ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὀμήρου Ζμύρνα, Ρόδος, Κολοφών, Σαλαμίν, Ἴος, Ἄργος, Ἀθήναι. • Capella Homeri candida hæc tumulum indicat. Quod ara Ietæ mortuo faciunt sacra. • Versus hos longa oratione Magius exponit et explicat, III, 1.

Constat in Io insula extremum diem obiisse, ut tradit Halicarnass. ἀσθενία καὶ μαλακία, languore et imbecillitate virium: ut alii more, quod a piscatoribus ænigma hoc propositum solvere non potuisset, Ὅσοι ἄλομον λιπόμιστα, ὃ δ' οὐχ ἄλομον φερόμεστα. Ejus sepulchro Ietæ versus hos insculperunt: Ἐνθάδε τὴν ἱεράν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει, Ἄνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὀμηρον. Cumanis et Ionibus τυρλοὺς ὀμήρους dici Plutarchus auctor est. HARD.

VII. 1. *Cæcitate perpetua.* Falsum: nam oculo, minime quidem, uno tamen talpa pollet, ut mammalium cætera, duplici. A.

etiarum aliis defossas, sepultisque similes. Nullis æque credunt extis : nullum religionis capacius judicant animal : ut si quis cor² ejus recens palpitanque devoret, divinationis et rerum efficiendarum eventus promittant. Dente talpæ vivæ exempto, sanari dentium dolores adalligato affirmant. Cætera ex eo animali placita eorum, suis red-demus locis. Nec quidquam probabilius invenietur, quam muris aranei morsibus adversari eas, quoniam et terra orbitis (ut diximus³) depressa adversatur.

VIII. Cætero dentium doloribus (ut iidem narrant) medetur canum qui rabie perierunt, capitum cinis crematorum sine carnibus, instillatus ex oleo cyprino per aurem, cujus e parte doleant. Caninus dens sinister maximus, circumscarificato¹ eo qui doleat; aut draconis os e spina; item enhydridis². Est autem serpens masculus et albus. Hujus maximo dente circumscarificant. At in superiorum dolore duos superiores adalligant, e diverso inferiores. Hujus adipe perunguntur, qui crocodilum captant. Dentes scarificantur ossibus lacertæ e fronte luna plena exemptis, ita ne terram attingant. Colluunt³ caninis dentibus decoctis in vino ad dimidias partes. Cinis⁴ eorum pueros

2. *Ut si quis cor.* Auctor Kiranidum, pag. 104 : « Si quis autem cor ejus (talpæ videlicet), adhuc ea reptante, seu palpitante, transglutierit, præscientiam accipiet futurorum, et eorum quæ in sæculo fuerint. » HARD.

3. *Ut diximus.* Lib. anteriore, cap. 27. HARD.

VIII. 1. *Circumscarificato.* MSS. omnes, *circumscarifato* : et mox, *circumscarifant et scarifantur.* H.

2. *Item enhydridis.* Plin. XXXII, 26 : « Enhydridis vocatur a Græcis coluber in aquis vivens. » HARD.

3. *Colluunt.* Sext. Platon. c. ix

de cane, tit. 24 ad dentium dolorem : « Dentem canis combure, et cinerem ejus in vini hemina decoque, et ex eo gargariset, et sanabitur. » HARD.

4. *Cinis.* Sext. Platon. loc. cit. tit. 26, ut dentes sine dolore crescant : « Dens canis combustus, et cum melle tritus, gingivas reprimat. » Appendi solum præcipit Habderrhomanus Ægyptius, interprete Ecchellensi, cap. xxvi de cane, pag. 102 : « Canis dens, qui caninus dicitur, appensus collo pueri, cujus adhuc non eruperunt dentes, pelle aliqua involutus, fa-

tarde dentientes adjuvat cum melle. Fit eodem modo et dentifricium. Cavis⁵ dentibus cinis e murino fimo inditur, vel jecur lacertarum aridum. Anguinum cor si mordeatur, aut alligetur, efficax habetur. Sunt inter eos, qui murem bis in mense jubeant mandi, doloresque ita cavere. Vermes⁶ terreni decocti in oleo, infusique auriculæ, cujus a parte doleant⁷, præstant levamentum. Eorundem⁸ cinis exesis dentibus coniectus, ex facili cadere eos cogit: integros dolentes illitus juvat. Comburi autem oportet in testa⁹. Prosunt et cum mori radice in aceto scillite decocti¹⁰, ita ut colluantur dentes. Is quoque¹¹ vermiculus, qui in herba, Veneris labro appellata, invenitur, cavis dentium inditus mire prodest. Nam erucae brassicæ¹², ejus contactu cadunt. Et e malva cimices infunduntur auribus

cilem reddit eorum eruptionem absque dolore ullo, aut nocumento. » HARD.

5. *Cavis*. Q. Seren. cap. xv, pag. 314: « Exesos autem dentes si forte quereris, Ure fimum muris, patulis et hiantibus adde: Prodest et pulvis lumbrici corpore tosto. » Sic etiam Plin. Val. I, 36, et Marcell. Emp. XII, p. 93. HARD.

6. *Vermes*. Galen. de fac. simpl. Med. XI, 1, pag. 314. Mar. Emp. XII, pag. 94, iisdem verbis. H.

7. *Infusique auriculæ, cujus a parte doleant*. Omnes quinque: *ejus e parte*. Ut Plauto: « et morbo valui, ab animo æger fui. » Contra lib. XXII, cap. 22: « Infunditur a contraria aure in dolore dentium. » GAZÆ.

8. *Eorundem*. Q. Serenus loco proxime allato. Marcell. Emp. l. c. Plin. Val. I, 36. HARD.

9. *In testa*. Marc. Emp. « in testa dententi. » HARD.

10. *In aceto scillite decocti*. *Scyl-*

litico, non *scillite*, recte. Nam vino quod græce masculini est sexus, convenit hæc terminatio in *es*. Acetum vero quum sit et latine et græce neutrius, non *scilliten* dixerim, sed *scylliticum*. ΠΙΤΤ.

11. *Is quoque vermiculus*. Dictum id jam superius, XXV, 108. H.

12. *Eruca brassicæ*. In MSS. vetusto more, *urucæ*, pro *erucæ*, ut alibi diximus. Ex hoc Plinii loco perperam, ut apparet, intellecto, scripsit Marcellus Empir: cap. XII, p. 95, non *erucas* cadere contactu ejus vermiculi, qui in Veneris labro invenitur, quæ Plinii mens videtur esse: sed dentes ipsos, qui vitati sunt, erucae contactu decidere: quæ sententia, ut dicam quod sentio, huic loco accommodatior videri potest. Prorsus ut in mendo cubare Plinii contextum haud immerito credas, legique oportere, « Nam erucae brassicæ etiam contactu cadunt, » exigua admodum mutatione vocalæ ejus,

cum rosaceo. Arenulæ¹³, quæ inveniuntur in cornibus cochlearum¹⁴, cavis dentium illitæ, statim liberant dolore. Cochlearum inanium cinis cum myrrha gingivis prodest: 4 serpentis cum sale in olla exustæ cinis cum rosaceo in contrariam aurem infusus. Anguinæ¹⁵ vernationis membrana cum oleo, tedæque resina calefacta, et auri alterutri infusa: adjiciunt aliqui thus et rosaceum: eadem cavis indita, ut sine molestia cadant, præstant. Vanum arbitror esse, circa Canis ortum angues candidos membranam eam exuere, quoniam nec in Italia visum est, multoque minus credibile in tepidis regionibus tam sero exui. Hanc autem vel inveteratam cum cera celerrime dentes evellere tradunt. Et dens anguium adalligatus dolores mitigat. Sunt qui et araneum animal ipsum sinistra manu captum, tritumque in rosaceo, et in aurem infusum, cujus a parte doleat, prodesse arbitrentur. Ossiculis gallinarum in pariete 5 servatis, fistula¹⁶ salva, adacto dente vel gingiva scarificata, projectoque ossiculo, statim dolorem abire tradunt. Item fimo corvi¹⁷ lana adalligato, vel passerum cum oleo calefacto, et proximæ auriculæ infuso, pruritus quidem intolerabilem facit, et ideo tolerabilius est passeris pullorum sarmentis crematorum cinerem ex aceto infricare.

in aliam satis affinem, etiam. Verba Marcelli hæc sunt: « Bestiola, quæ brassicæ innascitur, dens vitiosus sæpe confricatus, intra dies paucos ejicitur. » In MSS. tamen omnibus, ejus constantissime legitur. H. — Nos cum Empirico facimus, rati de dentium casu sumendum locum. Paraphrasis hæc foret: « Nam quod attinet ad vermiculum erucæ in brassica nascentem, ejus contactu cadunt. » A. J.

13. *Arenulæ*. Totidem verbis Plin. Val. I, 36, et Marc. Empir. XII, pag. 94. HARD.

14. *Cochlearum*. Pro myrrha mel adhibet Marc. Emp. XI, pag. 89: « Cochlearum, inquit, inanium exustarum cinis cum melle, gingivis impositus, mire prodest, si sit hæc assidua curatio. » HARD.

15. *Anguinæ*. Senecta seu pellis quam angues vere exuunt. HARD.

16. *Fistula*. Osse, qua medullam fistulæ in morem includit, integro. HARD.

17. *Item fimo corvi*. Marc. Emp. cap. XII, p. 95, ad verbum. Sextus Platon. part. 2, cap. VI de corvo, tit. 3 ad dentium dolorem: « Cavo

IX. (iv.) Oris saporem¹ commendari affirmant, murino cinere cum melle si fricentur dentes. Admiscent² quidam marathri radices. Penna vulturis si scalpantur dentes, acidum halitum faciunt. Hoc idem hystricis spina fecisse, ad firmitatem pertinet. Linguae³ hulcera et labrorum, hirundines in mulso decoctae sanant. Adeps⁴ anseris aut gallinae rimas; oesypum cum galla; araneorum telae candidae, et quae in trabibus parvae texuntur. Si ferventia⁵ os intus exusserint, lacte canino statim sanabitur.

X. Maculas in facie¹, oesypum cum melle Corsico, quod asperrimum habetur², extenuat. Item scobem³ cutis in facie cum rosaceo impositum vellere, quidam et butyrum addunt. Si vero vitiligines sint, fel caninum prius acu compunctas. Liventia⁴ et sugillata pulmones arietum

denti firmum si imposueris, dentem rumpit, et tollit dolorem. » H.

IX. 1. *Oris saporem.* Plin. Val. I, 29 seq. et Marcell. Emp. XI, pag. 88. HARD.

2. *Admiscent.* Auctores proxime laudati. HARD.

3. *Linguae.* Sext. Plat. part. XII de hirundine, tit. 2 ad linguae vulnera et labiorum: « Hirundines in melle vel mulso, etc. » Plin. Val. I, 30. HARD.

4. *Adeps.* Plin. Val. loc. cit. et Marc. Emp. XI, p. 88. HARD.

5. *Ferventia.* Acris et fervidi humoris defluxus, nimirum si calidore jure vel carne os exustum fuerit. Ferventia oris hulcera ἀφαῖς vocant. DAL.—*Si ferventia.* Sic MSS. Reg. Colbert. Th. non, ut quidam editi libri, excusserint. De ferventibus oris hulceribus Dalecamp. hæc accepit, quas ἀφαῖς Græci vocant: aliena sane a mente scriptoris, quam nos, ut remur, attingimus,

interpretatione. Confirmat etiam nostram egregie Q. Serenus, cap. xv, pag. 154: « Ora ambusta cibo sanabis lacte canino. » Et Plin. Val. I, 30: « Si ferventia os intus exusserint, continuo sanantur gargarizatione lactis canini. » In jure id vinoque sorbendo fere contingit, quum calidius justo est. Ut puero illi Plautino in Mil. act. III, sc. II, vs. 20: « PA. Neque tu bibisti? LU. Dii me perdant, si bibi, Si bibere potui. PA. Qui jam? LU. Quia enim obsorbui: Nam nimis calebat, amburebat gutturem. » H.

X. 1. *Maculas in facie.* Totidem verbis Marc. Emp. XIX, p. 130. H.

2. *Asperrimum habetur.* Amarore ingratum, quoniam e buxi flore apes colligunt. DAL.

3. *Scobem cutis.* Marcell. Empir. loc. cit. HARD.

4. *Liventia.* Sext. Plat. cap. VI de ariete, tit. 4 ad livores et sugillationes: « Pulmo arietis concisus

pecudumque in tenues consecti membranas, calidi impositi, vel columbinum fimum. Cutem in facie adeps anseris, vel gallinæ custodit. Lichenas⁵ et murino fimo ex aceto illinunt, et cinere herinacei ex oleo⁶. In hac⁷ curatione prius nitro ex aceto faciem foveri præcipiunt. Tollit⁸ ex facie vitia et cochlearum, quæ latæ et minutæ⁹ passim inveniuntur, cum melle cinis. Omnium quidem cochlearum cinis spissat, calfacit smectica¹⁰ vi: et ideo causticis commiscetur, psoriasisque, et lentigini illinitur. Invenio¹¹ et formicas Herculeas appellari, quibus tritis adjecto sale exiguo, talia vitia sanentur. Buprestis¹² animal est rarum in Italia, simillimum scarabeo longipedi. Fallit inter herbas bovem maxime, unde et nomen invenit, devoratumque tacto felle ita inflammat, ut rumpat. Hæc³ cum hircino sevo illita lichenas ex facie tollit septica vi, ut supra dictum est¹³. Vulturinus sanguis cum chamæleonis albæ (quam herbam esse diximus¹⁴) radice, et cedria tritus, contactusque brassica, lepras sanat: item

minutatim, et impositus, statim sanat, et nigras cicatrices ad candorem perducit: et a calciamenti læsos pedes sanat. » HARD.

5. *Lichenas.* Marcell. Empiric. cap. XIX, pag. 130; Plin. Val. II, 56. HARD.

6. *Et cinere herinacei ex oleo.* Plin. Val. l. c. HARD.

7. *In hac curatione.* Marc. Emp. cap. CXXIX, et Plin. Valer. loco citato. HARD.

8. *Tollit.* Marc. Emp. cap. XIX, pag. 130. HARD.

9. *Minutæ.* Vide cap. 6 et 14 hujus libri. DAL.

10. *Smectica.* Abstergendi purgandique vi, a *σμήχω*, detergo. H.

11. *Invenio.* Totidem verbis Marc.

Emp. XIX, pag. 129. Hisce formicis Herculearum nomen inditum ex re fuisse suspicatur Dalecampius, quod sint cæteris grandiores et atriores. HARD.

12. *Buprestis.* Buprestis et silvestris oleris genus est, de quo sup. lib. XXII, cap. 36. Frequens sane in Africa, auctore Luciano in Dipsadibus. HARD.

13. *Ut supra dictum est.* Lib. XXIX, cap. 30, ubi de cantharidibus, ptyocampis, et buprestis: « Efficacissimæ omnes ad lepras, lichenasque. » Et paulo antea: « vis earum adurere corpus, crustas obducere. » HARD.

14. *Quam herbam esse diximus.* Lib. XXII, cap. 21. HARD.

petes locustarum cum sevo hircino triti. Varos¹⁵ adeps gallinaceus cum cæpa tritus et subactus. Utilissimum et in facie mel, in quo apes sint immortalæ, præcipue¹⁶ tamen faciem purgat atque erugat cygni adeps. Stigmata¹⁷ delentur columbino fimo ex aceto.

XI. Gravedinem¹ invenio finiri, si quis nares² mulinas osculetur. Uva³ et faucium dolor mitigatur fimo agnorum, priusquam herbam gustaverint, in umbra arefacto. Uva succo⁴ cochleæ acu transfossæ illita, ut cochlea ipsa in fumo suspendatur. Hirundinum⁵ cinere cum melle: sic et tonsillis succurritur. Tonsillas et fauces lactis ovilli gargarizatio adjuvat. Multipeda trita, fimum⁶ columbinum cum passo gargarizatum etiam cum fico arida ac nitro impositum extra, asperitatem faucium et distillationes

15. *Varos.* Transtulit incaute Marc. Empir. hoc medicamentum a variis ad varices, cap. xxxiv, p. 235: « Varices curat, inquit, adeps gallinaceus cum cæpa trita impositus, vel perductus assidue. » Non ita Plin. Val. III, 41, ubi Plinium nostrum summa fide transcripsit. HARD.

16. *Præcipue.* Q. Seren. c. xii, pag. 131: « Cygnæos adipēs hilari misceto Lyæo, Omne malum prope maculoso ex ore fugabis. » HARD.

17. *Stigmata.* Marc. Empir. ix, pag. 130. HARD.

XI. 1. *Gravedinem.* Græcis νόστος, humoris a capite fluxio, sive pituita, quæ nares claudit, vocem obtundit, tussim siccam movet. Gall. *fluxion, rhume.* Cels. IV, 2.— *Gravedinem.* Ita rescripsimus, tum ex fide codd. Reg. 2 et Ch. tum ex scriptorum auctoritate, quos antea retulimus ad lib. XXVIII, cap. 15.

Prius *murinas* perperam legebatur. HARD.

2. *Si quis nares murinas.* Emen- da, *Mulinas.* Vid. Reines. Var. Lectt. lib. III, cap. 15, pag. 585 et 586. PINT.

3. *Uva.* Iisdem verbis Marcell. Emp. cap. xiv, pag. 120. HARD.

4. *Uva succo.* Marcell. Emp. l. c. « Succo cochleæ acu transfossæ illita uva sanatur: ita ut ipsa cochlea in fumo postea suspendatur. » H.

5. *Hirundinum.* Marcell. Empir. cap. xiv, pag. 99: « Hirundinum exustarum cinis, usque ad periculum laboranti uvæ, cum melle mixtus, potenter illinitur. » Sext. Platon. part. 2, cap. xii de hirundine, tit. 1 ad faucium dolorem. HARD.

6. *Fimum.* Marcell. Empir. cap. xii, pag. 102: « Fimum columbinum, ficus aridas, et nitrum tundes, eaque mixta extrinsecus asper-

leniunt. Cochleæ coqui debent illotæ⁷ demptoque tantum terreno conteri⁸, et in passo dari potui. Sunt qui Astypalæicas efficacissimas putent, et smegma earum⁹. Lenit et gryllus infricatus: aut si quis manibus¹⁰, quibus eum contriverit, tonsillas attingat.

XII. Anginis¹ felle anserino cum elaterio e melle citissime succurritur: cerebro noctuæ, cinere² hirundinis, ex aqua calida poto. Hujus medicinæ auctor est Ovidius poeta. Sed efficaciores³ ad omnia quæ ex hirundinibus monstrantur, pulli silvestrium. Figura nidorum eas deprehendit⁴. Multo tamen⁵ efficacissimi ripariarum pulli. Ita vocant in riparum cavis nidificantes. Sunt⁶ qui cujus-

tatem faucium, destillationemque castigat. » HARD.

7. *Cochleæ: coqui debent in lacte.*

Corrigo: « cochleæ: coqui debent inlotæ », ex apographo nostro:

sic inf. cap. 6: « Est qui cochleis illotis protropum infundat. » PINT.

— *Cochleæ. In Reg. inlotæ. In Reg. 2, illotæ.* Hæc enim sincera hujus loci scriptura est: adulterina altera,

quam libri omnes editi præ se ferunt, *coqui debent in lacte.* Plin.

Val. I, 45, de tonsillarum vitio:

« Cochleæ, inquit, coqui debent inlotæ, deinde conteri, et in passo dari potui. » Marcell. Empir. XIV,

p. 102: « Cochleæ, terra tantum excussa, inlotæ coquantur: dehinc tritæ cum passo Cretico adversum faucium molestias hauriuntur. » H.

8. *Terreno conteri.* Quod in illarum extrema parte cœnosum conspicitur ac veluti lutosum. DAL.

9. *Et in iis smegma earum.* Tria prima verba desiderantur in vestito codice. PINT.

10. *Aut si quis manibus.* Q. Sere-nus, cap. XVII, pag. 126: « Quos

autem vocitant tolles, attingere dextra Debebis, qua Gryllus erit prensante peremptus. » Fest. » Tolles, tumor in faucibus, quæ per diminutionem tonsillæ dicuntur. »

Marc. Emp. cap. xv, p. 106: « Si quis gryllum manu contriverit, et ad tonsillas, vel suas, vel alterius, tenens ter applicuerit, tactu illo tumorem sanabit. » HARD.

XII. 1. *Anginis.* Totidem verbis Plin. Val. I, 52. HARD.

2. *Cinere.* Dioscorid. II, 80, et Marc. Emp. cap. xv, pag. 105. H.

3. *Sed efficaciores.* Plin. Val. loc. cit. HARD.

4. *Figura nidorum eas deprehendit.* Nam aliæ, quas apodas vocant, in parietum fissuris ova ponunt, nec nidos exstruunt. DAL. — *Figura*, etc. Describitur ea a Plinio, X, 49, his verbis: « Alterum genus hirundinum est rusticarum et agrestium, etc. » HARD.

5. *Multo tamen.* Isdem fere verbis Marc. Emp. cap. xv, pag. 107, et Plin. Val. I, 52. HARD.

6. *Sunt*, etc. Corn. Celsi similis

cumque hirundinis pullum edendum censent, ne toto anno metuatur id malum. Strangulatos⁷ cum sanguine comburunt in vase et cinerem cum pane aut potu dant. Quidam et mustelæ cineres pari modo admiscent. Sic et ad strumæ remedia dant: et comitialibus quotidie potu. In sale quoque servatæ hirundines ad anginam una drachma bibuntur: cui malo et nidus earum mederi dicitur potus. Millepedam⁸ illini anginis, efficacissimum putant. Alii⁹ XXI tritas in aquæ mulsæ hemina dari per arundinem, quoniam dentibus tactis nihil prosint. Tradunt¹⁰ et murem cum verbenaca excoctum, si bibatur is liquor, remedio esse. Et corrigiam caninam¹¹ ter collo circumdatam: fimum

hæc oratio, IV, 4. - Vulgo audio, si quis pullum hirundinis ederet, angina toto anno non periclitari: servatumque eum ex sale, quum is morbum urget, comburi, carbonemque ejus contritam in aquam mulsam, quæ potui datur, infricari et prodesse. Id quum idoneos auctores ex populo habeat, neque habere quidquam periculi possit, quamvis in monumentis medicorum non legerim; tamen inserendum huic operi meo credidi. - Sic etiam Plin. Val. l. c. HARD. — Hirundinis quoque nidos apud Sinesenses et in finitimis tum insulis, tum peninsulis avidissime conquiri novimus, non eo quidem consilio ut hos potent, sed ut illa expriment gelatinosa ac mollia corpuscula quæ in agglutinandis nidis misellæ aves adunarunt. A.

7. *Strangulatos*. Plin. Val. loc. cit. HARD.

8. *Millepedam*. Oniscon, sive porcellionem intellige, de quo lib. XXXIX, cap. 39. Dioscorides, II, 38, de eo genere: *Διαιχρησθέντος δι*

μετὰ μέλιτος συνκχυμῶς ἀφαίεται. - Illiti cum melle, angina correptis prosunt. - HARD.

9. *Alii*. Plin. Val. I, 52, cui lemma inscriptum: *Anginæ melle-do*: - Millepedæ, inquit, numero viginti et una, tritæ in aquæ mulsæ hemina, aut aceti, melle addito, decoquantur, donec leutescat totum quod coquitur, et sic imponitur. - Et in alio genere morbi Marc. Emp. eodem medicamento usus, cap. xxxv, pag. 240. - In locis humidis, inquit, et sordidis, sub lapidibus inveniuntur bestioliæ multipedes; quæ contractæ contrahuntur, et reconduntur: ex his bestioliis XXI contritæ cum optimo melle, et ex aqua potui per fistulam datæ, paralyticis medentur: ideo autem per fistulam potandæ sunt, ne dentibus noceant, quos si contigerint, nigrificant. - H.

10. *Tradunt*. Marcell. Emp. xv, pag. 109, et Plin. Val. I, 45. H.

11. *Et corrigiam caninam*. Auctores proxime citati. Usus est ad anginam curandam canino fimo

columbinum vino et oleo permixtum. Cervicis nervis et opisthotono, ex milvi nido surculus viticis¹² adalligatus auxiliari dicitur. (v.) Strumis¹³ exulceratis mustelæ sanguis : ipsa decocta in vino : non tamen sectis¹⁴ admovetur. Ajunt et cibo sumptam idem efficere. Vel cineri ejus sarmentis combustæ miscetur axungia. Lacertus viridis adalligatur : post dies xxx oportet alium adalligari. Quidam cor ejus¹⁵ in argenteo vasculo servant, ad feminarum strumas. Veteres cochleæ¹⁶ cum testa sua tusæ illinuntur, maxime quæ fructis adhærent. Item cinis aspidum¹⁷ cum sevo taurino imponitur. Anguinus adeps¹⁸ mixtus oleo : item anguinium cinis ex oleo illitus, vel cum cera. Edisse¹⁹ quoque eos medios, abscisis utrimque extremis artubus, adversus strumas prodest : vel cinerem bibisse in novo fictili ita crematorum : efficacius multo inter duas orbitas occisorum. Et gryllum illinire cum sua terra effossum suadent : item fimum columbarum²⁰ per se, vel cum farina hordeacea, aut avenacea ex aceto. Talpæ²¹ cinerem

Galenus, ipso teste, Simpl. X. H.

12. *Surculus viticis*. Sic Vossiani ambo, *vitricis*. Olim *vitis*. Cap. 6 : « pulmo vulturinus vitigineis lignis combustus. » GRON. — *Assensere* Reg. 1, 2, Thuan. et alii : non *vitis*, ut editi. HARD.

13. *Strumis*. Sext. Platon. cap. xx de mustela, tit. 2. Marc. Emp. xv, p. 109, et Plin. Val. III, 29. HARD.

14. *Non tamen sectis*. Si ulcus manu factum fuerit, tentante chirurgo illas excindere.

15. *Quidam cor ejus*. Marc. Emp. cap. xv, pag. 107 : « Contra strumas, et feminis, et maribus utilissimum est, si cor lacertæ viridis lupino argenteo clausum, in collo suspensum semper habeant. » H.

16. *Veteres cochleæ*. Plin. Valer. III, 29, strumis profligandis : « Cochleæ cum suis testis tusæ ad hoc faciunt optime, quæ salicibus adhærent. » HARD.

17. *Item cinis aspidum*. Plin. Val. l. c. HARD.

18. *Anguinus adeps*. Plin. Valer. l. c. HARD.

19. *Edisse*. Plin. Val. l. c. H.

20. *Item fimum columbarum*. Idem medicamentum et ad parotidas adhibitum est, lib. sup. cap. 39, sub finem. Sic quoque Plin. Val. III, 29. HARD.

21. *Talpæ cinerem*. Sext. Platon. cap. xxii de talpa, tit. 2 ad glandulas. Marcell. Emp. ad verbum, cap. xv, pag. 109, et Plin. Valer. l. c. HARD.

ex melle illinire. Alii jecur²² ejusdem contritum inter
 5 manus illinunt, et triduo non abluunt. Dextrum quoque
 pedem ejus remedio esse strumis affirmant. Alii præci-
 dunt²³ caput, et cum terra a talpis excitata tusum dige-
 runt in pastillos, pyxide stannea, et utuntur ad omnia
 quæ intumescunt, et quæ apostemata vocant, quæque in
 cervice sint: vescique suilla tunc vetant. Tauri vocantur
 scārabæi terrestres²⁴, ricino similes²⁵: nomen cornicula de-
 dere²⁶. Alii pediculos terræ vocant. Ab his quoque terram
 egestam illinunt strumis, et similibus vitiiis, et podagris. Tri-
 6 duo non abluunt; prodestque hæc medicina in annum; om-
 niaque his adscribunt, quæ nos in gryllis retulimus. Qui-
 dam et a formicis²⁷ terra egesta sic utuntur. Alii ver-

22. *Alii jecur.* Sic auctores pro-
 xime appellati. HARD.

23. *Alii præciunt.* Plin. Valer.
 l. c. et Marc. Emp. cap. xv, pag.
 108. Nec dispar e talpa medicina
 laudatur ab auctore Kiranidum,
 pag. 104, ad parotidas, scrofulas,
 et quævis apostemata. HARD.

24. *Tauri vocantur scarabæi ter-
 restres.* Κάραβοι vel σκάραβοι Arist.
 Hist. Animal. lib. V, cap. 19. Vulgo
cerfs-volants. DALEC. — *Tauri*, etc.
 Nihil hi commune habent cum
 Lucanis scarabæis, nostrisque cer-
 vulis volucris, de quibus dictum
 est XI, 34, quamquam ita Scali-
 gero, Dalecampioque, et Constanti-
 no. Nam ταυροειδής scarabæus
 erat tantum bovis in morem δίκι-
 ρως, bicornis, ut tradit Horus,
 Hierogl. I, 10, p. 14. H. — Bene
 Hard. quadricornem ratus hunc
 cervulum, quem nos hodie Luca-
 num cervulum nuncupamus. Quan-
 quam non vere quatuor cornua,
 sed antennæ duo, ut in cæteris

entomis, tum maxillarum mirum in
 modum, præcipue in maribus, por-
 recta longitudo. Certe nobis vide-
 remur in errore cubare, si de in-
 sectis gigantibus id putaremus dici,
 quod ipse ait ad minuta corpusculi
 (quid enim aliud *pediculi terræ esse*
censes?) pertinere. Ergo h. l. ne
 quæsieris studiosius, quæ entomi
 species a Nostro indicata. Certe
 aliquem e Lamellicornium gente
 (sexta coleopteron pentameron) in-
 nui; sed scarabeidumne an Luca-
 nidum quis dixerit? tantum ab-
 est, ut speciem assequare! Nec
 succurrit τὸ *pediculos terræ* aut *ter-
 rani ab his egestam*: hoc enim ad
 larvam tantum, non ad entomum
 omnibus et numeris et membris
 absolutum retulerim libens. A.

25. *Ricino similes.* Colore, non
 magnitudine, aut figura corporis.
 DALEC.

26. *Nomen cornicula dedere.* Vide
 posthac cap. I I proximum. DAL.

27. *Quidam et a formicis.* Hoc

mes²⁸ terrenos totidem, quot sint strumæ, adalligant, pariterque cum his arescunt. Alii viperam circa canis ortum circumcidunt, ut diximus²⁹, dein mediam comburunt; dein cinerem eum dant bibendum ter septenis diebus, quantumprehenditur ternis digitis: sic strumis medentur. Aliqui vero circumligant eas lino³⁰, quo præligata infra caput vipera pependerit, donec exanimaretur: et millepedis utuntur³¹, addita resinæ terebinthinæ parte quarta: quo medicamento omnia apostemata curari jubent.

remedium ad scabiem pruriturumque retulit Q. Seren. cap. VII, p. 128: «Proderit ex oleo pulvis, quem congerit alte Dulcibus ex latebris patiens formica laborum.» H.

28. *Alii vermes.* Plin. Valer. III, 29, ad verbum. HARD.

29. *Ut diximus.* Hoc est, ternis utrimque, sive et a capite et a cauda digitis amputatis, ut dictum est XXIX, 21. HARD.

30. *Aliqui vero circumligant eas lino.* Paulus, lib. III, cap. 26, ex auctoritate Galeni vult linum infectum esse purpura, idque valere ait ad *παρίσθμια, καὶ ὅσα πρὸς τράχηλον.* DAL. — *Aliqui, etc.* Plin. Val. totidem verbis loc. cit. Et huc pertinet, quod habet Marcell. Emp. cap. xv, pag. 108: «Caput viperæ linteolo colligatum, colloque suspensum, tolles optime sanat, aut prohibet innasci synanchen.» H.

31. *Et millepedis utuntur, etc.* Plin. Val. ad verbum, loc. cit. H. — Quod ETTMULLER quoque, nescio quam vere, ait sibi experientia et usu compertum. Nec desunt qui millepedæ Plinians (vulg. *asello* aut *ὀνίσκη* Linn.) alias præterea dotes tribuant: nam videtur Italo VALISNERI antiscrophulosa, Ger-

miano SPIELMANN antarthritica, nostrati RIVIÈRE ad hoc idonea, ut hucera squallida detergat et mammarum tumores resolvat; diureticam, immo et lithontrippticam canit BAGLIVI. Cf. insuper FRANK, de asellis seu millepedis DISS. in-4°, resp. BIRR. in-4°, Hidelb. 1679; J. Sigism. HENNINGER, de millepedis DISS. in-4°, Argent. 1711; DAN. NIEBEL, de millep. DISS. in-4°, Hidelb. 1716; J. Fred. DE PRÉ, de millep. formicis et lumbricis terrestr. qualem usum hæc insecta habeant in medicina, in-4°, Erford. 1722; CARTHEUSER, de millep. DISS. in. chimico-med. in-4°, Francof. ad V. 14 jun. 1771. LISTER et NEUMANN quoque tentaverant millepedæ analysin chemicam, non sat prospere. Felicior THOUVENEL, cujus labores enarrare h. l. non est nostrum. Satis si dixerimus vere succo oniscorum inesse muriatem calcarem et potassicum, unde liquor vi pollet aperitiva, sed hoc modicissime. Utuntur modo ipso succo asellorum, quos calcandos curaverunt, modo vino albo cui infusi sunt diutius, interdum et pulvere postquam alcoholis vapore interfectos siccaverunt. A.

- XIII. Humeri¹ doloribus mustelæ cinis cum cera medetur. Ne sint alæ hirsutæ², fornicarum ova pueris infricata præstant. Item mangonibus, ut lanugo tardior sit pubescentium, sanguis e testiculis agnorum, qui castrantur³: qui evulsis pilis illitus et contra virus proficit.
- XIV. Præcordia vocamus¹ uno nomine exta in hominibus; quorum in dolore² cujuscumque partis, si catulus lactens admoveatur, apprimaturque his partibus, transire in eum morbus dicitur: idque in exenterato perfusoque³ vino deprehendi, vitiato viscere illo quod doluerit hominis: et obrui⁴ tales religio est. Hi quoque, quos Melitæos voca-

XIII. 1. *Humeri.* Marc. Empir. cap. xxviii, pag. 127. Humeri dolorem mustelæ exustæ cinis tritus, et cum cera permixtus ac subactus, et ceroti more impositus, mire sanat. Pro cera ovum adhibet Plin. Val. lib. LV. HARD.

2. *Ne sint alæ hirsutæ.* Alæ, ut puto: sic enim tres Vossiani Gudianusque, et ibi stabulatur sacer hircus. Academicus et Pintiani, « Italæ (lib. XXXI, 10) clarum virus ex aqua quotidiano fotu. » GRONOV. — *Ne*, etc. In libris hactenus editis, « ne sint malæ hirsutæ. » Male, reclamantibus MSS. Reg. 1, 2, Colb. et Thuaneo. Notum satis *alarum virus*, ut Plinii verbis utar, XXXI, 46, quum hircum olent. De his Horat. Epod. XII, vs. 5: « An gravis hirsutis cubet hircus in alis. » HARD.

3. *E testiculis agnorum qui castrantur.* Voss. « quum castrantur. » GRON.

XIV. 1. *Præcordia.* Τῶν σπλάγγων significationem Plinius potius, quam τῶν ὑποχονδρίων reddidit. DAL. — *Præcordia.* Plin. Val.

II, 15: « Universam, inquit, præcordia appellamus, quæ aliqui in plura dividunt vocabula; vocante modo stomachum, ubi in causâ sit, interdum jecur, interdum præcordis. » HARD.

2. *Quorum in dolore.* Plin. Val. II, 15, ad verbum. Marc. Empir. cap. xxvii, pag. 196: « Ut explorari possit ex latentibus morbis, qui sit ille qui vexat infirmum, comprehendique qualitas vitii et pars viscerum possit, catulus feti canis lactens die et nocte cum eo qui laborat, accumbat. Is postea sectus inspicitur, translatusque in eo morbus haud difficile notatur: ita tamen ut æger ei lac de suo ore frequenter infundat. » HARD.

3. *Perfusoque.* In MSS. Reg. et Th. non *profuso*, ut editi. Marcell. Emp. l. c. infundi lac jubet. Idem cap. xxi, pag. 154, exenteratum catulum perfundi vino. HARD.

4. *Et obrui.* Et terra obrui mortuos catulos et religio est. Plin. Val. l. c. de catulo ægris appposito: « quo defuncto, inquit, obrui moris est. » Marc. Emp. cap. xxvii.

mus⁵, stomachi dolorem sedant applicati sæpius: transireque⁶ morbos ægritudine eorum intelligitur, plerumque et morte. (VI.) Pulmonis quoque vitiis medentur et mures, maxime Africani, detracta cute in oleo et sale decocti, atque in cibo sumpti. Eadem res et purulentis, vel cruentis exscreationibus medetur.

XV. Præcipue¹ vero cochlearum cibus stomacho: in aqua eas subfervefieri intacto corpore earum oportet, mox et in pruna torreri, nihilo addito², atque ita e vino³ garoque sumi, præcipue Africanas. Nuper hoc compertum plurimis prodesse. Id quoque observant, ut numero impari sumantur. Virus tamen earum gravitatem halitus facit. Prosunt⁴ et sanguinem exscreantibus, dempta testa tritæ

pag. 196: « Eum tamen catulam, quum fuerit exsectus, obrui oportet. » Ipse Noster inferius, c. 20, ubi eandem medicinam repetit: « Mori, inquit, et humari debere eos obratos terra. » Q. Serenus, cap. xxv, de præcordiis sanandis, pag. 141: « Quin etiam catulum lactentem apponere membris Convenit: omne malum transcurrere fertur in illum: Cui tamen extincto munus debetur humandi, Humanos quia contactus mala tanta sequuntur, etc. » HARD.

5. Quos Melitæos vocamus. A Melita, Illyrici maris insula, quam vulgo Meleda nuncupant. DAL.

6. Transireque. Marc. Emp. l. c. « Nec ab re est, si triduo idem catulus vivens cum ægro maneat: vitium enim ægri transire in eum usque adeo certum est, ut moriatur catulus, hominemque morbis latentibus relevet. » HARD.

XV. 1. Præcipue. Totidem verbis Plin. Val. II, 15. HARD.

2. Nihilo addito. Sic MSS. omnes. Plin. Val. has voces neglexit, quum cæteras summa fide transcriberet. HARD.

3. Atque ita e vino. Marc. Emp. cap. xx, pag. 141: « Stomacho laboranti cochleæ prosunt, si in aqua ferveant et sic carbonibus torreantur, atque ita ex onogaro sumantur, impari numero. » Et pag. 306: « Cochleas, sed veras Africanas, conditas ex sale, et pauco olei coctas, sed non purgatas, qui jejunos ternas aut quinas quotidie et frequenter sumpserit, rarissimo stomachi dolore vexabitur. Certe si carbonibus tostas sumantur, melius prosunt. » HARD.

4. Prosunt et sanguinem exscreantibus, etc. Marc. Emp. cap. xvi, p. 120, ad exscreationem cruentam remedium sic: « Cochleas elixatas teruntur, et ex aqua calida a jejuno bibuntur. Nec non ad idem cochleas illotas ex aqua marina coquantur, et devorantur. » H.

in aquæ potu. Laudatissimæ autem sunt Africanæ⁵ : ex his Solitanæ⁶ : Astypalæicæ, et Siculæ modicæ, quoniam magnitudo duras facit et sine succo : Balearicæ, quas cava-ticas vocant, quoniam in speluncis nascuntur. Laudatæ⁷ et ex insulis, Caprearum. Nullæ autem cibus gratæ, neque veteres⁸, neque recentes. Fluviatiles⁹ et albæ virus habent : nec silvestres¹⁰ stomacho utiles, alvum solvunt. Item omnes

5. *Laudatissimæ autem sunt Africanæ.* Quosdam exin *Olitana*, aut etiam *Solitanæ* legere notat Her-molaus Barbarus. Ex Chiff. quoque et Vet. notant : « exin Solitanæ, Astip. et Siculæ. » Voss. « ex Iso-litanæ Astypalaicæ et ne Siculæ. » Scribe : « ex his Solitanæ : Astypa-laicæ, Ætnæ Siculæ modicæ. » Ut non tantum Africanas dicit, sed etiam Solitanas in Africa : sic non modo Siculas, sed etiam Ætnæas. Nota Ἰάλ Κασάρα. Mela, lib. I, 6 : « Iol ad mare, aliquando ignobilis; nunc quia Jubæ regia fuit, et quod Cæsarea vocatur, illustris. » Sic igitur et legendum lib. IX, 56 : « Africanæ quibus fecunditas : Iolitanæ, quibus nobilitas. » Ut et apud Varronem de Re Rust. III, 14 : « ex Africa quæ vocantur Iolitanæ. » Ubi *solitana* reddiderunt. Gud. *ex his olitana* manu prima : ut et Voss. duo alii. Gron. — *Laudatissimæ.* Dioscorid. II, 11, laudat impense Sardonias, Africanas, Astypalæicas, Siculas, Chias, et quæ in Alpibus Liguriæ nascuntur. HARD.

6. *Ex his Solitanæ*, etc. Sex ex Africanis, addit Noster, lau-datissimæ Solitanæ. Item sup. lib. IX, cap. 82, de cochleis : « Afri-canæ, inquit, quibus fecunditas : Solitanæ, quibus nobilitas. » Vide

quæ ibi diximus in notis. HARD.

7. *Laudatæ*, etc. Inter eas quæ nascuntur in insulis, est, inquit, etiam aliqua commendatio earum, quæ nascuntur in Capreis, Tiberii principis arce nobilibus, ut dictum est lib. III, cap. 12. HARD.

8. *Neque veteres.* Neque nimium veteres, neque nimium recentes. HARD.

9. *Fluviatiles.* Dioscor. II, 11 : Ὁ δὲ ποτάμιος βρομώδης, *olidi gustus.* HARD.

10. *Silvestres*, etc. In cochleario minime clausas, aut pastas. Vide apud Varronem, lib. III, cap. 14. DAL. — Olim : *Nec non silvestres stomacho inutiles, alvum solvunt.* Observandum est in V. deesse τὰ *nec non*; in Chiff. autem esse *utiles*, quod affirmant omnes nostri. Optime. Præcipuus : « nec silvestres stomacho utiles, alvum solvunt. » Nam τὸ *Nec* dissolvendum in *Et non* : quasi esset : « et silvestres, non utiles stomacho, alvum solvunt. » Gron. — *Nec*, etc. Sic Reg. 1 et 2, Colbert. Th. In editis, « nec non silvestres, etc. (vid. sup.) », eadem sententia. In quibusdam e contrario, « nec non silvestres stomacho utiles », legi aiunt. Male : nam præter auctoritatem exemplarium, quæ diximus, optimæ notæ, ipsa orationis se-

minutæ. Contra marinæ¹¹ stomacho utiliores: efficacissimæ tamen¹² in dolore stomachi. Laudatior traduntur¹³ quæcumque vivæ cum aceto devorata¹⁴. Præterea sunt quæ aceratæ vocantur, latæ, multifariam nascentes, de quarum usu suis dicemus locis. Gallinaceorum¹⁵ ventris membrana inveterata et inspersa potioni destillationes pectoris et humidam tussim, vel recens tosta lenit. Cochleæ¹⁶ crudæ tritæ cum aquæ tepidæ cyathis tribus si sorbeantur, tussim sedant. Destillationes sedat et canina cutis cuilibet digito circumdata. Jure perdicum stomachus recreatur.

XVI. Jocineris doloribus medetur mustela silvestris in

ries ei scripturæ pugnat: sequitur enim statim: « Contra marinæ stomacho utiliores. » Dioscorides quoque, II, 11: Καὶ ὁ ταῖς ἀκύνθαις καὶ τοῖς θαμνίσκαις προσκακολλημένος... παρακτικός ἐστὶ κοιλίας καὶ στομάχου, ἐμμετοπικός. « Silvestris vero quæ verpibus. . . . adhærescit. . . . alvum stomachumque turbat, et vomitiones ciet. » Et mox: ὁ θαλάσσιος δὲ καὶ ἀνέγκριτος. HARD.

11. *Contra marinæ.* Dioscor. II, 11. HARD.

12. *Efficacissimæ tamen in dolore stomachi laudatior traduntur.* Voss. « efficacissimæ si in dolore stomachi laudatis traduntur. » Forte: « tamen in dolore stomachi fluentis traduntur. » Passim memini *fluxionum* stomachi. GRON.

13. *Laud. trad.* Subintellige ex antecedentibus, in dolore stomachi. Ita Reg. I et alii, frustra nitente Pintiano, *tritæ* pro *vivæ* inducere. Dioscor. I. c. Ζῶσα δὲ ἡ σὰρξ καταποθεῖσα, τοῦ Λιθυκοῦ μέλις, ἀλγυθόνας στομάχου πάθει. « Vivæ cochleæ caro, et maxime

Africanæ, devorata, stomachi dolores mitigat. » Plin. Val. II, 15, cujus titulus est, præcordiorum dolori curando: « Prosunt item, inquit, vivæ cochleæ ex aceto devorata. » HARD.

14. *Quæcumque vivæ cum aceto devorata.* Non *vivæ* in antiquo codice, sed *rite*: scribendum puto *tritæ*. Nam et tritas aliquot in medicina usus habere tradit Dioscor. lib. II. PINT. — *Aceratæ vocantur.* *Aceratæ cochleæ*, aceris modo virgatæ et discurrentibus lineis maculosæ: vel tam exiguis et brevibus corniculis, ut fere nulla videri possint: ἄνω τῶν κεράτων. Quidam legunt *ceratæ*, nempe cerei coloris. *Cochleas rubras* vulgus appellat. DAL. — *Quæ*, etc. Ἀκίρτοι, integræ, perfectæ. *Aceratarum* porro cognomen nusquam alibi nobis occurrit: latarum sæpius. HARD.

15. *Gallinaceorum.* Probat hoc medicamentum Marc. Emp. XVI, pag. 116. Probat. et Plin. Valer. I, 58. HARD.

16. *Cochleæ.* Plin. Valer. loco citato. HARD.

cibo sumpta, vel jocinera ejus. Item viverra porcelli modo inassata¹. Suspiriosis multipedæ, ita ut ter septem in Attico melle diluantur, et per arundinem² bibantur. Omnes enim vas earum nigrescit contactu³. Quidam torrent ex his sextarium⁴ in patina, donec candidæ fiant: tunc melle miscent. Alii centipedam vocant, et ex aqua dari jubent. Cochleæ⁵ in cibos his quos linquit animus, aut quorum alienatur mens, aut quibus vertigines fiunt, ex passi cyathis tribus singulæ contritæ cum sua testa et calefactæ, in potu datæ diebus plurimum novem. Aliqui⁶ singulas primo die dedere, sequenti binas, tertio ternas, quarto duas, quinto unam. Sic et suspiria emendant et⁷ vomicas. Esse animal locustæ simile sine pennis⁸, quod⁹ troxalis

XVI. 1. *Viverra porcelli modo inassata.* *Viverrula* forma diminutiva in apographo nostro. PINT.— *Item viverra*, etc. Hæc totidem verbis Plin. Val. II, 15, et Marc. Emp. xxii, pag. 156: « Viverra tosta, inquit, porcelli lactentis modo inassata, et cibo data, mire jocineroso succurrit. » HARD.

2. *Et per arundinem bibantur.* Ne dentibus noceant, quos alioqui nigrore inficerent, ut diximus cap. 12. HARD.

3. *Omne enim vas earum nigrescit contactu.* Pronomen *earum* non agnoscit vetus codex. PINT.

4. *Quidam torrent ex his sextarium.* Æle duo illa verba, *ex his*, ex eodem. PINT.

5. *Cochleæ.* Totidem verbis Marc. Empir. III, pag. 39, seq. et Plin. Val. II, 15. HARD.

6. *Aliqui.* Marc. Emp. I. c. et cap. xx, p. 152. HARD.

7. *Et vomicas.* Marc. Emp. cap. III, pag. 40: « Sic etiam ad suspiria, et vomitus prodest. » Sic vo-

micam iterum Plinius, XXIX, 27, pro vomitione dixit. Et mox hoc ipso cap. pro parulenti excretionibus, ut quidem videtur. H.

8. *Est animal locustæ simile sine pennis.* Omnes quinque esse: deinde Vossiani duo, vocetur, et « non habent aliqui arbitrantur », et Gudianus ac Men. Acad. « non habeat aliqui vero arbitrantur: » denique Voss. ut et Pint. et Chiff. « nec pauci auctores hoc esse quod grylli vocentur »; Acad. Gud. Voss. alii duo: « nec pauciores hoc esse quod grylli vocentur. » Lege: « esse animal locustæ simile sine pennis, quod troxalis græce vocetur, latinum nomen non habeat, aliqui arbitrantur; nec pauci auctores, hos esse, qui grylli vocentur. » GROX.

9. *Quod troxalis.* Sic in Indice scribitur ea vox, ex MSS. Reg. 1, 2, et Colbert. 3, quem Indicem exscripsimus ad lib. XXIX. Sic etiam Ælian. Hist. Anim. IV, 19, καὶ μὴ σιωπῶσιν τροξάλιδα, « nec

Græce vocetur, Latinum nomen non habeat, aliqui arbitrantur: nec pauci auctores hoc esse¹⁰ quod gryllus vocetur. Ex his xx torreri jubent; ac bibi e mulso contra orthopnoeas, sanguinemque exspuentibus. Est qui cochleis illotis protropum infundat¹¹, vel marinam aquam, ita decoquat, et in cibo sumat: aut si tritæ cum testis suis sumantur cum protropo: sic et tussi medentur. Vomica¹² privatim¹² sanat mel in quo apes sint demortuæ. Sanguinem¹³ rejicientibus pulmo vulturinus vitigineis lignis combustus, adjecto flore mali Punici ex parte dimidia, item cotoneorum liliorumque iisdem portionibus potus mane atque vesperi in vino, si febres absint. Si minus, ex aqua in qua cotonea decocta sint.

XVII. Pecudis¹ lien recens Magicis præceptis super dolentem lienem extenditur, dicente eo qui medeatur, lienem se remedium facere. Post hoc jubent eum in pariete dormitorii², ejus tectorio³ includi, et obsignari annulo, ter-

silentem troxalida: strepere eam, ut gryllum, significat. HARD.

10. *Aliqui arbitrantur: nec pauciores hoc esse.* In eodem, «aliqui arbitrantur, nec pauci auctores hoc esse, etc.» PINT.

11. *Protropum infundat.* Primarium, quod in lacum sponte fluit, minime tortivum. DAL.

12. *Vomica.* Plin. Val. III, 23: «Apostemata interiora vomica vocamus... Vomica sanat privatim mel in quo sint apes demortuæ.» Plinius noster, libro sup. cap. 11, «puris et sanguinis exscreationes» vocat, quas iste vomica l. c. H.

13. *Sanguinem.* Iisdem fere verbis Plin. Val. I, 61 et 64. HARD.

XVII. 1. *Pecudis.* Agni. Marc. Emp. ad verbum, cap. xxiii, pag. 166, et Plin. Val. II, 18. HARD.

2. *Dormitorii.* Cubiculi. HARD.

3. *Tectorio.* Calce, vel gypso, vel denique luto. De tectorii voce diximus ad lib. XXVIII, 71. — In libris vulgaris perperam legitur, *tectore includi.* In Chiffi. *tectoriove.* Reg. 2 optime, *tectorio.* Marc. Emp. modo tectorium, modo lutum vocat. Nam cap. xxii, pag. 167: «Si quis agnum recens natum, inquit, confestim manibus divellat, lienemque ejus ubi extraxerit, calidum super lienem dolentis imponat, ac fascia liget, et dicat assidue, *Remedio lienis facio;* postero die sublatum de corpore ejus parieti cubiculi in quo lienosus dormire solitus est, luto prius illito ut hæere possit, imponat: atque ipsum lutum xxvii signaculis signet, ad singula dicens, *Lieni*

que novies carmen dici. Caninus⁴ si viventi eximatu in cibo sumatur, liberat eo vitio. Quidam recentem s alligant⁵. Alii duum dierum⁶ catuli ex aceto scillitico² ignoranti, vel herinacei⁷ lienem. Item cochlearum rem⁸ cum semine lini et urticæ addito melle, donec sanet. Eo liberat⁹ et lacerta viridis, viva in olla cubiculum dormitorium ejus, cui medeatur, suspens egrediens revertensque attingat manu; cinis e capit bonis cum unguento; mel in quo apes sint mortuæ: neus, et maxime qui lycos¹⁰ vocatur.

remedium facio, etc. - Et p. 166, ubi vim parem et lieni canino ascribit: « Caninus splen, inquit, recens supra splenem hominis imponitur: dicente eo, qui apponit, remedium se spleni facere: postea splen intra parietem dormitorii cubiculi, tectorio, id est, capsula inclusus reponitur, et desuper ternovies signatur. » Sed vereor, ut tectorii voci quæ vis subesset, probe intellexerit. HARD.

4. *Caninus.* Auctores proxime appellati, et Sext. Plat. de cane, cap. IX, tit. I ad splenem. HARD.

5. *Quidam recentem superalligant.* Voss. *superinligant alii duum dierum catuli*, ut et Chifflet. cod. *Duum* et Pintianus. Sed et Andeg. qui etiam *superinligant* cum Men. Acad. Gud. Mirum vero, quod optimus etiam *dant arenanti pro dant ignoranti.* GROX. — *Quidam, etc.* Sext. Plat. l. c. « Quidam incisum fissumque catulum supra splenem ponunt. » Catulum is integram, lienem solum alii alligari præcipiunt. HARD.

6. *Alii duum dierum.* Marc. Emp. cap. XXIII, pag. 167, et Plin. Val. II, 18. HARD.

7. *Vel herinacei lienem.* M. Plin. Val. II. cc. Item Hak *Ægyptius*, cap. XXXII, pag. sed adhibita simul cautione minime sit aspernanda. « *A randum splenem*, inquit, herinaceum, jugula çoram rante splene: accipe splenem ponito in clibano, sed rei ab igne: relinque donec exatur, et arescet. Quo factoredendum ex illo splene labat non multum; quia tantum nuetur splen patientis, quocomedit ex splene herinacei. cave, ne totum devoret, reat. » HARD.

8. *Item cochlearum cinerem.* et Plin. Val. II. cc. HARD.

9. *Eo liberat.* Plin. Val. I Marc. Emp. c. XIII, pag. 161

10. *Qui lycos.* Sive lupi hoc genere araneorum vi XI, cap. 28. — Hunc Plin. lienis vitio mederi. De e Dioscor. II, 68: Ἀράχνη τὴ δὲ ὀλέαν θνισοὶ ἢ λύκον καλοῦσι, λαχθεῖσα σπληνίῳ, καὶ ἔμπλε εἰς ὀδόνκην, προσταθεῖσα μετ κροτάρεως, τριταΐκας περιόδου ζε. « Araneus, quem raptori

XVIII. Upupæ¹ cor in lateris doloribus laudatur, et cochlearum cinis² in ptisana decoctarum, quæ per se illinuntur. Canis rabiosi calvariæ cinis potioni inspergitur. Lumborum dolori stellio transmarinus, capite ablato et intestinis, decoctus in vino cum papaveris nigri denarii pondere dimidio, eo succo bibitur. Lacertæ³ virides, decisis pedibus et capite, in cibo sumuntur. Cochleæ⁴ tres contritæ cum testis suis, atque in vino decoctæ cum piperis granis xv. Aquilæ pedes evellunt in aversum⁵ a suffragine, ita ut dexter dexteræ partis doloribus adalligetur, sinister lævæ. Multipeda quoque, quam oniscon⁶ appellavimus, medetur denarii pondere ex vino cyathis duobus pota. Vermem terrenum⁷ catillo ligneo ante fisso et ferro vincto impositum, aqua excepta perfundere, et defodere, unde effoderis, Magi jubent, mox aquam bibere catillo, mire id prodesse ischiadicis affirmantes.

lapum alii nominant, cum emplastro subactus, et linteolo inductus, ac fronti aut temporibus impositus, tertianas febres persanat. An Plinius hæc eadem reptim legens, apud græcos scriptores, ac priore solum parte contentus, Ἀράχη τὸ ζῶον, ὃ δὲ λέγον ἐπιτοὶ ἢ λύκον καλοῦσι, συμμαλαχθεῖσα σπληνίω, nec progressus ultra, affinitate vocum delusus, σπλήνιον, quæ vox ibi emplastrum sonat, ἐντὶ τοῦ σπληνός, hoc est, pro splene acceperit, subiit aliquando animam dubitare: ne affirmarem omnino hallucinatum esse, experta ejus reliquo opere fides, in verendis Græcis, prohibuit. HARD.

XVIII. 1. *Upupæ*. Plin. Val. I, 55: « Ad laterum dolorem: upupæ caro (lege cor) in cibo laudatur. » Sic enim MSS. omnes. H.

2. *Et cochlearum cinis*. Marc. Emp. cap. xxiv, pag. 169, et Plin. Val. I. c. HARD.

3. *Lacertæ virides*. Plin. Val. II, cap. 45. HARD.

4. *Cochleæ*. Q. Serenus, c. xxvi de lumbis et renibus sanandis, p. 124: « Aut tres ex vino cochleas fervescere coges, Cumque suis domibus franges: piperis quoque grana Ter quinque adjicias: potuque juvaberis illo. » Sic etiam Marcell. Emp. cap. xxv, pag. 171, et Plin. Val. I. c. HARD.

5. *Evellunt in aversum*. In contrariam partem atque est flexus pedum. HARD.

6. *Oniscon*. Lib. XXIX, cap. 39. HARD.

7. *Vermem terrenum*. Marc. Emp. ad verbum, cap. xxv, pag. 174, et Plin. Val. II, 45. HARD.

1 XIX. (VII.) Dysentericos¹ recreant femina pecudum decocta cum lini semine aqua pota. Caseus² ovillus vetus, seivum ovium decoctum in vino austero. Hoc et ileo medetur³, et tussi veteri. Dysentericis stellio transmarinus, ablatis intestinis et capite, pedibusque ac cute, decoctus⁴ æque et cibo sumptus. Cochleæ⁵ duæ cum ovo, utraque cum putamine contrita, atque in vase novo, addito sale et passi cyathis duobus, aut palmarum succo et aquæ cyathis tribus subfervefactis et in potu datis. Prosunt⁶ et combustæ, ut cinis earum bibatur in vino addito resinæ momento. Cochleæ nudæ, de quibus diximus⁷, in Africa maxime inveniuntur, utilissimæ dysentericis, quinæ combustæ cum denarii pondere dimidii acaciæ: exque eo cinere dantur cochlearia bina in vino myrtite, aut quolibet austero cum pari modo caldæ. Quidam omnibus Africanis ita utuntur. Alii totidem Africanas, vel latas, infundunt potius⁸: et si major fluxio⁹ sit, addunt acaciam fabæ magnitudine. Senectus¹⁰ anguium dysentericis, et tenesmis in stanneo vase decoquitur cum rosaceo; vel si in¹¹ alio, cum stanno illinitur. Jus¹² e gallinaceo iisdem medetur:

XIX. 1. *Dysentericos*. Pulmoni vim parem Marc. Emp. adscribit, cap. xxvii, pag. 190: «Dysentericos, inquit, recreat pulmo pecudis, id est, ovis decoctus cum lini semine, ita ut et caro manducetur, et aqua illa potetur.» HARD.

2. *Caseus*. Marc. Emp. c. xxvii, et Plin. Val. II, 26. HARD.

3. *Hoc et ileo medetur*. Plin. Val. II, 83. HARD.

4. *Decoctus*. Ut jam dictum est ad lumborum dolorem, cap. sup.

5. *Cochleæ*. Marc. Emp. l. c. et Plin. Val. II, 33. HARD.

6. *Prosunt*. Galen. de Fac. simpl. med. XI, 1, p. 309; Plin. Val. II, 27 et 33. HARD.

7. *De quibus diximus*. L. XXIX, c. 36, statim initio. Eadem ferme cum Plinio tradit Galen. κατά τόπ. IX, 5, pag. 616. HARD.

8. *Infundunt potius*. Clystere immittunt. HARD.

9. *Fluxio*. Alvi fluxus. HARD.

10. *Senectus*. Iisdem fere verbis Marc. Emp. cap. xxvii, pag. 194, et cap. xxxix, pag. 202. Item Plin. Val. II, 24. HARD.

11. *Vel si in alio*, etc. «Vel cum tubulo stanneo linitur, etc.» Nempe fistula e stanno parata sedi infunditur, præcipue in tenesmo, ut intestini pars extrema eo sublinatur. DAL.

12. *Jus*. Præpostera interpun-

sed veteris gallinæci vehementius salsum jus alvum ciet. Membrana gallinarum tosta¹³ et data in oleo ac sale, cœliacorum dolores mulcet. Abstineri autem a frugibus ante et gallinam¹⁴ et hominem oportet. Fimum columbinum¹⁵ tostum potumque. Caro palumbi in aceto¹⁶ decocta dysentericis et cœliacis medetur. Turdus inassatus cum myrti baccis, dysentericis : item merulæ¹⁷. Mel, in quo sint immortuæ apes, decoctum¹⁸.

ctione prius legebatur, « sed veteris gallinæci vehementius. Salsum jus alvum ciet. » Nos vero non probatos modo codices, Reg. Colb. et Th. sequuti sumus et Chifflet. præterea, in quo ejus sententiæ verba ordine paulum immutato sic leguntur : « sed veteris gallinæci salsum jus vehementius alvum ciet » ; verum etiam Diosc. ipsum, II, 53 : Ὁ δὲ ζωμὸς τῶν παλαιῶν ἀλατρώων δίδεται, inquit, πρὸς κάθαρσιν κοιλίας· ἐξελόντας δὲ τὰ ἐντὸς, δεῖ ἀντεμβάλλειν ἄλας, etc. « Jus e vetere gallinæco datur ad dejiçienda alvum : exemptis porro interaneis in eorum locum sal immitteñdus, etc. » HARD.

13. *Membrana gallinarum tosta.* Ventriculi. DAL. — *Membrana*, etc. Explicatius aliquanto Dioscor. II, 53 : « Quæ in gallinæco, inquit, interna ventriculi parte membrana substernitur, cornu instar firma ac pellucida, quæque inter coquendum excoriari solet, arefacta, tritaque, et in vino pota, ζυμαχοῖς, stomachicis confert. » Negat hoc esse verum Galenus de Fac. simpl. med. XI, 1, p. 303. Contra Diosc. Plinioque Marc. Emp. subscribit, cap. xxvii, p. 193 : « Membrana, quæ est in ventriculo gallinæ, sic-

cata ac trita, et cum vino austero, cœliaco jejuno potui data medetur : ita ut ipsa gallina prius vel biduo abstineatur a cibo, et qui potionem accepturus est, ante diem frugum sit, et non cœnet. » Sic etiam Plin. Val. II, 26. HARD.

14. *Abstineri autem a frugibus ante et gallinam.* Lego, *abstineri.* Ut lib. XXIX, c. 6 : « gallinæque si inclusus abstineatur die ac nocte, pari inedia ejus qui doleat. » Nec vero aliter scripti. GRON.

15. *Fimum columbinum.* Plin. Val. l. c. ad verbum. HARD.

16. *Caro palumbi in aceto decocta.* Voss. *palumbis.* Et mox, « palumbis ferus e posca decoctus. » Et cap. 15, « circumlato palumbæ. » Cap. 8, « in palumbium ventriculo inveniatur. » Cap. 11 : « Cinis palmarum aut interaneorum palumbis. » GRON.

17. *Item merulæ.* Cels. II, 30 : « Quæ res alvum adstringant : merula, palumbus, etc. » HARD.

18. *Mel, in quo sint immortuæ apes, decoctum.* Suspiciaberis forsan deesse hic aliquid, quod dativis præcedentibus respondeat *cœliacis, dysentericis.* Certe si, ut merulæ, et id mellis genus dysentericis prodesset, τῶν merulæ et mel arctius

XX. Gravissimum¹ vitium ileos appellatur². Huic resisti aiunt³ discerpti vespertilionis sanguine : etiam illito ventre subveniri. Sistit alvum⁴ primum cochlea, sicut liximus⁵ in suspiriosis, temperata. Item cinis earum quæ rivæ crematæ sint, potus ex vino austero. Gallinaceorum⁶ ecur assum, aut ventriculi membrana, quæ abjici solet, inveterata, admixto papaveris succo. Alii recentem torrent ex vino bibendam. Jus perdicum, et per se ventriculus contritus ex vino nigro. Item palumbus ferus⁷, e posca decoctus. Lien pecudis tostus, et in vino tritus. Fimum columbinum⁸ cum melle illitum. Ossifragi⁹ venter arefactus et potus, iis qui cibos non conficiunt, utilissimus,

vinculum foret, legereturque *merula et mel*, vel *item merula, tum mel*, aut similia. *As*.

XX. 1. *Gravissimum*. Quid sit ritium ileos, Celsus explanat his verbis, IV, 13: « Intra ipsa verò intestina consistunt duo morbi, quorum alter in tenuiore, alter in pleniore intestino est..... Diocles Carystius tenuioris intestini morbum *χρόδαψον*, plenioris *ιδίον* nominavit. A plerisque video nunc illum priorem, *ιδίον* (hos Plinius hoc loco sequitur) hunc *καλιών* uominari. Sed prior modo supra umbilicum, modo sub umbilico dolorem movet. Fit ex alterutro loco inflammatio: nec spiritus infra transmittitur. Si superior pars affecta est, cibus: si inferior, stercus per os redditur, etc. » Idem, lib. II, 8: « Morbus intestini tenuioris, nisi resolutus est intra septimum diem, occidit. » *HARD*.

2. *Ileos appellatur*. Dolor aut inflammatio gracilioris intestini. *DALRG*.

3. *Huic resisti aiunt*. Totidem

verbis *Marc. Emp. cap. xxvii*, pag. 194, et *Plin. Valer. lib. II*, cap. 33. *HARD*.

4. *Sistit alvum*. *Marc. Emp. cap. xxvii*, pag. 197. *HARD*.

5. *Sicut diximus*. *Cap. 16. H.*

6. *Gallinaceorum*. *Plin. Val. II*, 27. *HARD*.

7. *Item palumbus ferus*. *Cels. II*, 80. *Marc. Emp. cap. xxvii*, p. 192, decoqui ex passo jubet: e posca *Plin. Val. II*, 27. *HARD*.

8. *Fimum columbinum*. *Marc. Empir. cap. xxvii*, pag. 196, et *Plin. Val. II*, 27. *HARD*.

9. *Ossifragi*. *Marc. Empir. cap. xv*, pag. 143: « Contra dolorem stomachi... venter quoque ossifragi arefactus et potioni adpersus plurimum prodest. » Et pag. 145: « Ossifragi venter madefactus, appositusque his, ad stomachum, qui cibos non conficiunt, utilissimus est: vel etiamsi tantum manu teneatur, plurimum juvat. » *Conf. Plin. Valer. lib. cap. II*, 15, cui titulus, præcordiorum dolori curando. *HARD*.

vel si manu tantum teneant capientes cibum. Quidam adalligant ex hac causa, sed continuare non debent: maciem enim facit¹⁰. Sistit¹¹ et anatum muscularum sanguis. Inflationem discutit cochlearum cibus. Tormina lien ovium tostus¹², atque e vino potus: palumbus¹³ ferus ex posca decoctus: apodes ex vino¹⁴: cinis ibidis sine pennis crematæ potus. Quod præterea traditur in torminibus, mirum est: anate¹⁵ apposita ventri transire morbum, anatemque emori. Tormina et melle curantur, in quo sunt apes immortalæ, decocto. Coli¹⁶ vitium efficacissime sanatur, ave galerita assa in cibo sumpta. Quidam in vase novo³ cum plumis exuri jubent, conterique in cinerem, bibique ex aqua cochlearibus ternis per quadriduum: quidam cor ejus adalligari femini: alii recens tepensque adhuc devorari. Consularis Asprenatum¹⁷ domus est, in qua alter e

10. *Maciem enim facit.* Emaciat, immodica facultate discutiendi. DALHC.

11. *Sistit.* Plin. Val. II, 27. H.

12. *Tormina sanat lien ov. tostus.* Verbum *sanat* nec est in apographo nostro, neque videtur esse necessarium. PINT. — *Tormina.* Cf. Plin. Val. II, 22. HARD.

13. *Palumbus.* Plin. Valer. loco citato. HARD.

14. *Apodes ex vino.* Hirundines grandiores. DAL.

15. *Anate.* Marc. Emp. xxvii, pag. 190, et Plin. II, 22. Idem de rana ventri apposita Marcellus prodit, pag. 196. HARD.

16. *Coli.* Dioscor. totidem verbis, II, 59. Q. Serenus, c. xxxii, p. 146, de colo sedando: « Mande galeritam volucrem quam nomine dicunt, etc. » Marc. Empir. cap. xxxix, p. 202: « Colo et omnibus ntestinorum doloribus, et tam

hominibus, quam jumentis ex hac re laborantibus, efficacissime subvenit avis galerita, quæ galliæ alauda dicitur: sive ipsa assata in cibo sumatur, sive cum plumis suis combusta redigatur in cinerem: atque ex eo diligentissime trito terna cochlearia ex aqua calida potui per triduum dentur. » Et p. 207: « Corydalis avis, etc. » H.

17. *Consularis Asprenat. domus.* Duo istius nominis consules Plinii ætate exstiterant, L. Nonius Asprenas, qui cum A. Plotio suffectus est L. Rubellio Plauto et C. Fusio Gemino, ann. post Christum nat. 29 (U. C. 782), mox P. Nonius Asprenas, qui anno 791 (post C. n. 38) consulatum gessit cum M. Aquilio Juliano. Nec deest L. Nonius Asprenas, qui proconsul in Africam missus est ann. U. C. 765, unde non absurde conjicias et huic consulatum (subrogativum quidem)

fratribus colo¹⁸ liberatus est, ave hac in cibo sumpta, et corde ejus armilla aurea incluso: alter sacrificio quodam, facto crudis laterculis ad formam camini, atque, ut sacrum peractum erat, obstructo sacello. Unum¹⁹ est ossifrago intestinum mirabili natura, omnia devorata conficienti. Hujus partem extremam adalligatam prodesse contra eolum constat. Sunt occulti interaneorum morbi, de quibus mirum proditur. Si catuli²⁰, priusquam videant, applicentur triduo stomacho maxime ac pectori, et ex ore ægri suctum lactis accipiant, transire vim morbi²¹, postremo exanimari, dissectisque palam fieri ægri causas. Mori et humari debere eos obrutos terra. Magi²² quidem vesperilionis sanguine contacto ventre, in totum annum caveri dolorem tradunt: aut in dolore²³, si quis aquam per pedes²⁴ fluentem haurire sustineat.

XXI. (VIII.) Murino fimo¹ contra calculos illinire ventrem prodest. Herinacei carnem jucundam esse aiunt, si

contigisse. Post defunctum Plinium alter Asprenas (sed ille L. Nonius Asprenas Torquatus) consul fuit ann. post Ch. nat. 94 et 128. A. J.

18. *Colo liberatus est.* Coli dolore. HARD.

19. *Unum est ossifrago.* Marcell. Empir. cap. xxxix, pag. 202: « Unicum est intestinum ossifragi, miræ naturæ, quod omnia devorata citissime conficit: hujus pars extrema colligitur et reponitur: et quum opus fuerit, ventri laborantis alligatur: remedio miro omnes intestinorum dolores citissime sedat. » HARD.

20. *Si catuli.* Vide quæ dicta sunt cap. 14: sunt enim in his paria ac plane gemina. HARD.

21. *Transire vim morbi.* Supra cap. 5 ultimo hujus libri. DAL.

22. *Magi.* Marc. Emp. c. xxvii,

pag. 190, et cap. xxviii, pag. 202. HARD.

23. *Aut in dolore.* Aut si ventriculus dolét cuiquam, liberatur is, si aquam bibat, unde pedes laverit. Marc. Emp. cap. xxviii, pag. 202: « Si ventriculus perversatus fuerit alicui, aquam bibat, unde pedes laverit suos. » HARD.

24. *Per pedes fluentem haurire sustineat.* Quum ii sordi abluuntur. Eadem aqua laudatur ad arcendam lippitudinem, lib. XXXVII, c. 4. DALEC.

XXI. 1. *Murino.* Dioscorid. II, 98, murino fimo calculos expelli ait, si cum thure et mulso bibatur. Plin. Val. II, 39. Marc. Emp. xxvi, pag. 176: « Ad urinæ difficultatem, murino fimo summitatem veretri, vel imum ventrem illini prodest. » HARD.

capite percusso uno ictu interficiatur, prius quam in se urinam reddat: eos² qui carnem ederint stranguriæ morbum contrahere minime posse. Hæc caro ad hunc modum occisi, stillicidia in vesica emendat: item suffitus ex eodem³. Quod si urinam⁴ in se reddiderit, eos qui carnem ederint, stranguriæ morbum contrahere traditur. Jubent⁵ et vermes terrenos bibi ex vino aut passo ad comminuendos calculos, vel cochleas decoctas⁶, ut in suspiriosis⁷. Easdem exemptas testis tritasque, tres in vini cyatho bibi, sequenti die duas, tertia die unam, ut stillicidium

2. *Eos.* Marc. Empir. cap. xx, pag. 180: «Herinacei caro optime decocta, atque in cibosumpta stranguriosis mire subvenit, et cito naturalem urinæ cursum relaxat.» H.

3. *Item suffitus ex eodem.* Ex felle fieri suffitus præcipit Habdarrhomanus Ægypt. c. xxxii, p. 114: «Felle herinacei cum pomorum corticibus, si ter sub vestimenta suffumigabis laborantem dysuria, curabitur.» HARD.

4. *Quod si urinam.* Reddant enim in desperatione urinam tabificam ac tergori suo carniq̄ noxiam, ut dictum est lib. VIII, cap. 56. H.

5. *Jubent.* Plin. Val. II, 39. H. — Ad hunc locum in gall. interpr. *POISSINER* exstat nota tum *Querlonis*, tum *Macqueri*. Quorum prior: «En anglicum medicamen quod dicitur *of miss Stephens*, ann. 1800 ante natam mulierculam laudatur ac describitur.» Posterior vero in *Lexico chimico* (tom. II, p. 405), animadvertit vim omnem lithontriptici *Stephensini* in sapone esse. Optime quidem; quæ enim cochleæ decoctæ et ovorum putamina principio videbantur esse utilissima, ad id tantum usurpabantur, ut quæ ve-

ra esset remedii compositio melius lateret. Hoc consilio quoque multa identidem immixta quæ nullius usus vere erant. Saponis vero minus absurde vis credebatur a doctis viris non parum conferre ad comminuendum calculum. Quanquam nunc experientis multis et lapidum vesicariarum analysi diligentissima fere compertum est, nec *Stephensino* pharmaco, etsi a senatu Britannico puella dono accepit 5,000 l. st. aliquid potentiæ inesse, nec lithontripticum ullum vere exstare in rerum natura, aut fingi posse. Legendus in primis *DESCHAMPS*, item *THÉNARD*, cui hoc chimicorum tentaminum corollarium exstitit, non posse calculos in vesica medicaminum ope comminui, posse vero impediri quominus quidam fiant. Quinam vero calculi? qui acidum uricum solent nucleum habere, et qui ex urate ammoniacali constant. *As*.

6. *Vel cochleas decoctas uti suspiriosis.* Scribe: ut in suspiriosis ex apographo. *PINT*.

7. *Ut in suspiriosis.* De quibus diximus c. 16. Sic etiam Plin. Val. loc. cit. *HARD*.

urinæ emendent. Testarum⁸ vero inaniam cinerem ad calculos pellendos. Idem hydri jecur bibi, vel cinerem scorpiionum in pane sumi, vel si quis cum locusta edit. Lapillos⁹ qui in gallinaceorum vesica¹⁰, aut in palumbium ventriculo inveniuntur, conteri, ac potioni inspergi. Item membranam¹¹ e ventriculo gallinacei aridam: vel si recens sit, tostam. Fimum¹² quoque palumbinum in faba¹³ sumi contra calculos et alias difficultates vesicæ. Similiter plumarum cinerem¹⁴ palumbium ferorum ex aceto mulso. Et intestinorum¹⁵ ex his cinerem cochlearibus tribus. E nido hirundinum¹⁶ glebulam dilutam aqua calida Ossifragi¹⁷

8. *Testarum.* Marc. Emp. c. xxvi, pag. 181, et Plin. Val. loc. cit. H.

9. *Lapillos.* Marc. Emp. c. xxvi, pag. 176: « Contra calculos et alias difficultates vesicæ, lapillum qui in gallinacei vesica, aut palumbi ventriculo, etc. » Totidem verbis pariter Plin. Val. lib. II, cap. 39. H.

10. *Vesica.* Ventre, aut potius ingluvie. Urinaria enim vesica gallinacei carent. DALEG.

11. *Item membranam.* Marc. Emp. loc. cit. HARD.

12. *Fimum.* Q. Seren. c. xxxiii, pag. 146. Plin. Valer. loco citato: « Vesicæ et calculo purgando: Fimum palumborum in sorbitione ex faba fracta bibitur. » Sic etiam Marc. Emp. cap. xxvi, pag. 181. HARD.

13. *In faba sumi.* Cum fabæ lomento. HARD.

14. *Similiter plumarum cinerem.* Totidem syllabis Plin. Valer. loc. cit. HARD.

15. *Et intestinorum.* Ex palumbis. HARD.

16. *E nido hirundinum.* Nil hac emendatione nostra certius: nihil vulgata hactenus lectione inquina-

tius. Sic enim libri præ se ferunt: « Et intestinorum ex his cinerem cochlearibus tribus e nido hirundinum. Gryllum dilutum aqua calida. » Quæ, Deus immortalis, medicinæ portentum! Palumborum cinerem e nido hirundinum peti quis vidit? aut inter medicamenta ex volucris quæsitæ, gryllo dari locum quis approbet? quis quid dilutussit gryllus, intelligat? *Dirutum* Chiffli. et Th. exhibent, sed pejore vitio. Emendationis auctores exstiterè duo; Marc. Empir. cap. xxvi, pag. 176: « Contra calculum, inquit, et alias difficultates vesicæ... glebula de nido hirundinum diluta ex aqua, pota prodest. » Alter, Plin. Val. lib. II, cap. 39: « Vesicæ et calculo purgando: De nido hirundinis glebula diluta ex aqua calida bibitur. » Et Plinius ipse noster, libro sup. cap. 132 ad morsus canis rabiosi *glebulam* commendat ex *hirundinum nido illitam* ex aceto. H.

17. *Ossifragi ventrem arefactum.* Dioscorid. lib. II, cap. 58: Φίνις τὸ ὄρνειον, ὃ ῥωμαῖοι καλεῖσιν ὀσσιφραγον· τοῦτου ἡ κοιλία κατ' ἄλιγον πο-

ventrem arefactum. Turturis fimum¹⁸ in mulso decoctum, vel ipsius discoctæ jus. Turdos¹⁹ quoque edisse cum baccis myrti prodest urinæ : cicadas²⁰ tostas in patellis : millepedam oniscon²¹ bibisse : et in vesicæ doloribus²² decoctum agnorum pedum. Alvum ciet gallinaceorum²³ discoctorum jus, et acria mollit. Ciet et hirundinum fimum²⁴, adjecto melle subditum.

XXII. Sedis¹ vitii efficacissima sunt, œsypum : quidam¹ adjiciunt pompholygem et rosaceum : canini capitis cinis : senecta serpentis ex aceto : si rhagades sint², cinis fimi canini candidi cum rosaceo : aiuntque inventum Æsculapii esse, eodemque et verrucas efficacissime tolli : murini fimi cinis, adeps cygni, sevim bovis. Procidentia³ ibi suc-

τιζομένη, λίθους ἐξουρῖσθαι ποιεῖν ἰσορῶνται. Marc. Emp. c. xx, p. 180 : « Avis ossifragæ ventriculus salitus, ut servari possit, aut exustus, et in pulverem redactus, cum vini potionem datus, urinam efficaciter provocat. » HARD.

18. *Turturis fimum.* Galen. Εὐπόρ. l. III, p. 666 : Ἄλλο θραῦον λίθους... Τρυγόνος ὀρνέου κόπρον καύσας, πάριχι μετὰ μελικράτου ποιεῖ γὰρ ἐξουρῖσθαι τοὺς λίθους. « Turturis avis stercus combustum ex mulsa præbe : calculus enim per urinam eji- cit. » Imponi ceroti modo, non bibi, præcipit Marc. Emp. c. xxvi, pag. 181, et Plin. Valer. lib. II, cap. 39. HARD.

19. *Turdos.* Plin. Val. loc. cit. H.

20. *Cicadas.* Idem Plin. Val. loc. citat. Dioscorid. lib. II, cap. 56 : Τέττιγες ὅπρσι ἰσθιόμενοι τοῖς περιτὴν κόστιν ἀλγήμασι βοηθοῦσιν. H.

21. *Millepedam oniscon bibisse.* Multipedam dicere debuit. Vid. lib. XXIX, cap. ult. DAL.—*Millepedam.* Dioscor. lib. II, cap. 37 : Ποθίντες

(ὄνοι) σὺν εἴνῳ βοηθοῦσι δυσουρίᾳ. H.

22. *Et in vesicæ doloribus.* Marc. Emp. cap. xxvi, pag. 180, et Plin. Val. loc. cit. HARD.

23. *Alvum ciet gallinaceorum.* Plin. Val. ad verbum, lib. II, p. 23. H.

24. *Ciet et hirundinum fimum.* Plin. Val. loc. cit. HARD.

XXII. 1. *Sedis.* Marc. Empiric. cap. xxxi, pag. 222. HARD.

2. *Si rhagades sint.* Marc. Emp. loc. cit. « Rhagadas, inquit, canini capitis usti canis aspersus adjungit, et stercoris albi canini, betæque cinis insertus, similiter opitulatur. » Sext. Plat. cap. ix de cane, tit. 12 ad rhagadas ani : « Stercus canis cum rosaceo tritum et impositum, mirè sanat. » HARD.

3. *Procidentia alvi succus cochlearum punctis evocatus illita depellit.* Procidentiam, accusandi casu, in antiquo codice. ΠΡΩΤ.—*Procidentia alvi succus cochlearum.* Quinque nostri : « Procidentia ibi succus cochlearum ; » quod et nescio quo ex MS. ad marginem notatum. Ita scri-

eus cochlearum punctis evocatus illitu repellit. Attritis medetur cinis muris silvatici cum melle : fel⁴ herinacei cum vesperilionis : et anserinus cum cerebro, et alumine, et œsypo. Fimum⁵ columbinum cum melle. Condylomat⁶ privatim araneus dempto capite pedibusque infricatus. Ne acria perurant⁷, adeps anserinus⁸ cum cera Punica, cerussa, rosaceo : adeps cygni⁹. Hæc¹⁰ et hæmorrhoidas sanare dicuntur. Ischiadicis cochleas¹¹ crudas tritas cum vino ammineo et pipere potu prodesse dicunt : lacertam viridem in cibo ablatis pedibus, interaneis, capite. Sic et stellionem, adjectis huic papaveris nigri obolis tribus. Ruptis, convulsis fel ovium cum lacte mulierum. Verendorum fornicationibus¹² verrucisque medetur arietini

pat Plinius. *Ibi*, puta in sede, cæcus de vitibus agere cœperat. Et sic paulo post, *tetris ibi hulceribus*. Cap. 12 : « Si in verendis sit cæterisque ibi hulceribus. » Gron. — Cum Gron. Hardianus facit, suffragantibus nempe MSS. Reg. 1, aliisque probatoribus : adjectisque similiter paulo post legi hoc capite, *tetris ibi hulceribus*. As.

4. *Fel herinacei*. In libris bacteris vulgatis, vel herinacei legebatur : deerantque hæ voces, et anserinus cum cerebro. » Mendum utrumque sustulimus, ope codicum Reg. Th. et Chiff. Posterius etiam admonitu Marc. Emp. qui magnam operis sui partem ex Plinii verbis ac sententiis concinnavit : sic enim ille, c. xxxi, p. 222 : « Adeps anserinus, inquit, cum ejusdem cerebro, et œsypo, et alumine subigitur, et imponitur ani omnibus causis. » Quare et in Pliniano contextu, *adeps anserinus* rectius, quam et *anserinus* legas. H.

5. *Fimum*. Cum farina. Marc. Emp. cap. xxxii, pag. 224. H.

6. *Condylomat*. Ad verbum Plin. Val. lib. II, cap. 31. HARD.

7. *Ne acria perurant*. Ne acrioris humoris fluxus sedem perurat. H.

8. *Adeps anserinus*. Ad condylomata hæc pariter medicamenta adhibent Marc. Emp. c. xxxi, p. 222, etc. cap. xxxii, p. 225. Item Plin. Val. loc. cit. Ad ani pruritus Galen. Εἰς τὸν lib. I, cap. 14, p. 598. H.

9. *Adeps cygni*. Marc. et Plin. Val. II. c. HARD.

10. *Hæc et hæmorrhoidas*. Eidem auctores mox appellati. HARD.

11. *Ischiadicis cochleas*. Q. Seren. cap. xxxviii de ischia, pag. 150 : « Aut in Amineo cochleas haurire Lyæo. » Totidem verbis Marc. Emp. cap. xxv, pag. 171. HARD.

12. *Verendorum fornicationibus*. Plane totidem verbis Marc. Emp. cap. xxxiii, pag. 229 et 230, ac Plin. Val. lib. II, cap. 41. Quid sit fornicatio diximus lib. XXVIII, cap. 20, in fine. Sext. Plat. cap. vi de ariete, tit. 3 ad claviculos : « Li- quoris arietis, quem de pulmone

pulmonis inassati sanies. Cæteris vitiis¹³, vellerum ejus³ vel sordidorum cinis ex aqua : sebum ex omento pecudis, præcipue a renibus, admixto cinere pumicis et sale : lana succida ex aqua frigida : carnes pecudis combustæ ex aqua : mulæ unguarum cinis : dentis caballini confusi farina inspersa. Testibus¹⁴ vero, farina ex ossibus canini capitis sine carne tuis. Si decidat testium alter¹⁵, spumam cochlearum illitam remedio esse tradunt. Tetrīs¹⁶ ibi huleribus, et manantibus, auxiliantur canini capitis recentis cineres : cochleæ latæ¹⁷, parvæ, contritæ ex aceto¹⁸ : senectus anguium¹⁹ ex aceto, vel cinis ejus : mel, in quo apes sint immortuæ, cum resina : cochleæ nudæ²⁰, quas

concoques, stilla superposita, claviculos qui in manibus nascuntur, aut in veretro, illita tollit. « Claviculi e verrucarum genere sunt : nascunturque in manibus, pedibusque : pessimi, *iv aidôciac*. HARD.

13. *Cæteris vitiis*. Auctores proxime appellati hæc totidem verbis habent, usque ad eum locum, *testibus vero*, etc. Marc. Emp. in primis, cap. xxxii, p. 226 : « Arietis quam pinguissimi lana, plena suis sordibus, combusta, et in pulverem reducta, prodest plurimum si eo cinere ex aqua locum inguinum perfricueris. » HARD.

14. *Testibus*. Sext. Plat. cap. ix de cane, tit. 5 ad tumores testicularum : « Calvaria canis trita et imposita, mire sanat. » HARD.

15. *Si decidat testium alter*. Turpiter propendeat, et demittatur veluti laxatus. DALÉC. — Marc. Emp. cap. xxxiii, pag. 227, et Plin. Val. lib. II, cap. 42. HARD.

16. *Tetrīs*. Marc. Emp. c. xxxiii, pag. 229. HARD.

17. *Cochleæ latæ, parvæ contritæ ex aceto, vel cinis ejus*. Scribe ex apographo nostro, « Cochleæ latæ, parvæ, contritæ ex aceto. Senectus anguium ex aceto, vel cinis ejus. » PINT.

18. *Contritæ ex aceto, vel cinis ejus*. Ex Vet. adnotant earum. Sed Voss. « Cochleæ parvæ latæ contritæ ex aceto, senectus anguium ex aceto, vel cinis ejus. » Sic paulo superius : « canini capitis cinis, senecta serpentis ex aceto. » Et passim : « Cochleæ minutæ latæ contritæ illitæ » c. 13. Invenies et apud Pin-tianum. GRON.

19. *Senectus anguium*. In libris hactenus editis : « Cochleæ. . . . ex aceto, vel cinis ejus : » cæteris, quæ inseruimus, prætermisissis. Restituimus ea ope Reg. 2 aliorumque codicum : ipsa serie orationis ita postulante : quum sequatur statim *vel cinis ejus*, quod ad cochleas, de quibus antea, referri nequit. HARD.

20. *Cochleæ nudæ, quas in Africa gigni diximus, tritæ*. Voss. *tritæ*.

in Africa gigni diximus, tritæ cum thuris polline et ovorum albo : tricesimoque die resolvunt²¹. Aliqui pro thure bulbum admiscent. Hydrocelicis²² stelliones mire prodesse tradunt, capite, pedibus, interaneis ademptis, reliquum corpus inassatum : in cibo id sæpius datur : sicut ad urinæ incontinentiam, caninum²³ adipem cum alumine scisso, fabæ magnitudine : cochleas Africanas²⁴ cum sua carne et testa crematas poto cinere. Anserum trium²⁵ linguas inassatas in cibo : hujus rei auctor est Anaxilaus. Panos²⁶

Numquid *striatæ*? Sed verius *aceratæ*, ut c. 6, *præterea quæ aceratæ vocantur*; ubi Voss. *everatæ*; sed primo *E* supra scriptum *A* monstrat. Ἀκέραι. GROS. — *Cochleæ*, etc. Supra cap. 19, et lib. XXIX, cap. 36. Marc. Emp. cap. xxxiii, pag. 230 : « Cochleis, quæ nudæ inveniuntur, adjicitur aliquid trithuris, et albi ovorum : atque inde hulcera testiculorum tumentia, et hydrocelæ puerorum, sive ramices superliniuntur, ut modo glutinis adhaerescat, etc. » HARD.

21. *Tricesimoque die resolvunt*. Resolvuntur : sponte abscedunt, nec amplius hærent. DALEC.

22. *Hydrocelicis*. Ἰδρὸκῆλη, hernia, ramex aquosus, id est, cessantis humoris in partem aliquam scroti collectio, qui illic facit tumorem. *Tumidas hydrocelus* dixit Martialis, lib. XII, epigr. 84, vs. 3. De eorum remedio tradit omnino eadem Plin. Valer. lib. II, cap. 42. H.

23. *Caninum*. Præpostera interpunctione perturbata prius omnia sic legebantur : « In cibo id sæpius datur, sicut ad urinæ incontinentiam. Caninum adipem, etc. » Perinde quasi ad urinæ incontinentiam

stellio valeret, hydrocelicis cochleæ, et quæ sequuntur, prodesse. Contra Plin. Val. lib. II, cap. 40, cui titulus : *Incontinentiæ urinæ compescendæ*. « Anserum etiam trium, inquit, ligulæ assæ in cibo sumuntur. Cochleæ Africanæ cum carne sua comburuntur, cinisque earum ex vino bibitur. » Et Marc. Emp. explanate magis, c. xxvi, p. 124 : « Urinam, inquit, continet lac caninum, et adeps ejus cum alumine datus, ita ut sit fabæ magnitudine globulus qui datur. Cinis cochlearum Africanarum exustarum si potetur, urinæ incontinentiam sedat. Anserum trium linguas inassatas si quis ederit, urinæ profluvium non patietur. » Hæc sane omnia prodesse hydrocelicis nemo Veterum commemorat. Urinæ incontinentiæ Plinius iterum, l. XXXII, c. 35. H.

24. *Cochleas Africanas*. Marcell. Emp. cap. xxvi, pag. 184, et Plin. Val. lib. II, cap. 48. HARD.

25. *Anserum trium linguas*. Auctores proxime laudati. HARD.

26. *Panos*. Marc. Emp. c. xxxii, pag. 224. HARD. — Hoc vere; et sane non raro in hulceribus contumacissimis vesicantium emplastro

aperit sebum pecudum cum sale tosto. Murinum²⁷ finum admixto thuris polline, et sandaraca discutit. Lacertæ cinis²⁸, et ipsa divisa imposita: item multipeda²⁹ contrita, admixta resina terebinthina ex parte tertia. Quidam et⁵ sinopidem admiscent cochleæ contusæ. Et per se⁵⁰ cinis inanium cochlearum ceræ mixtus, discussoriam vim habet. Fimum columbarum³¹ per sese, vel cum farina hordeacea, aut avenacea illitum. Cantharides mixta calce panos scalpelli vice auferunt. Inguinum tumorem³² cochleæ minutæ cum melle illitæ leniunt.

XXIII. (1x.) Varices ne nascantur, lacertæ sanguine pueris crura jejunis a jejuno illinuntur. Podagras lenit³ œsypum cum lacte mulieris et cerussa: finum pecudum³, quod liquidum reddunt: pulmones pecudum⁴: fel arietis cum sevo: mures dissecti impositi: sanguis mustelæ cum plantagine illitus, et vivæ combustæ cinis ex aceto, et rosaceo⁵,

rum utilissimum auxilium fuit. Debent hæc tamen non promiscue ac temerario adhiberi. Jure nostras ille celeberr. ALIBERT pronuntiavit, ubi vitio herpetico humores fere omnes laboravere, numquam non squammeum exanthema in eo loco sævire, cui cantharidinum pharmacum appositum fuit. Tum ea est famosi epipastici vis irritativa, ut gravissime lædat delicata corpora. AZ.

27. *Murinum finum.* Plin. Valer. ad verbum, lib. III, cap. 27. H.

28. *Lacertæ cinis.* Ad verbum Marc. Empir. et Plin. Valer. locis citatis. HARD.

29. *Item multipeda contrita.* Sive porcellio, qui oniscos. Totidem verbis Marc. Emp. cap. xxxii, p. 226. HARD.

30. *Et per se cinis.* Et Marc. Emp. loc. cit. HARD.

31. *Fimum columbarum.* Idem Marcell. Empir. cap. xxxii, pag. 224. HARD.

32. *Inguinum tumorem.* Q. Seren. c. xxxvii, p. 149: « Sin autem existit durum tibi glandibus inguen, Proderit induci cochleas cum melle minutas. » Iisdem verbis Marcell. Emp. cap. xxxii, p. 224, et Plin. Val. lib. II, cap. 43. HARD.

XXIII. 1. *Varices.* Marc. Emp. cap. xxxiv, pag. 232. HARD.

2. *Podagras lenit œsypum.* Marcell. Empir. cap. xxxvi, pag. 242. HARD.

3. *Fimum pecudum.* Caprinum ad podagras laudat Dioscorid. lib. II, cap. 98. HARD.

4. *Pulmones pecudum.* Idem Marc. loc. cit. HARD.

5. *Et rosaceo.* Dioscor. lib. II, cap. 27, et Marc. Emp. cap. xxxvi, pag. 246. HARD.

si penna illinatur, vel si cera et rosaceum admisce fel caninum, ita ne manu attingatur, sed penna illin fimum gallinarum⁶ : vermium terrenorum cinis⁷ melle, ita ut tertio die solvantur. Alii ex aqua i malunt. Alii ipsos aceto mensura cum melle cyathi bus, pedibus ante rosaceo perunctis. Cochleæ latæ tollere dicuntur pedum et articulorum dolores. Bibi autem binæ in vino tritæ. Eædem illinuntur cum hel herbæ succo. Quidam ex aceto intrivisse contenti Quidam sale cum vipera cremato⁸ in olla nova, et sumpso, aiunt podagra liberari. Utile esse et adipe vip pedes perungi. Et de milvo affirmant⁹, si inveterato trit 3 quantum tres digiti capiant, bibatur ex aqua. Aut si¹⁰

6. *Fimum gallinarum.* Marc. Emp. cap. xxxvi, pag. 242. HARD.

7. *Vermium terrenorum cinis.* Idem Marc. pag. 250. HARD.

8. *Sala cum vipera cremato.* Sal is est, quem multis aliis locis *viperinum* vocat. DALBEC.

9. *Et de milvo affirmant.* Milvi inprimis caput commendat ad podagras Galen. de Theriaca ad Pis. lib. I, cap. 9, pag. 942. HARD.

10. *Aut si pedes.* Aut si pedes sanguine milvino perungantur, cum urtica trita. Prius sic legebatur: « Aut si pedes sanguinent.... vel pennis eorum. » In vetustis codd. *si pedes sanguinem, vel sanguine.* Emendat Dalecampius, *si pedes sanguine fumeant.* Etiam *sanguinent* defendi putat posse Quintiliani suffragio, pro *sanguine manent.* Convellit ac labefactat ejusmodi conjecturas nostra interpretatio, de milvino sanguine, quo perungi cum urtica trita podagricos pedes, non Plinius solum est auctor, sed et Marc. Emp. cap. xxxvi, p. 246 :

« Urtica, inquit, cum sa milvino, aut palumborum p ta: atque ex eo pedes illiti effi sauntur. » Et Plin. Val. lii c. 14: « Adipe viperino, sa quoque milvi pedes perungu Mox ubi *vel pennis eorum* lib gati exhibent, Dalecampius r *vel pennis ejus*, ut ad milvu ctare videatur. At quo au Deinde quid verbis proxime s tibus fiet, *quam primum nasc et, quin et fimum eorum?* Quan similis sit, non *eorum*, sed *borum*, ut rescripsimus, legi tere? audaci sane conjectur utique certa. Sic enim Marc. qui vetustissimos et maxime atos Plinii codices sequut « Columbinæ pinnæ, inquit, me primum nascentes cum t atque impositæ, podagræ c levant. » Nam et ea quæ pi sequuntur apud Plinium, « i fimum eorum articulorum t bus » illinuntur, ad columbos pertinere auctor est idem M

sanguine cum urtica¹¹ : vel pennis palumborum, quum primum nascentur, tritis cum urtica. Quin et finus eorum articulorum doloribus illinitur : item cinis mustelæ aut cochlearum, et cum amylo, vel tragacantha. Incussos articulos¹² aranei telæ commodissime curant. Sunt qui cinere earum uti malint, sicut fimi columbini¹³ cinere, cum polenta et vino albo. Articulis luxatis¹⁴ præsentaneum est et sevim pecudis cum cinere e capillo mulierum. Pernionibus¹⁵ quoque imponitur sevim pecudum cum alumine :

cap. xxxiv, pag. 234 : « Stercus columbinum, inquit, vel solum, vel cum ovo tritum, dolentibus articulis illitum prodest. » Quin et ipse Plinius de columbino stercore hoc loco egisse se satis liquido asseverat, quum paulo post subjicit : « Sane qui cinere. . . . uti malint, sicut fimi columbini cinere, etc. » HARD.

11. *Sanguinem cum urtica.* In utroque manuscripto exempl. legitur, *sanguinem*. In antiquissimo codice scriptum fuisse puto, *sanguinetum* : nempe vel contracta scriptura, vel deletis litteris, et dormitantem aut ignarum scribam, ex iis notis effecisse *sanguinem*, quum legendum fuerit : « Et si pedes sanguine tumeant. » Apud Quintilianum in declamationibus aliquoties legimus *sanguinantes*, pro sanguine manantes, et cruore perfusos. *Sanguinantes pedes* quidam exponunt, gangræna, carcinomate, sordidis et malignis hulceribus tentatos cum sanguinis effluxu. Talibus urtica prodest, et peculiari vi sanguinem manantem sistit, præsertim e naribus. Sed is morbus plurimum differt a podagra, de qua hic agitur. DALEC.

12. *Incussos articulos.* Totidem syllabis apicibusque litterarum, Marc. Emp. cap. xxxiv, pag. 254. Sed Plin. Valer. lib. III, cap. 15 : « Incisos articulos aranei tela commodissime curat. » MSS. omnes, *incussos*. Recte. Q. Seren. cap. lrv, pag. 159 : « Si vero caput infestus colliserit ictus, Ex oleo necti vestis debeat arachnes : Nesciet hæc illinc, nisi quum sanarit, abire. » H.

13. *Sicut fimi columbini.* Columbarum finum etiam vulneratis prodesse auctor est Galenus κατὰ γίνω, lib. III, cap. 6, pag. 729. HARD.

14. *Articulis luxatis.* Q. Serenus, cap. lrv, pag. 159 : « Quod si luxa suo decedent membra tenore, Ure re femineos crines, ad jungere sevim. Congruet et tali medicamine mota ligare. » Marc. Emp. c. xxxiv, pag. 235 : « Articulis luxatis sevim pecudis cujuscumque cum cinere de capillo muliebri facto medetur. » Et Plin. Valer. lib. II, cap. 49 : « Mulieris capillus quamplurimus in cinerem redactus, admixto ovium adipe vetere : ceroti modo illinies, etc. » Et lib. III, cap. 15 ad nervos et articulos : « Sevim pecudis cum cinere capillorum mulieris. » H.

15. *Pernionibus*, etc. Marcell.

canini capitis cinis, aut fimi murini¹⁶. Quod si pura¹⁷ sint, hucera cera addita ad cicatricem perducunt : vel glirium crematorum favilla¹⁸ ex oleo : item muris silvatici¹⁹ cum melle : vermium quoque terrenorum²⁰ cum oleo vetere : et cochleæ, quæ nudæ inveniuntur. Hucera omnia²¹ pedum sanat cinis earum, quæ vivæ combustæ sint : fimi gallinarum cinis exhulcerationes, columbini fimi ex oleo. Attritus etiam calceamentorum²², veteris soleæ 5 crematæ cinis, agninus pulmo²³ et arietis sanat. Dentis caballini contusi farina²⁴ privatim subluviem²⁵. Lacertæ viridis sanguis²⁶ subtritus, et hominum et jumentorum pedes subtilis sanat. Clavos pedum urina²⁷ muli mulæve

Empir. cap. xxxiv, p. 236. HARD.

16. *Aut fimi murini.* Plin. Valer. lib. II, cap. 51. HARD.

17. *Quod si pura sint.* Ita MSS. omnes. Prius editi, *quod si putrida sint hucera.* Plin. Val. lib. II, c. 50 sq. *si plura sint hucera.* HARD.

18. *Vel glirium crematorum favilla.* Vel glires cremati et in cinerem reducti cum oleo. Libri omnes editi, *vel gryllorum.* MSS. Reg. 1, *grillam.* Reg. 2, et Chifflet. *grillium.* Nos unius traiectione litterulæ, *glirium* rescripsimus, auctore Marc. Emp. cap. xxxiv, pag. 232 : « Glirium, inquit, vel soricum, vel vermium terrenorum cinis oleo impositus pernionibus medetur. » HARD.

19. *Item muris silvatici.* Marcell. Emp. cap. xxxiv, pag. 232. H.

20. *Vermium quoque terrenorum.* Marc. idem loc. cit. et Plin. Valer. lib. II, cap. 51. HARD.

21. *Hucera omnia.* Hæc omnia iidem auctores proxime appellati. H.

22. *Attritus etiam calceamentorum.* Dioscorid. lib. II, cap. 40 et 51 ;

Marc. Emp. c. xxxiv, p. 236. H.

23. *Agninus pulmo.* Marc. Emp. cap. xxxiv, pag. 232. HARD.

24. *Dentis caballini contusi farina.* Sic Plin. Val. lib. II, cap. 51. H.

25. *Subluviem.* Τὴν παρῶνυχταν, Colum. lib. VII, cap. 5, de ove id usurpat. In homine is morbus est, quum sub ungue, cocta inflammatione, sanies alba colligitur : quod sæpe mulieribus accidit, dum inter consuendum se acu pungunt. Paronychiæ genus id mitius est, ac minus dolore vexat, nec primum articulum digiti corrumpit. Quidam redivias, τὰ περὶγία, falso interpretantur. DAL. — *Subluviem.* Quid hoc morbi genus sit, Marc. Emp. explicat, cap. xxxiv, pag. 232 : «Dentes caballini tumsi, hucera pernionum, si sint tumidi, utiliter curant. » HARD.

26. *Lacertæ viridis sanguis.* Plin. Val. loc. cit. HARD.

27. *Clavos pedum urina.* Marcell. Emp. cap. xxxiv, p. 233, et Plin. Val. lib. II, cap. 52. HARD.

cum luto suo illita : fimum ovium. Jecur lacertæ²⁸ viridis, vel sanguis flocco impositus : vermes terreni²⁹ ex oleo : stellionis caput cum viticis pari modo³⁰ tritum ex oleo : fimum columbinum³¹ decoctum ex aceto. Verrucas³² vero omnium generum urina canis recens cum suo luto illita : fimi canini cinis³³ cum cera : fimum ovium : sanguis recens murinus illitus, vel ipse mus divulsus : herinacei fel : caput lacertæ³⁴, vel sanguis, vel cinis totius : membrana senectutis anguium : fimum gallinaceum³⁵ cum oleo et nitro. Cantharides³⁶ cum uva taminia intritæ exedunt : sed ita erosas aliis, quæ ad persananda hulcera monstravimus, curari oportet.

XXIV. (x.) Nunc revertemur ad ea, quæ totis corporibus metuenda sunt. Fel canis nigri masculi amuletum esse Magi dicunt domus totius, suffitæ eo purificatæve, contra omnia mala medicamenta. Item sanguine canis respersis parietibus, genitalique ejus sub limine januæ defosso. Minus mirentur hoc, qui sciunt fœdissimum animalium in quantum magnificent ricinum, quoniam uni nullus sit exitus saginæ¹, nec finis alia quam morte,

28. *Jecur lacertæ viridis.* Marcel. Emp. loc. cit. in *lanula* : et p. 237, cum *flocco impositus.* HARD.

29. *Vermes terreni.* Marc. Emp. cap. xxxiv, pag. 237. HARD.

30. *Cum viticis pari modo.* Sic etiam MSS. Forte *urticis* rectius. Urticarum enim in clavis pedum sanandis creber apud Marc. Emp. usus : viticis plane nullus. Vide c. xxxiv, pag. 234 sq. HARD.

31. *Fimum columbinum.* Marcell. Emp. loc. cit. et Plin. Val. lib. II, cap. 52. HARD.

32. *Verrucas.* Iisdem verbis Sext. Platon. cap. ix de cane, tit. 6 ad callos et verrucas tollendas ; Marc.

Emp. cap. xix, pag. 132, et Plin. Val. lib. III, cap. 42. Q. Serenus, cap. lxxv de verrucis tollendis : « Id poterit vitium sanguis curare lacertæ, Aut urina canis cum terra inducta madente. » HARD.

33. *Fimi canini cinis.* Marc. Emp. et Plin. Val. locis citatis, qui et de fimo ovium, et murino sanguine, Plinio pariter adstipulantur. H.

34. *Caput lacertæ.* Galen. de fac. simpl. Med. lib. XI, pag. 303. H.

35. *Fimum gallinaceum.* Plin. Val. lib. III, cap. 42. HARD.

36. *Cantharides.* Marc. Empiric. cap. xix, pag. 129. HARD.

XXIV. 1. *Quoniam uni nullus sit*

2 diutius in fame viventi. Septenis ita diebus durasse tradunt : at in satietate paucioribus dehiscere. Hunc ex aure sinistra canis omnes dolores sedare adalligatum. Eundem in augurio vitalium habent. Nam si æger ei respondeat qui intulerit, a pedibus stanti interrogantique de morbo, spem vitæ certam esse : moriturum nihil respondere. Adjiciunt, ut evellatur ex aure læva canis, cui non sit alius, quam niger color. Nigidius fugere tota dies canes conspectum ejus, qui e sue id animal evellerit, scriptum reliquit. Rursus Magi tradunt, lymphatos sanguinis talpæ aspersu respiscere : eos vero qui a nocturnis Diis Faurisque agitentur, draconis lingua, et oculis et felle intestinisque in vino et oleo decoctis, ac sub dio noctu refrigeratis, perunctos matutinis vespertinisque curari.

1 XXV. Perfrictionibus remedio esse tradit Nicander¹ amphibænam mortuam adalligatam, vel pellem tantum ejus. Quinimo arbori, quæ cædatur, adalligata, non algere cædentes, faciliusque succidere. Itaque sola serpentium frigori se committit, prima omnium procedens, et ante cuculi cantum. Aliud est cuculo miraculum, quo quis loco primo audiat alitem illam, si dexter pes circumscribatur, ac vestigium id effodiatur, non gigni pulices, ubicumque spargatur.

1 XXVI. Paralysis¹ caventibus pingua glirium decoctorum et soricum utilissima tradunt esse : millepedas², ut in anginis diximus³, potas phthisin sentientibus : lacertam

exitussagina. Hæc explanata uberius, XI, 40. H. — *Nec finis alia.* Sive, finis alius. Sic Maro, *Æn.* II, 554 : « Hæc finis Priami fatorum. » H.

XXV. 1. *Nicander.* In Theriac. p. 26 de amphibæna : Ἡ δ' ἐνίνησι Πινῶ δυσπαθίοντας, ὅτ' ἐν παλάμῃσιν ἀεργοὶ Μάλαι ἐπιπροθέωσιν ὑπὸ κρυαῖο δαμίντων, etc. « Sic pluribus

illa Pelle sua prodest, Boreæ quum flamine segnes Obriguere manus, et victæ frigore torpent, etc. » H.

XXVI. 1. *Paralysis.* Plin. Val. lib. III, cap. 13, ad verbum. H.

2. *Millepedas*, ut in anginis diximus, etc. Millepedarum nulla utilitas in phthiseos periculo. Cf. not. sup. ad pag. 305. Cæterum ut hic

viridem⁴ decoctam in vini sextariis tribus ad cyathum unum, singulis cochlearibus sumptis per dies, donec convalescant: cochlearum⁵ cinerem potum in vino.

XXVII. Comitialibus morbis cœsypum cum myrrhæ momento, et vini cyathis duobus dilutum, magnitudine nucis avellanæ, a balineo potum. Testiculos¹ arietinos inveteratos, tritosque dimidio denarii pondere in aqua vel lactis asinini hemina. Interdicitur vini potus quinis diebus ante et postea. Magnifice² laudatur et sanguis pecudum potus: item fel cum melle, præcipue agninam. Catulus³, lactens sumptus, abscisso capite pedibusque, ex vino et myrrha. Lichen mulæ potus in oxymelite cyathis tribus. Stellionis transmarini cinis potus in aceto. Tunicula stellionis, quam eodem modo, ut anguis, exuit, pota. Quidam, et ipsum arundine exenteratum inveteratumque bibendum dedere. Alii in cibo in ligneis veribus inassatum. Opere pretium est scire quomodo præripiatur, quum exiit membrana hiberna, alias devoranti eam, quoniam nullum animal⁴ fraudulentius invidere homini tradunt. Inde⁵ stel-

demillepedis peragamus quæ dicere in animo est, notemus ad medicamenta eligi millepedarum *oniscum asell.* Linn. cui cauda in appendicem filiformem abit duplicem, vel *onisc. armadille*, cui id nominis propterea impositum fuit, quod periculi conscius replicetur in sese, et in pilæ formam suam convolvat corpusculum. *As.*

3. *Ut in anginis diximus*, etc. Cap. 12. *HARD.*

4. *Lacertam viridem.* Plin. Val. ad verbum, I, 61. *HARD.*

5. *Cochlearum.* Plin. Valer. loc. cit. *HARD.*

XXVII. 1. *Testiculos arietinos*, etc. Plin. Val. lib. II, cap. 58, ad verbum, et Sext. Plat. cap. vi

de ariete, tit. 7 ad caducos. *H.*

2. *Magnifice.* Plin. Valer. loco citato. *HARD.*

3. *Catulus.* Plin. Val. loc. cit. *H.*

4. *Quoniam nullum animal*, etc. Vide quæ diximus in eam rem, lib. VIII, cap. 49. *HARD.*

5. *Inde stellionum nomen aiunt*, etc. Maledicti et convicii loco id nomen objicitur homini improbo et fraudulento. *Glossæ veteres: Stellio, κακώπυρος, κακότροπος.* Proprie autem stellionatus dicitur Jureconsultis, quum dolo quid factum, quum merces suppositæ, quum impostura facta, etc. Vide *Digest.* lib. LVII, tit. 20, *Stellionatus*: simul et *Voss.* in *Etym.* Est stellionatus *κακότης χυία* Platoni, de *Legibus*, lib. IX.

lionum nomen aiunt in maledictum translatum⁶. Obser-
 vant cubile ejus æstatibus. Est autem in loricis ostiorum
 fenestrarumque⁷, aut cameris sepulcrisve : ibi vere inci-
 piente fissis arundinibus textas opponunt casas, quarum
 angustiis etiam gaudet, eo facilius exuens circumdatum
 torporem⁸. Sed eo derelicto non potest remeare. Nihil ei
 remedio in comitialibus morbis præfertur. Prodest et ce-
 rebrum mustelæ inveteratum potumque, et jecur⁹ ejus :
 testiculi, vulvæque, aut ventriculus inveteratus cum co-
 riandro, ut diximus¹⁰ : item cinis¹¹ : silvestris vero tota
 in cibo sumpta¹². Eadem omnia prædicantur¹³ ex viverra.
 Lacerta viridis cum condimentis, quæ fastidium abster-

H. — Non male, ut reor, quan-
 quam nec id certitudinis geome-
 tricæ particeps, videtur a stellione
 stellionatum ducere; certe melius
 quam ΡΟΙΝΣΙΝΕΤ a germanica voce
stehlen quæ *furari* est. In hac enim
 abundat τὸ ἡ, deest una e duabus *l*.
 Tum generalius dictum *stehlen*,
 quam ut apte stellionatus in spe-
 cialitatem deducatur. A.

6. *Maledictum translatum*. Crimi-
 nis notam et probrum. Stellionatus
 crimen id est, quum aliquid per-
 dolum et imposturam fit. ULPIAN.
 — De eo multa ex Capro gramma-
 tico Cujacius, *Observ.* l. X, c. 20.
 Theophrastus, lib. de invidis ani-
 malibus. DALEC.

7. *Est autem in locis ostiorum
 fenestrarumque*. Scribendum *loricis*,
 non *locis*, ex vetusto exemplari.
 PIET. — *Est*, etc Ita Reg. 2, et
 Chiffi. Editi male, *in locis*. Loricæ
 testacæ murorum, ostiorum, ac
 fenestrarum, projecturæ sunt, quas
 Galli vocant *corniches*, quæ transi-
 tum sepiunt, rejiciuntque extra

perpendicularum stillas. De his Vi-
 truv. lib. II, cap. 8. HARD.

8. *Torporem*. Senectam. HARD.

9. *Et jecur ejus*. Dioscor. Εὐκρωπ.
 lib. I, cap. 18; Plin. Val. lib. III,
 cap. 10. HARD.

10. *Ut diximus*. Lib. XXIX, c.

16. Sic etiam Diosc. loc. cit. H.

11. *Item cinis*. Q. Seren. c. LVIII
 de comitali morbo, p. 161 : «Aptus
 mustelæ cinis est, et hircundinis
 una.» HARD.

12. *Tota in cibo sumpta*. Cælius
 Aurelianus. Chron. lib. I, cap. 4 de
 epilepsia, ex aliorum sententia :
 «Item mandendam mustelam, sed
 longo desiccata tempore : » id
 vero deinde improbat. HARD.

13. *Eadem omnia prædicantur ex
 viverra*. Vult eadem esse remedia e
 silvestri mustela, *viverra* appellata,
 quæ jam e domestica commonstra-
 vit. GELEN. — *Eadem*, etc. Eadem
 omnia remedia parantur ex silvestri
 mustela, sive *viverra*, «quæ jam
 e domestica commonstrata sunt.»
 Plin. Valer. lib. II, cap. 58. H.

geant, ablatis pedibus et capite. Cochlearum cinis¹⁴ addito semine lini et urticæ cum melle, unctu sanat. Magis¹⁵ placet draconis cauda in pelle dorcadis adalligata cervinis nervis: vel lapilli e ventre pullorum¹⁶ hirundinum sinistro lacerto annexi. Dicuntur enim excluso pullo lapillum dare¹⁷. Quod si pullus¹⁸ is detur incipienti¹⁹ in cibo, quem primum pepererit²⁰, quum quis primum tentatus sit, liberatur eo malo. Postea medetur hirundinum²¹ sanguis cum thure, vel cor recens devoratum. Quin et e nido earum²² lapillus impositus recreare dicitur confestim, et adalligatus in perpetuum tueri. Prædicatur et jecur milvi devoratum, et senectus serpentium. Jecur²³ vulturis tritum cum suo

14. *Cochlearum cinis addito semine lini et urticæ cum melle inunctos sanat.* Lego: « Cochlearum cinis adjecto semine lini et urticæ cum melle linctu sanat, » ex apographo nostro. PRÆT. — *Cochlearum.* Ita Reg. 1. In libris vulgatis, *inunctos sanat.* In Ch. *linctu*, male. Plin. Valer. lib. II, cap. 58 ad morbum comitalem: « Cochlearum cinis addito lini semine et urticæ ex melle illinitur cum sale. » HARD.

15. *Magis placet*, etc. Qui magiam profitentur. HARD.

16. *Vel lapilli e ventre pullorum.* Diosc. lib. II, cap. 60. Sext Plat. part. 2, c. XII de hirundine, tit. 3 ad caducos: « Hirundines comestæ caducos sanant. Item lapilli in ventriculis eorum reperti, et brachio alligati perfecte sanant. » HARD.

17. *Lapillum dare.* Pullo, quem excluderint, tamquam omnium morborum remedium. DALEC. — *Lap. dare.* Dare deglutiendum. H.

18. *Quod si pullus is detur incipienti in cibo, quem primo peperit, quum quis*

primum, etc. Paucioribus verbis nostrum exemplar: « Quod si pullus is detur, quum primum tentatus sit, liberatur eo malo. » PRÆT.

19. *Inc.* Quum morbus incipit.

20. *Quem primum pepererit*, etc. Quem pullum primum hirundo peperit. Sic pullos eligit primæ feturæ Dioscor. lib. II, cap. 60, et Εὐπόρ. lib. I, cap. 19. HARD.

21. *Postea medetur hirundinum*, etc. Q. Seren. loc. cit. « Aut cruor ex Progne mixtus cum polline thuris: Aut lapis ex nido, vaga quem congessit hirundo, Vellitur: et nexu fovet, attollitque jacentem. » Sic etiam Plin. Val. lib. II, cap. 58. H.

22. *Quin et e nido earum*, etc. Q. Seren. et Plin. Val. locis citatis. H.

23. *Jecur.* Sext. Plat. part. 2, c. 2 de vulture, tit. 2 ad caducos: « Vulturis jecur totum cum sanguine ipsius vulturis tritum, et per dies septem potum, caducis prodesse dicimus. » Plinium transcripsit ad verbum Plin. alter Valer. lib. II, cap. 58. HARD.

sanguine ter septenis diebus potum. Cor pulli vulturini adalligatum. Sed ipsum vulturem²⁴ in cibo dari jubent, et quidem satiatum humano cadavere. Quidam pectus ejus bibendum censent, et in cerrino calyce. Aut testes gallinacei²⁵ ex aqua et lacte, antecedente quinque dierum abstinentia vini, ob id inveteratos. Fuere et qui viginti unam muscas rufas, et quidem emortuas, in potu darent, infirmioribus pauciores.

XXVIII. (XI.) Morbo¹ regio resistunt sordes aurium, aut mammaram pecudis² denarii pondere cum myrrhæ³ momento, et vini cyathis duobus: canini⁴ capitis cinis in mulso: multipeda in vini hemina: vermes terreni in aceto mulso cum myrrha. Gallina⁵ si sit luteis pedibus prius aqua purificatis, dein collutis vino, quod bibatur. Cerebrum⁶ perdicis aut aquilæ in vini cyathis tribus. Cinis plumarum aut interaneorum palumbis⁷ in mulso ad cochlearia tria. Passerum cinis sarmentis crematorum cochlearibus duobus in aqua mulsa. Avis icterus⁸ vocatur a

24. *Sed ipsum vulturem*, etc. Plin. Val. loc. cit. HARD.

25. *Aut testes gallinacei*. Sext. Platon. part. 2, cap. 8 de gallo, tit. 2 ad caducos: « Galli testiculos contritos cum aqua jejuno dabis bibere: abstineant autem a vino diebus decem... Debebunt autem testiculi sicci servari, ut quum fuerint necessarii, continuo sumantur.» HARD.

XXVIII. 1. *Morbo*. Hæc totidem verbis Plin. Val. lib. II, c. 59. H.

2. *Aut mammaram pecudis*, etc. Sordes quas inter mammas habet, vel inter femora, ut ait Sext. Plat. cap. 6 de ariete, tit. 6 ad morbum regium. HARD.

3. *Myrrhæ*. Hoc est, myrrhæ pusillo, ut Plin. Val. ait loc. cit. H.

4. *Canini*. Sic etiam præter Plin. Val. loc. cit. Sext. Plat. cap. 9 de cane, tit. 16 ad morbum regium: « Rabidi canis caput contusum et commixtum cum vino potatum mire sanat.» HARD.

5. *Gallina*. Plin. Val. loc. cit. H.

6. *Cerebrum*. Sext. Plat. part. II, c. 5 de perdice, tit. 1 ad morbum regium. Et Plin. Val. loc. cit. H.

7. *Aut interaneorum palumbis*, etc. Plin. Val. loc. cit. « Cineres interaneorum palumborum, cochlearia duo bibuntur ex mulso.» HARD.

8. *Avis icterus*. Aetius, lib. X, cap. 17, morbum hunc non ab ave dictum vult, sed ab oculis ictidis, seu viverræ, auricoloribus. DALHC. — *Avis*. Diximus de ea lib. X, c. 50. Ab ea ave, quod sit coloris

colore, quæ si spectetur, sanari id malum tradunt, et avem mori. Hanc puto latine vocari galgulum⁹.

XXIX. Phreneticis¹ prodesse videtur pulmo pecudum calidus circa caput alligatus. Nam² muris cerebrum dare potui ex aqua, aut cinerem mustelæ, vel etiam inveteratas herinacei carnes, quis possit furenti, etiamsi certa sit medicina? Bubonis certe oculorum cinerem inter ea, quibus prodigiose vitam ludificantur, acceperim. Præcipueque febrium medicinâ placitis eorum renuntiat. Namque et in XII signa digessere eam sole transmeante, iterumquæ luna: quod totum abdicandum paucis³ e pluribus edocebo. Siquidem crematis tritisque cum oleo perungi jumentis ægros quum Geminos transit sol, cristis, et auribus, et unguibus gallinaceorum: si luna, radiis⁴ barbisque eorum: si Virginem alteruter, hordei granis: si Sagittarium, vespertilionis alis: si Leonem luna, tamaricis fronde, et adjiciunt, sativæ: si Aquarium, e buxo carbonibus tritis. Ex istis confessa, aut certe verisimilia ponemus, sicut et lethargum olfactoriis⁵ excitari: inter ea fortassis mustelæ

fellei, Græcos dedisse huic morbo nomen, scribit Cæl. Aurel. lib. III, cap. 5. HARD.

9. *Hanc puto latine vocari galgulum.* Galbulum a colore luteo appellari mavult Marc. Donatus in Suet. Thes. Critic. tom. VI, c. 81, pag. 281, et post eum Salmas. in Not. ad Hist. Aug. pag. 227. H.

XXIX. 1. *Phreneticis.* Q. Seren. c. VIII, p. 129: « Ex vitio cerebri phrenesis furiosa movetur, Amissaque refert frondens amentia vires. Conveniet calidis pecudum pulmonibus apte Tempora languentis medica redimire corona. » Sic etiam Plin. Val. lib. III, cap. 9. HARD.

2. *Nam non modo muris cerebrum*

dare potui ex aqua aut cinerem mustelæ, aut etiam inveteratas herinacei carnes. Brevius in vetusto codice: « Nam muris cerebrum dare potui ex aqua, aut cinerem mustelæ, vel etiam inveteratas, etc. » PINX.

3. *Quod totum abdicandum paucis exemplaribus docebo.* Scribe, « Quod totum abdicandum paucis e pluribus docebo. » Ex eodem. PINX.

4. *Radiis.* Digitis in aversa parte pedis exstantibus. DALMG.—*Radiis.* Calcaribus. Vide quæ de ea voce diximus lib. XI, cap. 107. H.

5. *Olfactoriis.* Parmicis, quæ sternutamenta cient. DAL.—*Olfactoriis.* Odoramentis quæ corroborant, et olfacta excitent: ὀσφρακτικὰ

testiculis inveteratis, aut jocinere usto⁶. His quoque pulmonem pecudis⁷ calidum circa caput adalligari putant utile.

- 1 XXX. In quartanis medicina clinice¹ propemodum nihil pollet. Quamobrem plura eorum remedia² ponemus, primumque ea, quæ adalligari jubent: pulverem, in quo se accipiter volutaverit³, lino rutilo in linteolo: canis nigri dentem longissimum. Pseudosphecem vocant vespam, quæ singularis volitat: hanc sinistra manu apprehensam subnectunt: alii vero, quam quis eo anno viderit primam. Viperæ⁴ caput abscissum in linteolo, vel cor viventis
2 exemptum. Muris⁵ rostellum auriculasque summas roseo panno, ipsumque dimittunt. Lacertæ vivæ dextrum oculum effossum, mox cum capite suo deciso, in pellicula caprina. Scarabæum qui pilas volvit⁶. Propter hunc Ægypti magna pars scarabæos⁷ inter numina colit, curiosa Apionis

vocat Dioscorid. in Alex. cap. 17. Sic etiam Largus, Compend. med. 23, n. 104: « Interdum olfactoriis reficere, etc. » Johann. de Janua: « Olfactorium, ab olfacio; unde olfactoriolum: vas unguentarium muliebri, in quo odoramenta gestantur. » HARD.

6. Aut jocinere usto. Plin. Valer. lib. III, cap. 7. HARD.

7. His quoque pulmonem pecudis, etc. Plin. Val. loc. cit. HARD.

XXX. 1. Clinice. Quæ ægris in lecto decumbentibus adhibetur, ratione victus, medicamentis, manus opera. DALÆC.

2. Eorum remedia ponemus. Magorum. HARD.

3. Pulverem in quo se accipiter volutaverit. VOSS. « pulverem, ubi se accipiter volutaverit. » GROS.

4. Viperæ. Plin. Valer. lib. III, cap. 6. HARD.

5. Muris. Plin. Valer. loc. citat.

« Quartanæ curandæ: mari vis rostellum primum, et auricula summæ præcidantur, et in roseo panno alligantur, et ipse murus visus dimittitur. » HARD.

6. Qui pilas volvit. Qui pedibus firmum subigit, et in pilas cogit, quas et pedibus volutat. In libris hactenus editis, pilulas, minus sincere. HARD.

7. Ægypti m. pars scar. etc. Vide supra cap. 5 huj. lib. Plut. Porph. Horus, aliam præterea ejus venerationis causam reddunt, quod mars sint omnes scarabæi, nulla femina. Hinc jocus Ausonii in mæculo Veneris sectatorem: « Pervens Veneris postico vulnere fossor, Le-cilli vatis subulo, pullo, premo, Non taurus, non mulus erit, non hippocamelus, Non caper, aut aries, sed scarabæus erit. » Rhodig. lib. VIII, c. 5. Clemens Hypotyposeos VI, homines voluptatibus impen-

interpretatio, qua colligat solis operum similitudinem huic animali et ad excusandos gentis suæ ritus. Sed et alium adalligant magi⁸, cui sunt cornicula reflexa⁹, sinistra manu collectum. Tertium, qui vocatur fullo, albis guttis, dissectum utriusque lateris adalligant: cætera sinistro. Cor anguivum sinistra manu exemptum viventibus. Scorpionis caudæ quatuor articulos cum aculeo, panno nigro, ita ut nec scorpionem dimittat, nec eum qui alligaverit videat

sius deditos, et immersos, ebrios, tamquam cantharos in stercore volutari scribit. DALEC. — *Propt. h. Ægypti magna pars scarabæos. . . solis.* Quoniam, quum scorpionem procreare vult, bovis figuram nactus, globulum ejusdem, hujus mundus figuræ est, fingit: quem ubi ab ortu ad occasum avertebat pedibus volutavit, solis cursum in cælo æmulatus, in orbem, ut orbi persimilem, orbem edat atque exprimat, in ortum convertitur. Ἐπειδὴν ὁ ἄρσεν βούληται παιδοποιήσασθαι, βεδὸς ἀρόδουμα λαβὼν, πλάσσει σφαιροειδὲς παραπλήσιον τῷ κόσμῳ σχῆμα, etc. Horus Apollo Hierogl. I. I, c. 10. Habet his consentientia Porphyri libro quem inscripsit, περὶ τῶν ἀμφύγων ἀποχῆς, quæ merito ridet Euseb. de Præp. Evang. lib. III, pag. 94. HARD. — *Propter hunc Ægypti magna pars scarabæos, etc.* Præstat a Dalecampio allegata sententia, quanquam nec hallucinatus opinio est Apion, sacerdotum verborum disciplinas proferens, et interpretationem, quæ solis imaginem præterea exprimit, quæ credit scarabæos tot in momiis et cæteris hypogæon monumentis, dam animæ censentur ad hoc post mortem destinatæ, ut si-

gna zodiaci perambulent; quæ perambulatio ea icone innuitur, quæ emblemata solis vulgo dicitur. Quæ interpretatio visa nostr. Cl. JOMARD (*Descr. de l'Ég. Antiq. vol. I, sect. x, pag. 377, 352*) sententia potior. Sed in glyphis permultis generationem indicare visus scarabæus. Vid. præcipue *Descript. de l'Ég. Antiq. Pl. vol. II, pl. 86, 1*, ubi triplex generator, supino trunco, stantibus tibiis (ita ut rectum angulum efficiant inde linea dorsalis, hinc femorum et tibiærum columna), semen ejaculatur, duobus scarabæis unicuique suppositis, quorum alter niger est, ruber alter. Generationis et creationis cognatio ac nexus, ut vocant, proximus est. Unde scarabæus symbolum visum est creatricis naturæ et dei. Conf. præter laudatos tum a Dalecampio, tum a nobis, auctores Porphyri de Abstin. IV, 9, p. 327; BECKMANN ad Arist. περὶ θαυμ. p. 268, 328; SCHNEIDER ad Aristotel. Hist. Anim. lib. V, c. 17, p. 353. Az.

8. Sed et alium adalligant magi. Taurum, de quo lib. XI, cap. 34.

9. Cui sunt cornicula reflexa. Taurum supra vocavit, c. 5 hujus libri. DALEC.

testiculis inveteratis, aut jocinere usto⁶. His quoque pulmonem pecudis⁷ calidum circa caput adalligari putant utile.

XXX. In quartanis medicina clinice¹ propemodum nihil pollet. Quamobrem plura eorum remedia² ponemus, primumque ea, quæ adalligari jubent: pulverem, in quo se accipiter volutaverit³, lino rutilo in linteolo: canis nigri dentem longissimum. Pseudosphecem vocant vespam, quæ singularis volitat: hanc sinistra manu apprehensam subnectunt: alii vero, quam quis eo anno viderit primam. Viperæ⁴ caput abscissum in linteolo, vel cor viventis exemptum. Muris⁵ rostellum auriculasque summas roseo panno, ipsumque dimittunt. Lacertæ vivæ dextrum oculum effossum, mox cum capite suo deciso, in pellicula caprina. Scarabæum qui pilas volvit⁶. Propter hunc Ægypti magna pars scarabæos⁷ inter numina colit, curiosa Apionis

vocat Dioscorid. in Alex. cap. 17. Sic etiam Largus, Compend. med. 23, n. 104: « Interdum olfactoriis reficere, etc. » Johann. de Janua: « Olfactorium, ab olfacio; unde olfactoriolum: vas unguentarium muliebre, in quo odoramaenta gestantur. » HARD.

6. *Aut jocinere usto.* Plin. Valer. lib. III, cap. 7. HARD.

7. *His quoque pulmonem pecudis,* etc. Plin. Val. loc. cit. HARD.

XXX. 1. *Clinice.* Quæ ægris in lecto decumbentibus adhibetur, ratione victus, medicamentis, manus opera. DALEC.

2. *Eorum remedia ponemus.* Magorum. HARD.

3. *Pulverem in quo se accipiter volutaverit.* Voss. « pulverem, ubi se accipiter volutaverit. » GROX.

4. *Viperæ.* Plin. Valer. lib. III, cap. 6. HARD.

5. *Muris.* Plin. Valer. loc. citat.

« Quartanæ curandæ: muri vivo rostellum primum, et auriculæ summæ præciduntur, et in roseo panno alligantur, et ipse mus vivus dimittitur. » HARD.

6. *Qui pilas volvit.* Qui pedibus fimum subigit, et in pilas cogit, quas et pedibus volutat. In libris hactenus editis, *pilulas*, minus sincere. HARD.

7. *Ægypti m. pars scar.* etc. Vide supra cap. 5 huj. lib. Plut. Porph. Horus, aliam præterea ejus venerationis causam reddunt, quod mares sint omnes scarabæi, nulla femina. Hinc jocus Ausonii in masculæ Veneris sectatorem: « Perversæ Veneris postico vulnere fossor, Lacilli vatis subulo, pullo, premo, Non taurus, non mulus erit, non hippocamelus, Non caper, aut aries, sed scarabæus erit. » Rhodig. lib. VIII, c. 5. Clemens Hypotyposeon VI, homines voluptatibus impen-

interpretatione, qua colligat solis operum similitudinem huic animali esse, ad excusandos gentis suæ ritus. Sed et alium adalligant magi⁸, cui sunt cornicula reflexa⁹, sinistra manu collectum. Tertium, qui vocatur fullo, albis guttis, 3 dissectum utrique lacerto adalligant: cætera sinistro. Cor anguivum sinistra manu exemptum viventibus. Scorpionis caudæ quatuor articulos cum aculeo, panno nigro, ita ut nec scorpionem dimissum, nec eum qui alligaverit videat

suis deditos, et immersos, ac ebrios, tamquam cantharos in stercore volutari scribit. DALC. — *Propt. h. Ægypti magna pars scarabæos. . . solis.* Quoniam, quum sobolem procreare vult, bovis finum nactus, globulum ejusdem, cujus mundus figuræ est, fingit: quem ubi abortu ad occasum aversis pedibus volutavit, solis cursum in cælo æmulatus, ipse rursus, ut orbi persimilem figuram edat atque exprimat, in ortum convertitur. Ἐπειδὴν ὁ ἄρσεν βούληται παιδοποιήσασθαι, βέδς ἀφ' ὅστυμα λαβὼν, πλάσσει σφαιροειδὲς παραπλήσιον τῷ κόσμῳ σχῆμα, etc. Horus Apollo Hierogl. I. I, c. 10. Habet his consentientia Porphyri libro quem inscripsit, περὶ τῶν ἀμφύων ἀποχῆς, quæ merito ridet Euseb. de Præp. Evang. lib. III, pag. 94. HARD. — *Propter hunc Ægypti magna pars scarabæos, etc.* Præstat a Dalecampio allegata causa, quanquam neo hallucinatus omnino est Apion sacerdotum verba et disciplinas proferens, et inter recentiores CAMEZEA solis imagine symbolica explicari posse credidit scarabæos tot in momiis et cæteris hypogæon monumentis, dum animæ censentur ad hoc post mortem destinatæ, ut si-

gna zodiaci perambulent; quæ perambulatio ea icone innuitur, quæ emblema solis vulgo dicitur. Quæ interpretatio visa nostr. Cl. JOMARD (*Descr. de l'Ég. Antiq.* vol. I, sect. x, pag. 377, 352) sententia potior. Sed in glyphis permultis generationem indicare visus scarabæus. Vid. præcipue *Descript. de l'Ég. Antiq.* Pl. vol. II, pl. 86, 1, ubi triplex generator, supino trunco, stantibus tibiis (ita ut rectum angulum efficiant inde linea dorsalis, hinc femorum et tibiærum columna), semen ejaculatur, duobus scarabæis unicuique suppositis, quorum alter niger est, ruber alter. Generationis et creationis cognatio ac nexus, ut vocant, proximus est. Unde scarabæus symbolum visum est creatricis naturæ et dei. Conf. præter laudatos tum a Dalecampio, tum a nobis, auctores Porphyri de Abstin. IV, 9, p. 327; ВСКЖМАН ad Arist. περὶ θανμ. p. 268, 328; SCHNEIDER ad Aristotel. Hist. Anim. lib. V, c. 17, p. 353. Az.

8. *Sed et alium adalligant magi.* Lucanum, de quo lib. XI, cap. 34. HARD.

9. *Cui sunt cornicula reflexa.* Taurum supra vocavit, c. 5 hujus libri. DALC.

æger triduo. Post tertium circuitum ¹⁰ id condat ¹¹. Erucam ¹² in linteolo ter lino circumdant totidem nodis, ad
 4 singulos dicentes, quare faciat qui medebitur. Limacem
 in pellicula, vel quatuor limacum capita, præcisa arundine. Multipedam lana involutam. Vermiculos ¹³ ex quibus
 tabani fiunt, antequam pennas germinent. Alios e spinosis fructetis lanuginosos. Quidam ex illis quaternos inclusos
 juglandis nucis putamine adalligant: cochleasque, quæ nudæ inveniuntur. Stellionem inclusum capsulis subjiciunt
 capiti, et sub decessu febris emittunt. Devorari autem jubent cor mergi marini sine ferro exemptum, inveteratumque
 conteri, et in calida aqua bibi. Corda hirundinum
 5 cum melle. Alii fimum drachma ¹⁴ una in lactis caprini et ovilli, vel passi cyathis tribus, ante accessiones. Sunt qui
 totas censeant devorandas. Aspidis cutem pondere sexta parte denarii cum piperis pari modo, Parthorum gentes
 in remedium quartanæ bibunt. Chrysippus philosophus tradidit phrygionem ¹⁵ adalligatum remedio esse quartanis.

10. *Post tertium circuitum.* Post tertium febris circuitum id humo condat. HARD.

11. *Condat.* Humo sepeliat et defodiat. HARD.

12. *Erucam.* MSS. omnes *urucam*, quod idem est. HARD.

13. *Vermiculos*, etc. Fiunt hi e ligno. Vide supra lib. XI, cap. 38. HARD.

14. *Alii fimum drachma una*, etc. Ad verbum Plin. Valer. lib. III, cap. 26. HARD.

15. *Phrygionem.* Fortassis animal, quod paulo antehac vocavit vermiculum e fructetis lanuginosum, φρύγιον, frutex. Quidam legunt, *phrymion*: putantque animal id notissimum a Chrysippo fusius expo-

situm non fuisse, et Plinium exemplari vitioso deceptum. DALEC. — *Phrygionem.* Φρυγιόν quum derivari videtur a græco φρύγιον, torrere, torrefacere, credidit interpres vetus Δυβιητ hallucinatum Secundum in vertendo Chrysippo, et ligni fragmentum accepisse pro animali. Ut nimis audacter, ita sane ingeniosus et vero simillimus in conjectura. Quæ Harduinus et ante Harduinum Dalecampius hoc loco adscripserunt, tamen non sustulimus. Utram in partem discedendum, lector, si tanti est, eligat. Memor quoque græcæ originationis QUELLON subodoratus est, minus feliciter, iudicio nostro, salamandram φρύγιον esse. ED.

Quod esset animal neque ille descripsit, nec nos invenimus qui novisset. Demonstrandum¹⁶ tamen fuit a tam gravi auctore dictum, si cujus cura efficacior¹⁷ esset inquirentis. Cornicis carnes esse, et nidum illinire, in longis morbis 6 utilissimum putant. Et in tertianis fiat potestas experiendi, quoniam miserias copia spei delectat, anne aranei, quem lycon vocant, tela cum ipso¹⁸, in splenio resinæ ceraque

16. *Demonstrandum.* Appellandum a nobis id animal fuit, quod tam gravis auctor nominavit, ut detur aliorum diligentiae locus, si forte eorum cura in inquirendo felicius futura est et efficacior. HARD.

17. *Si cujusquam cura efficacior esset ad inquirendum.* Ch. *inquirendas.* Voss. « si cujus cura efficacior esset, inquirendus. » Lege, *inquirentis.* GROSS. — Si, etc. Qua forma Maro, *Æn.* II, 756: « Inde domum, si forte pedem, si forte tulisset, Me refero. » HARD.

18. *Cum ipso specu toto resina,* etc. In antiquo exemplari, « cum ipsa in spleno toto resina, etc. » Forte legendum, *splenio*, non *spleno*. Verba item illa quæ statim ante præcedunt, « quoniam miseria spei delectat, » Pliniana non puto. PINT. — *Tela cum ipso specu toto resina ceraque imposita.* Acsd. « licum vocant delatum ipsos plane toto resinæ ceraque imposita. » Gud. et Menap. « licum vocant de lacu ipsos plene toto resinæ ceraque imposita. » Andegav. « licum vocant delatum ipsos plene toto resinæ ceraque imposita. » Scribe: « Quoniam miserias copia spei delectat, anne aranei, quem lycon vocant, tela cum ipso, in splenio resinæ ceraque, imposita utrisque temporibus et

fronti proit. » Vel, « in splenio cum resina ceraque. » « Cum ipso » nempe araneo. « In splenio (ut lib. XXIX, cap. 6), aranei muscarii tela, et præcipue spelunca ipsa, imposita per frontem ad duo tempora in splenio aliquo, etc. mirabiliter epiphoris mederi dicuntur. » Sic enim ibi Chiffi. et Voss. Andeg. etsi corruptus, tamen egregie firmans verum: « Aranei muscarii tela et præcipue spelunca ipsa imposita per frontem ad duo tempora in speleo aquilo: et præcipue spelunca ipsa imposita per frontem ad duo tempora in speleo aquile ita ut a puero, etc. » Unus per errorem duorum codicum vice fungitur. Menap. quoque « ad duo tempora in speleo aquile. » Martial. II, 29, 9: « numerosa linunt stellantem splenia frontem. » Sic et Pint. sed male pro non Plinianis delet, quæ corrigenda erant. GROSS. — *Tela.* Tela cum araneo, in emplastro cum resina ceraque imposita. Σπληνίων emplastrum esse jam sæpe diximus. Consuli potest et Constant. in Lex. ubi de ea voce verba multa. — *Quoniam.* Hunc locum ita refinximus ex vestigiis codicum Reg. 2 et aliorum. Nam in isto sic legitur: « Quoniam miserias copia spei delectat, anne aranei... tela cum ipso

imposita utrisque temporibus et fronti prosit : aut ipse calamo adalligatus, qualiter et aliis febribus prodesse traditur : item lacerta viridis adalligata viva in eo vase quod capiat. Quo genere et recidivas frequenter¹⁹ abigi affirmant.

- 1 XXXI. Hydropicis œsypum ex vino addita myrrha modice potui datur, nucis avellanæ magnitudine. Aliqui addunt et anserinum adipem ex vino myrteo¹. Sordes ab uberibus ovium eundem effectum habent. Item carnes inveteratæ herinacei sumptæ. Vomitus quoque canum illitus² ventri, aquam trahere promittitur.
- 1 XXXII. (XII.) Ignisacro medetur œsypum cum pompholyge et rosaceo, ricini sanguis, vermes³ terreni ex aceto illiti, gryllus contritus in manibus. Quo genere præstat, ut qui id fecerit, antequam incipiat vitium, toto eo anno careat. Oportet autem eum ferro cum terra cavernæ suæ tolli. Adeps² anseris. Viperæ caput aridum asservatum et combustum, deinde ex aceto impositum. Senectus³ serpentium ex aqua illita a balineo cum bitumine et sevo agnino.
- 1 XXXIII. Carbunculus¹ fimo columbino aboletur per

in spleno resinæ ceræque imposita, etc. In editis hactenus libris mendose : « Quoniam miseria spei deletat, anne aranei. . . tela cum ipso specu toto resina ceraque imposita, etc. » HARD.

19. Et recidivas frequenter, etc. Subintellige febres, quæ quum accessisse creduntur omnino, revertuntur. HARD.

XXXI. 1. Ex vino myrteo. Sic MSS. Reg. 1, 2, Chifflet. etc. In editis, et oleum myrtum. HARD.

2. Vomitus quoque canum illitus ventri. F. « illitos ventri aquam trahere promittitur. » GRON.— Vomitus. Sext. Platon. de cane, cap. 11,

tit. 12 ad hydropicos : « Stercus canis siccum, et in potionem adpersum, hydropicos sanat. Item vomitum canis hydropico super ventrem pone : statim incipiet per secessum aquam emittere. » Sicutiam Plin. Valer. lib. III, cap. 12. H.

XXXII. 1. Vermes. Hæc totidem verbis Plin. Valer. lib. III, c. 34. De vermibus etiam consentit Q. Serenus, cap. XLII, de igni sacro dimovendo, pag. 152 : « Lumbricus terræ mixto inducetur aceto. » H.

2. Adeps. Plin. Val. ad verbum loc. cit. HARD.

3. Senectus. Plin. Val. loc. cit. H. XXXIII. 1. Carbunculus. Q. Se-

se illico, vel cum lini semine ex aceto mulso. Item apibus, quæ in melle sint mortuæ, impositis : polentaque imposita inspersa. In verendis, cæterisque ibi hulceribus, occurrit e melle cœsypum cum plumbi squamis. Item fimum pecudum² incipientibus carbunculis. Tubera et quæcumque molliri³ opus est, efficacissime anserino adipe curantur. Idem præstat et gruam adeps.

XXXIV. Furunculis mederi dicitur araneus, priusquam nominetur impositus, et tertio die solutus. Mus araneus pendens enecatus, sic ut terram ne postea attingat¹, ter circumdatus furunculo, toties exspuentibus medente, et cui is medebitur. Ex gallinaceo fimo², quod est

ren. cap. iv de carbonis medela, p. 151 : « Dulcacidum laticem cum lini semine junges, Atque fimum pariter Paphis compone columbæ: Hinc line diruptas partes, et clausa venena. » Totidem verbis cum Plinio nostro Plinius alter Val. I. III, cap. 30. HARD.

2. *Item fimum pecudum.* Plin. Val. lib. III, cap. 30; Sext. Plat. cap. v de capro et capra, tit. 26 ad carbunculos : « Stercus capræ cum melle commixtum, et superpositum, carbunculos, qui in ventre nascuntur, discutit. » HARD.

3. *Tubera et quæcumque molliri opus sit.* Emolliri in antiquo codice, non molliri : et infra paulo, circumdatus, non circumdatus. PINTIAN. — *Tubera.* Sext. Plat. part. 2, cap. iv de grue, tit. ad duritiam et concretionem locorum : « Gruis adeps cum adipe anserino remissus, locorum (hoc est, matricis seu vulvæ) duritias et concreciones discutit. » HARD.

XXXIV. 1. *Ut terram ne postea attingat.* Alii, non postea. Cicero ad

Div. lib. XIII, c. 54, « operamque des, quod fides tua patietur, ut socrus adolescentis rea ne fiat. » SC. de philosophis et rhetoribus apud Suetonium : *uti Romæ ne essent.* Dein, « totiens exspuentibus medente et cuius medebitur, » non eo cui. Et censeo dictum, ut *agrestium Regnavit populorum.* Alioqui posses : *cui is medebitur.* Andeg. jam defecerat in illis, « Tubera et quæcumque molliri opus sit efficacia; » usque ad cap. seq. « muris cum melle aut cum vermium terrenorum qui et ossa extrahit. » GRON.

2. *Ex gallinaceo fimo.* Q. Seren. cap. xxxix, de furunculo medendo, pag. 150 : « Prætereaque fimum ex gallo quod legeris albo, Imbribus ex acidis, fidens apponedolenti. Auribus aut pecudum molles expromitto sordes, Unguine quo fotis dabitur medicina papillis. » Sext. Plat. part. 2, cap. viii de gallo, tit. 4 ad furunculos : « Galli sterces rufum impositum furunculos rumpit, et dolorem tollit. » Sic pariter Plin. Val. lib. III, c. 32, ad verbum. H

omento pecudum inditum. Item coagulum ex aqua, maxime agninum, subductum² vel infusum, etiamsi alia non prosint. Adeps anserinus³ cum butyro pari pondere pastillis ingestus. Cochlearum⁴ terrena⁵. Sed et ipsæ⁶ extractæ testis. E naribus⁷ fluentem sistunt cochleæ contritæ frontis illitæ : aranei tela⁸ : gallinacei⁹ cerebellum, vel sanguis,

2. *Subductum*. In nares attractum. DAL. — *Subductum*. Ita libri sane omnes. At quid si *subactum et infusum* legas? Legisse profecto sic videntur Marc. Emp. et Plin. Val. Ille cap. x, pag. 85 : « Coagulum agninum ex aqua subactum, et infusum naribus fluentibus mire proddest. » Iste lib. I, cap. 26, ad profluvium narium : « Coagulum anguinum mirifice facit, ex aqua subactum et infusum. » HARD.

3. *Adeps anserinus*. Marc. Emp. cap. x, pag. 85, infundi naribus jubet. Plin. Val. lib. I, cap. 25 : « Ingeri pastillis. » HARD.

4. *Cochlearum*. Terra quæ cochleis adhærescit. Sic idem cap. XI, hujus libri *de mi terrenum* præcipit, quod iis adhæret. Sensum hujus loci Pintianus labefactat, quum *terrena* legi suadet. Nondum enim ex ipsis medicina petitur, sed ex terra tantum iisdem adhærente : mox ex ipsis, quum additur, *sed et ipsa*, etc. HARD.

5. *Terrena*. Leg. *terrena* : nam et aquaticæ sunt. Alii nihil mutant : *terrenumque* exponunt, terram qua oblitur et lutulenta est illarum testa. Vide et supra cap. proximo alium *terreni* significatum in cochleis. DAL.

6. *Sed et ipsæ*, etc. Scrib. Larg. comp. cap. XLVI : « Injicere intus narem aut nares oportebit cochleæ

vivæ carnem per se, aut cum thuris polline tritam. » HARD.

7. *E naribus*. Q. Serenus, cap. xxxv, de profluvio sanguinis : Marc. Empir. et Plin. Valer. locis citatis. HARD.

8. *Aranei tela supposita*. Dele postremum verbum, ex antiquo codice. PINT. — *Aranei*. Marc. Emp. cap. x, pag. 85 : « Aranei tela apposita subvenit narium cruentis fluoribus. » HARD.

9. *Gallinacei cerebellum, vel sanguinis profluvia*. Melior lectio *sanguis* quam *sanguinis*, ut quædam exemplaria præferunt. PINT. — *Gallinacei*, etc. In libris hactenus editis, *vel sanguinis profluvia*. Male : nam et gallinacei sanguinem ad eos usus quoque commendat : quod non auctoritas modo vetustiorum codicum, imprimis Colb. suadet, quem sequuti sumus, sed et orationis series ipsa poscit, quum sequatur, *item columbinus*. Nam quod in libris editis legitur *columbinus sanguis*, ex interpolatorum id officina est : quum vocem eam nulli manu exarati codices ibi exhibeant. De sanguine porro gallinacei id olim existimatum Galenus testatur, de fac. simpl. Med. lib. X, cap. 278, tom. XIII, prodesse nimirum ad sanguinis profluvium e membrana cerebri, εἰς τὰς τῶν μνηγγῶν αἰμορραγίας. HARD.

profluvia ex cerebro : item columbinus¹⁰, ob id servatus concretusque. Si vero ex vulnere¹¹ immodice fluat, fimi caballini cum putaminibus ovorum cremati cinis impositus mire sistit.

XXXIX. Vulneribus¹ medetur œsypum cum hordei cinere et æruginè æquis partibus. Ad carcinomata quoque ac serpentina valet. Erodit et hulcerum margines : carnesque excrescentes ad æqualitatem redigit. Explet quoque, et ad cicatricem perducit. Magna² vis et in cinere pecudum fimi ad carcinomata, addito nitro : aut in cinere³ ex ossibus feminum agnorum, præcipue in his hulceribus, quæ cicatricem non trahunt. Magna⁴ et pulmonibus præcipue arietum : excrescentes carnes in hulceribus ad æqualitatem efficacissime reducunt. Fimo⁵ quoque ipso ovium sub testo calefacto⁶ et subacto tumor vulnerum sedatur : fistulæ⁷ purgantur sananturque : item epinyctides. Summa

10. *Item columbinus sanguis.* Superfluit sanguis ex vetere codice. PIST. — *Item,* etc. Q. Serenus, l. c. « Aut galli cerebro, vel sanguine tinge columbæ : Quod nisi supprimitur, sanguis potandus et ipse est. » Marc. item Emp. cap. x, pag. 85. HARD.

11. *Si vero ex vulnere.* Q. Serenus, cap. XLIV, pag. 153 : « Adversus nimios reserati vulneris amnes, Sive fimus manni cum testis uritur ovi, Et reprimit fluidos miro medicamine cursus. » Adstipulatur etiam Marc. Emp. l. citat. HARD.

XXXIX. 1. *Vulneribus.* In Reg. 2 et Ch. *ulceribus.* Apud Plin. Val. *hyssopum,* mendose : « Sanguini ex vulneribus sistendo, hyssopum, inquit lib. III, cap. 21 (pro œsypum), cum hordei farina sive cinere ejus sparsum prodest. » HARD.

2. *Magna.* Totidem verbis Plin. Val. lib. III, cap. 22. HARD.

3. *Aut in cinere.* Marc. Emp. cap. IV, p. 42, iisdem verbis. H.

4. *Magna.* Ad verbum fere Marc. Emp. et Plin. Val. II. cc. H.

5. *Fimo.* Plin. Val. totidem syllabis lib. III, cap. 22. H.

6. *Sub testa calefacto.* Lege, *sub testo.* Est autem *testum*, vas testaceum, sub quo placenta coquantur. Utitur hac voce Cato quoque cap. LXXVI. GELEN. — *Sub testo.* Sic MSS. Regg. Colb. Ch. non *testa.* *Testum* et *testus* antiquis vas fuit, sub quo panis coqueretur, plerumque æreus, ut Plinius docet lib. XXXII, cap. 26. Cato : « In foco calido sub testu coquito leniter. » Inde pani testaceo nomen. H.

7. *Fistulæ.* Plin. Valer. loco citato. HARD.

cissime. Ossa anguium eundem cum coagulo cujuscumque quadrupedis intra tertium diem approbant effectum. Laudantur et cantharides tritæ cum farina hordei.

- XLIII. (xlv.) In muliebribus malis¹ membranæ a partu ovium proficiunt, sicut in capris retulimus². Fimum quoque pecudum eosdem usus habet. Locustarum suffitu stranguriæ maxime mulierum juvantur. Gallinaceorum testes subinde si a conceptu edat mulier, mares in utero fieri dicuntur. Partus conceptos hystricum cinis potus continet : maturat³ caninum lac potum, evocat membrana e canum secundis, si terram non attigerit. Lumbos parturientium potus lactis, fimum⁴ murinum aqua pluvia dilutum, mammas mulierum a partu tumentes⁵ reficit. Cinis herinaceorum cum oleo perunctarum custodit partus contra abortus. Facilius enituntur, quæ fimum anserinum cum aquæ cyathis duobus sorbuere : aut ex utriculo mustelino⁶ per genitale effluentes aquas. Vermes terreni⁷ illiti, ne cervicis⁸ scapularumque nervi doleant, præstant. Graves

XLIII. 1. *In muliebribus malis.* Uteri dolore, strangulatu, distorsione, et quum secundæ morantur.

2. *Sicut in capris retulimus.* Lib. XXVIII, cap. 77 : « Membrana caprarum, in qua partus editur, inveterata, potuque sumpta in vino, secundas pellit. » HARD.

3. *Maturat.* Partum accelerat, qua vi et mortuos in utero fetus expellit, ut auctor est Sext. Plat. cap. ix de cane, tit. 8. Abdarrahmanus Ægyptius, c. xxvi, p. 102 : « Lac caninum æqualibus vini et mellis temperatum partibus, propinabitur mulieri laboranti difficultate partus; statim emittet infantem, vivus sit, vel mortuus. » H.

4. *Fimum.* Q. Serenus, cap. xxi, pag. 138 : « Post partum tumidas

injuste assurgere mammas Interdum aspicias : harum mala commemoratur Murinus fimus ex pluvio sedare liquore. » HARD.

5. *Tumentes.* Ita Reg. 2. Hoc est, corrigit. HARD. — *Reficit.* Deplet, exhaurit, levat. DALC.

6. *Utriculo mustelino.* Vesica. DAL.

7. *Vermes terreni illiti in cervicis et scapulas ne nervi doleant præstant.* Scribe : « Vermes terreni illiti ne cervicis scapularumque nervi doleant præstant, » ex vetusto codice. ΡΙΝΤ.— *Vermes terreni illiti.* ἰούλους vocat Numenius apud Athenæum lib. Z : Καὶ δὲ σύγῃ μνήσασιο δειλείατος ἔστι παρ' ἄκρα Δῆεις αἰγιαλοῖο γεώλορα· σοὶ μὲν ἰούλοι Κέκλινται, μέλανες, γατηγάγοι, ἔντερα γαίης. DAL.

8. *Ne cervicis.* Ita Reg. 2, non,

secundas pellunt⁹ in passo poti. Iidem¹⁰ per se impositi, mammarum suppuraciones concoquunt et aperiunt, extrahuntque, et ad cicatricem perducunt. Lac devocant¹¹ poti cum mulso. Inveniuntur et vermiculi, qui adalligati collo, continent partum. Detrahuntur autem sub partu: alias³ eniti non patiuntur. Cavendum etiam ne in terra ponantur. Conceptus quoque causa dantur in potu quini aut septeni. Cochleæ¹² in cibo sumptæ accelerant partum: item conceptum impositæ cum croco. Eædem ex amylo et tragacantha illitæ profluvia sistunt. Prosunt et purgationibus sumptæ in cibo, et vulvam aversam corrigunt¹³ cum medulla cervina, ita ut uni cochleæ denarii pondus addatur et cyperi: inflationes quoque vulvarum discutiunt exemptæ testis, tritæque cum rosaceo. Ad hæc Astypalæicæ maxime eliguntur. Alio modo Africanæ binæ tritæ cum fœni Græci quod tribus digitis capiatur, addito melle cochlearibus quatuor, illinuntur alvo¹⁴, prius irino succo perunctæ. Sunt et minutæ longæque¹⁵, candidæ cochleæ, passim oberrantes: eæ arefactæ sole in tegulis, tusæque in farina,

ut editi, * in cervices et scapulas, ne nervi, etc. » HARD. — *In cervices et scapulas.* Voss. « Vermes terreni inliti, ne cervices scapulumque nervi doleant, præstant. » Lege: « scapularumque, » ut voluit Pintianus. Andegav. « in cervices scapularumque ne nervi. »

9. *Gravidis secundas pellunt.* *Graves*, non *Gravidis*, in veteri codice. PINT. — *Gravidis secundas pellunt.* Non gravidis quidem, sed puerperis et fœtis. DAL. — *Graves.* Molestas. Ita Reg. 2. In editis puerperam, ac ridicule, « Gravidis secundas. » HARD.

10. *Iidem per se impositi.* Seren. l. c. de mammis sanandis: « Sin autem

clausas penitus dolor angit acerbus, Lumbricis terræ turgentes unge corymbos. » HARD.

11. *Devocant.* *Devocant* Plin. verit, quod Græci κατασπῶσι. DAL.

12. *Cochleæ.* Q. Seren. cap. de conceptione et partu: « Et cochleæ manduntur edules. » HARD.

13. *Et vulvam aversam corrigunt.* *Conversam*, quod fit strangulatione uteri. HARD.

14. *Illinuntur alvo.* Ad inflationes dissipandas. DALC.

15. *Sunt et minutæ longæque.* Minutas albulas vocat Varro, lib. III, cap. 14, easque afferri e Reatino ait, ut maximas ex Illyrico. DALC.

miscentur lomento æquis partibus, candoremque et lævorem corpori afferunt. Scabendi¹⁶ desideria tollunt minutæ et latæ cum polenta. Viperam mulier prægnans si transcenderit, abortum faciet: item amphibænam¹⁷, mortuam dumtaxat. Nam vivam habentes in pyxide, impune transeunt, etiam si mortua sit: atque asservata, partus faciles præstat vel mortua. Mirum, si non asservatam transcenderit gravida, innoxiam fieri, si protinus transcendat asservatam. Anguis inveterati suffitus menstrua adjuvant.

XLIV. Anguium senectus adalligata lumbis, faciliores partus facit, protinus¹ a puerperio removenda. Dant et in vino bibendam cum thure: aliter sumpta, abortum facit. Baculum², quo angui rana excussa sit³, parturientes adjuvat: troxalidum cinis illitus cum melle, purgationes. Item araneus, qui filum deducit ex alto, capi debet manu cava, tritusque admoveri: quod si redeuntem prehenderit⁴, inhibebit idem purgationes. Lapis⁵ aetites in aquilæ repertus nido, custodit partus contra omnes abortuum

16. *Scabendi*. Cap. sup. «Pruritus sedant cochleæ minutæ, latæ, contritæ, illitæ.» HARD.

17. *Item amphibænam*. Et hoc pariter refert Galen. de Theriaca ad Pison. cap. ix, pag. 943. H.

XLIV. 1. *Protinus*. Ne vulvas simul attrahant. HARD.

2. *Baculum quo angui rana excussa sit*. Voss. *Baculum*. Sic lib. XXXII, cap. 10: «Pulmone marino si confricetur lignum, ardere videtur adeo ut baculum præluceat.» Sic Gelen. et adfirmant tres Vossiani. Cicero de Finib. lib. II: «Bacillum aliud est inflexum et incurvatum de industria, aliud ita natum.» *Idem* Ovidio suo plus semel restituit vir

studiis incertum major an meritis in rempublicam utrisque certe ingens, nec Ovidii magis quam omnium antiquitatis litterarum optimus vindex, interpres, æmulator ipse, in aliis fautor, suffragator, testis benevolentissimus, Nicolaus Heinsius. GROXOV. — *Baculum*. Ita MSS. non *baculus*, ut editi. H.

3. *Quo angui rana excussa sit*. Quo angui erepta sit rana. HARD.

4. *Quod si redeuntem prehenderit*. Quod si remeantem in sublime araneum manus apprehenderit. H.

5. *Lapis aetites*, etc. Sext. Platon. part. 2, c. 1, de aquila, tit. 2. Vide inferius lib. XXXVI, cap. 39. HARD.

insidias. Penna⁶ vulturina subjecta pedibus adjuvat parturientes. Ovum corvi gravidis cavendum constat, quoniam transgressis abortum per os faciat⁷. Fimum⁸ accipitris in mulso potum, videtur fecundas facere. Vulvarum⁹ duritias et collectiones adeps anserinus aut cygni emollit.

XLV. Mammæ¹ a partu custodit adeps anseris² cum rosaceo et araneo³. Phryges et Lycaones mammis puerperio vexatis invenere otidum adipem utilem esse : his quæ vulva strangulentur et blattas illinunt. Ovorum perdicis putaminum cinis cadmiæ mixtus, et ceræ, stantes mammæ servat⁴. Putant et ter circumductas ovo perdicis non inclinari⁵ : et si sorbeantur eadem, fecunditatem fa-

6. *Penna vulturina subjecta pedibus adj. part.* Hæc totidem verbis Sext. Plat. part. 2, c. 2 de vulture, tit. 7. HARD.

7. *Transgressus abortus asperos faciat.* Vossian. et fere cod. Pintian. « Ovum corvi cavendum gravidis constat, quoniam transgressis abortum per os facit. » Præclare. *Transgressis* et Chifflet. *Facit.* Gud. et Acad. et Vossiani duo. GROS. — *Transgressis abortum per os faciat.* Sic totidem plane apiculis Reg. 1 et 2 cod. In editis hactenus libris perverse : « Transgressus abortus asperos faciat. » Plinius ipse, l. X, cap. 15 de corvis : « Ore eos parere aut coire vulgus arbitratur : ideoque gravidas, si ederint corvinum ovum, per os partum reddere ; atque in totum, difficulter parere, si tecto inferantur. » HARD.

8. *Fimum.* Hippocrates de Morb. mulieb. lib. I, text. 125, p. 516 : Ἰρῆκος δὲ ἀφοδὸν τρίβειν ἐν οἴνῳ γλυκαῖ καὶ πίνειν νῆστιν, καὶ τηνικαῦτα συνουναζέσθω τῷ ἀνδρὶ. « Accipitris stercus in vino dulci terat, et jejuna

hibat, et tunc viro condormiat. » HARD.

9. *Vulvarum.* Sext. Plat. part. 2, c. xi de anseris, tit. 2 ad duritiam locorum : « Adeps anseris illitus duritias et concreciones locorum discutit. » HARD.

XLV. 1. *Mammæ a partu custodit*, etc. Ita fere Q. Seren. cap. XXI, pag. 138 : « Si castigatas studium est servare papillas, Anseris aut sebum pariter cum lacte tepenti, Aut ovum illinito tulerit quod garrula perdix. » HARD.

2. *Custodit adeps anseris.* Ne immodice turgeant. DALÉC.

3. *Cum rosaceo et araneo.* Ita MSS. Rectius putarim tamen, et *irino.* HARD.

4. *Stantes mammæ servat.* Ne flaccescant et corrugentur. DALÉC. — *Stantes.* Servat mammæ in statu suo, ne tumeant. Lib. XXVII, cap. 77 : « Virgini novem fimi grana propinquant, ut stent perpetuo mammæ. » HARD.

5. *Inclinari.* Molles et vietas demitti. DALÉC.

cere : lactis quoque copiam. Cum anserino adipe perunctis mammis, dolores minuere, molas uteri rumpere, scabiem vulvarum sedare, si cum cimice trito illinantur.

1. XLVI. Vespertilionum¹ sanguis psilothri vim habet : sed malis puerorum illitus² non satis proficit, nisi³ ærugo, vel cicuta semen postea inducatur; sic enim aut in totum tolluntur pili, aut non excedunt lanuginem. Idem et cerebro eorum profici putant. Est autem duplex⁴, rubens utique et candidum. Aliqui sanguinem et jecur ejusdem admiscunt. Quidam in tribus heminis⁵ olei discoquunt viperam⁶, exemptis ossibus psilothri vice utuntur, evulsis prius pilis quos renasci nolunt. Fel herinacei⁷ psilothrum est, utique mixto cerebro vespertilionis et lacte caprino. Item per se cinis⁸. Lacte canis primi partus⁹, evulsis pilis quos renasci nolunt, vel nondum natis, perunctis partibus, alii non surgunt. Idem evenire traditur sanguine ricini evulsi canis : item hirundinino sanguine vel felle. (xv.) Ovis formicarum supercilia denigrari cum muscis tritis tradunt.

XLVI. 1. *Vespertilionum*. Q. Serenus, c. xxxvi, p. 149 : « Namque oculos infesta pilorum tela lacesunt : Ergo locum crinis vulsi continge cruore, Quem dat avis tremulis simulat quæ pellibus alas. » Sic etiam Plin. Val. lib. III, c. 52. H.
2. *Sed malis puerorum illitus*. Quos imberbes esse volumus. DALEC. — *Sed malis*, etc. Vide præcedentem notam. HARD.

3. *Nisi ærugo*. Sic MSS. Reg. 1, 2, aliique : non, ut editi, *nisi eruca*. HARD.

4. *Est autem duplex*. Duplex est cerebrum, rubens anterioribus ventriculis, candidum cerebello posteriore. DALEC.

5. *Quidam in tribus heminis*. Hæc

totidem verbis Plin. Val. lib. III, cap. 52. HARD.

6. *Discoquunt viperam*. Diu et et exacte coquunt, quoad coctura intabescat. DALEC.

7. *Fel herinacei*. Plin. Val. loc. cit. et Galen. Εὐνοπ. l. II, c. 25. H.

8. *Item per se cinis*. Herinacei scilicet combusti ac triti in pulverem. HARD.

9. *Lacte canis primi partus*. Ita MSS. Reg. 1, 2, aliique. In libris ad hunc diem editis connectuntur ista cum superioribus, additaque vocula legitur, « item per se cinis cum lacte canis. » Si *per se*, hoc est, solum prodest, quam ob rem, amabo, lac etiamnum canis adsciscitur? HARD.

Si vero oculi nigri¹⁰ nascentium placeant, soricem prægnanti edendum. Capilli ne canescant¹¹, vermium terrenorum cinere præstari admixto oleo.

XLVII. Infantibus, qui lacte concreto vexantur¹, præsidio est agninum coagulum ex aqua potum. Aut si coagulatio lactis² acciderit, discutitur coagulo ex aceto dato. Ad dentitiones, cerebrum pecoris utilissimum est. Ossibus in canino fimo inventis, adustio infantium³, quæ vocatur siriasis⁴, adalligatis emendatur: ramices infantium lacertæ viridis admotæ dormientibus morsu. Postea arundini alli-

10. *Si vero oculi nigri.* Q. Seren. cap. v, pag. 128: « Si prægnans artus captivi soricis edit, Dicuntur fetus nigrantia lumina fingi. » H.

11. *Capilli ne canescant,* etc. Q. Serenus, cap. v, de capillo tingendo, pag. 127: « Lumbrici quoque terrestres miscentur olivo, Et juvenem præstant redivivo flore capillum. » Ubi nota differentiam auctorum, dum hi putant senectutem remedio vetari, hi autem sanari. A. J.

XLVII. 1. *Qui lacte concreto vexantur.* Qui lacte quod e mammis nutricum sugunt concreto in grammos utuntur. HARD.

2. *Coagulatio lactis.* Coagulatio lactis « in stomacho, ob ejus frigiditatem. » HARD.

3. *Adustio infantium.* Ardor, τὸ καύμα. Supra lib. XXII, cap. 21, distillationem exponit lib. XX, cap. 3, *ardorem*, ut hic, vocat. DALC.

4. *Siriasis.* Formatur hæc vox ἀπὸ τοῦ σείριου, qui nunc solem significat: Lycophron in Cassandra, Ἐκθερασμαίων νέκυν ἀκτίς σείριου καταναεῖ: nunc stellam ardentissimam in sideris ἀσπρόκυνο; lingua,

quasi ζείριος παρὰ τὴν ζείν; vel παρὰ τὸ σείρουν, quoniam humorem nostri corporis vacuat, et inanit; vel quoniam αἴτιος τοῦ σισαρέναι. tum enim canes aperto rictu hiant; vel ἀπὸ τοῦ σείριον, quod lacet et siccat; vel ἀπὸ τοῦ σείσθαι, quod scintillat et tremulo motu vibratur; vel ἀπὸ τοῦ σείρειν, quod immodico æstu cuncta rapiat atque desiccat. Virgil. Georg. IV, 426: « Jam rapidus torrens sitientes Sirius Indos Ardebat. » Euripid. in Hecuba, ὁ σείριος ἔνθα πυρὸς φλογίας ἀφίησιν ἀδράς. Status: « Im placido lethalis Sirius igni. » Ibycus Rheginus quævis astra σείρια nuncupavit, vel quasi τείρια et navigantibus signa, vel quod universitatis res τείρουσι, id est, ἀμαύζουσι. Quidam apud Plaut. in Trin. II, 4, 141, Solstitialem morbum σείριασιν esse putant: « Tum autem Syrorum, genus quod patientissimum 'st Hominum, nemo exstat qui ibi sex menses vixerit, Ita cuncti solstitiali morbo decidunt. » DAL.—Verisimilioretymologia quæ Σείριον commune olim astrorum nomen ἀπὸ τοῦ σείρειν deducit, solita litterarum σ et θ permutatione. ED.

2 gata suspenditur⁵ in fumo : traduntque pariter cum ea expirante sanari infantem. Cochlearum saliva illita infantium oculis, palpebras corrigit⁶, gignitque. Ramicosis cochlearum cinis cum thure ex uvis albo succo⁷ illitus per dies triginta medetur. Inveniuntur in corniculis cochlearum⁸ arenaceæ duritiæ : eæ dentitionem facilem præstant adalligatæ. Cochlearum inanium cinis admixtus ceræ, procidentium interaneorum partes extremas⁹ prohibet. Oportet autem cineri misceri saniem punctis emissam e cerebro viperæ. Cerebrum viperæ illigatum pelliculæ dentitiones adjuvat¹⁰. Idem valent et grandissimi dentes serpentium¹¹. Fimum corvi lana adalligatum¹² infantium tussi
3 medetur. Vix est serio complecti quædam¹³ : non omit- tenda tamen, quia sunt prodita. Ramici infantium lacerta mederi jubent. Marem hanc prehendi. Id intelligi et quod sub cauda unam cavernam habeat. Id agendum, ut per

5. *Postea arundini alligata suspenditur in fumo*, etc. Non *adalligata* : nam *adalligata* vocare solet, quæ Græci περίπτα, superstitione fere ac magica remedia, quæ suspensa collo aut brachio alligata gestantur. GELRN.

6. *Palpebras corrigit*. Palpebrarum pilos in ciliis reflexos, ac oculum pungentes, DAL.

7. *Cum thure ex ovi albi succo*. « Cum thure et ex uvis albis succo, » in antiquo codice. PINT. — *Ex uvis albo succo illitus*. Sic MSS. omnes editi, *ex ovi albi succo*, quod est ineptum. HARD.

8. *Inveniuntur in corniculis cochlearum*. Vide supra cap. 3 proximum. DALEC. — *Inveniuntur in corniculis cochlearum*. Conf. supra cap. 8 : « Arenulæ, quæ inveniuntur in cornibus cochlearum, cavis dentium

inditæ, statim liberant dolore. » Vide quæ ibi diximus. HARD.

9. *Partes extremas prohibet*. Extremam partem, anum, sedem, sphincterem. DALEC.

10. *Dentitiones adjuvat*. Dentitio, dentium emissio est, quum primum erumpunt. HARD.

11. *Ad idem valent et grandissimi dentes serpentium*. In apographo nostro : « Idem valent et grano dentes serpentium. » PINT.

12. *Fimum corvi lana adalligatum*. Fimum Habdarrhamanus Ægyptius, interprete Echhellensi, cap. XII, p. 79 : « Stercus corvi majoris appensum laboranti tussi, illam amovebit. » HARD.

13. *Vix est serio complecti quædam*. Vix licet absque risu ac serio animo, commemorare quædam. HARD.

aurum, et argentum, aut ostrum mordeat vitium. Tum in calyce novo illigatur, et in fumo ponitur. Urina infantium cohibetur muribus elixis in cibo datis. Scarabæorum¹⁴ cornua grandia denticulata, adalligata his, amuleti naturam obtinent. Bovæ capiti lapillum inesse tradunt. 4 quem ab eo exspui¹⁵, si necem timeat, inopinantis præciso capite exemptum, adalligatumque, mire prodesse dentitioni. Item cerebrum ejusdem ad eundem usum adalligari jubent : et limacis lapillum¹⁶ sive ossiculum, quod invenitur in dorso. Magnifice juvat et ovīs cerebrum¹⁷ gingivis illitum : sicut aures adeps anserinus¹⁸ cum ocymi succo impositus. Sunt vermiculi in spinosis herbis¹⁹ asperi, lanuginosi : hos adalligatos protinus mederi tradunt infantibus, si quid ex²⁰ cibo hæreat²¹.

XLVIII. Somnos⁷ allicit cœsyphum cum myrrhæ momento in vini cyathis duobus dilutum, vel cum adipe anserino et vino myrtite : avis cuculus leporina pelle ad-

14. *Scarabæorum*. Lucanorum videlicet, de quibus lib. XI, cap. 34. HARD.

15. *Bovis capiti lapillum inesse tradunt, quem ab eo exspui*, etc. In vetusto exemplari, non *bovis* habetur, sed *bove*. Lego *boæ*, et ab ea exspui, non ab eo, idem præfert exemplar. PINT. — *Bovæ*. Vel *boæ*, ut diximus lib. XXIX, cap. 38. In R. 1 et 2, *bove*. In editis mendose, *bovis*. Neque de medicamentis hoc libro fere agitur, quæ repeti ex quadrupedibus fas est, sed ex avibus tantum et insectis ; de aliis obiter, ac veluti aliud agendo. H.

16. *Limacis lapillum*. Quæ nuda serpit. DALEC.

17. *Cerebrum*. Elixum. DALEC.

18. *Sicut aures adeps anserinus*. De infantium morbis nunc tota dis-

putatio est : quamobrem id explicans Marc. Emp. cap. IX, pag. 81 : « Anserina adeps, inquit, adjecto ocymi succo tepefacta, instillataque, dolores auricularum infantium juvat. » HARD.

19. *In spinosis herbis*. Ut dipsaco. DALEC.

20. *Si quid ex cibo hæreat*. Ita libri omnes, etiam MSS. Hoc est, si spina aliqua, faucibus, vel os adhærescat. Reponi hoc loco *exeat*, contra veterum exemplarium fidem, non probo. HARD.

21. *Hæreat*. Lege *exeat*, ut quum dormientes aut vigiles lac evomunt. Vocant id nutrices *cailloter*. DAL.

XLVIII. 1. *Somnos*. Q. Serenus, cap. LVI, p. 160 : « Dilue præterea glomeramina, quæ gerit intus Claustra aries inter geminæ coxendicis

alligatus : ardeolæ² rostrum in pelle asinina fronti adalligatum. Putant et per se rostrum ejusdem effectus esse vino collutum. E diverso³ somnum arcet vespertilionis caput aridum adalligatum.

- XLIX. In urina virili lacerta necata, Venerem¹ ejus qui fecerit, inhibet; nam inter amatoria esse Magi dicunt. Inhibet et fimum cochleæ et columbinum cum oleo et vino potum. Pulmonis vulturini dextræ partes Venerem concitant viris adalligatæ gruis pelle. Item si lutea ex ovis quinque columbarum, admixto adipis suilli denarij pondere, ex melle sorbeantur. Passeres² in cibo vel ova eorum. Gallinacei³ dexter testis arietina pelle adalligatus. Ibiuzm cineres cum adipe anseris et irino percunctis, si conceptus sit, partus continere : contra inhiberi Venerem pugnatoris galli testiculis anserino adipe illitis adalligatisque pelle arietina tradunt. Item cujuscumque galli gallinacei⁴, si cum sanguine gallinacei lecto subjiciantur. Cogunt concipere invitas setæ ex cauda mulæ, si junctis evellantur,

umbras : Inde soporati ducentur gutture potus. » HARD.

2. *Ardeola*. Auctor Kiranidum, pag. 122 de ardeola : hujus ῥάμπος, hoc est, « rostrum cum cancri felle in corio asinino si suspenderit ad collum vigilantis, dormitabit. » H.

3. *E diverso*. Habdarrhamanus Ægyptius, interprete Ecchellensi, cap. xxxiv, pag. 117 : « Vespertilionem si pones in pulvinari, nequaquam somnum capere poterit qui super illud declinat caput, quamdiu inibi erit vespertilio. » Oculis upupæ vim plane similem idem adscribit, cap. xxxv, pag. 119, si appendantur e lectulo. HARD.

XLIX. 1. *Venerem*. Hoc est, qui

aquam fecerit. In editis, audaciore manu, ejus qui biberit. HARD.

2. *Passeres*. Marc. Emp. iisdem verbis, cap. xxxiii, pag. 227. R. Moses citatus a Joh. Bapt. Porta. Phys. lib. VI, cap. 5, et Terpsicles laudatus a nobis superius, lib. X, c. 152. Denique Habdarrhamanus, cap. xv, pag. 86. HARD.

3. *Gallinacei*. Sext. Plat. part. 2, cap. viii de gallo, tit. 3 ad concubitus excitandum, et inhibendum : « Galli testiculi cum adipe anserino in arietis pelle brachio suspensi, concubitus excitant. Suppositi lecto cum ipsius sanguine, efficiunt ne concumbant qui jacent. » H.

4. *Item cujuscumque galli gallinacei*. Sext. Plat. loc. cit. HARD.

inter se colligatæ in coitu⁵. Qui in urinam canis suam ingesserit, dicitur ad Venerem pignior fieri. Mirum⁶ et de stellionis cinere (si verum est) linamento involutum in sinistra manu Venerem stimulare: si transferatur in dextram, inhibere. Item vesperilionis sanguinem collectum flocco, suppositumque capiti mulierum, libidinem movere; aut anseris linguam in cibo vel potione sumptam.

L. Phthiriasin a toto corpore pota membrana senectutis anguium triduo necat: ac serum¹ exempto caseo potum cum exiguo sale. Caseos, si cerebrum mustelæ coagulo addatur, negant corrumpi vetustate, aut a muribus attingi. Ejusdem mustelæ cinis si detur in offa gallinaceis pullis et columbinis, tutos esse a mustelis. Jumentorum urinae tormina vesperilione adalligato finiuntur: verminatio² ter circumlato verendis palumbo: mirum dictu, palumbus emissus moritur, jumentum liberatur confestim.

LI. Ebriosis¹ ova noctuæ per triduum data in vino, tædium ejus adducunt. Ebrietatem² arcet pecudum assus pulmo præsumptus. Hirundinis rostri cinis cum myrrha tritus, et in vino quod bibetur inspersus, securos præstabit a temulentia. Invenit hoc Horus Assyriorum rex.

LII. Præter hæc sunt notabilia animalium ad hoc vo-

5. *Colligatæ in coitu*. Admotæ coxæ, lambis. DALSC.

6. *Mirum et de stellionis cinere... linamento*. Marc. Emp. cap. XXXIII, pag. 227: "Stellionis cinis, inquit, in linteo obvolutus, sinistra manu portatus, Venerem stimulat: translatus, inhibet." HARD.

L. 1. *Ac serum*. Marc. Emp. c. IV, p. 42: "Serum, id est, aquam lactis, que remanet facta caseo, si quis adjecto aceto in potione aliquoties sumpserit, ita liberatur a pedunculis, ut penitus exstirpen-

tur, nec postea in eo renascatur." HARD.

2. *Verminatio*. Intestinorum dolores; supra lib. XXVIII, c. 11 ult. DALSC. — *Verminatio*. Vermes in interaneis gigni desinunt, etc. Egimus de hac voce lib. XXVIII, cap. 49. HARD.

LI. 1. *Ebriosis*. Noctus ova comesta facere ebriosos scribit Philostratus de vita Apollonii, lib. III, cap. 12, pag. 147. HARD.

2. *Ebrietatem*. Dictum id jam antea lib. XXVIII, cap. 80 ext. H.

lumen pertinentium. Gromphenam avem in Sardinia nar-
rant grui similem, ignotam jam etiam Sardis, ut existimo.
In eadem provincia est ophion¹, cervis tantum pilo similis,
nec alibi nascens. Idem auctores nominavere subjugum²,
quod nec quale esset animal, nec ubi nasceretur, tradi-
derunt. Fuisse quidem non dubito³, quum et medicinæ ex
eo sint demonstratæ. M. Cicero⁴ tradit animalia biuros vo-
cari, qui vites in Campania erodant⁵.

LIII. (xvi.) Reliqua mirabilia ex his¹, quæ diximus. Non
latrari a cane membranam ex secundis canis habentem, aut
leporis fimum vel pilos tenentem. In culicum genere mu-
liones² non amplius, quam uno die, vivere; eosque qui
arborarii³ pici rostrum habeant, et mella eximant, ab
apibus non attingi. Porcos sequi eum, a quo cerebrum
corvi acceperint in offa. Pulverem, in quo se mula volu-
taverit, corpori inspersum mitigare ardores amoris. So-

LII. 1. *Ophion*. Musamona vo-
cant lib. VIII, c. 49. Ejus quoque
mentio fit sub finem lib. XXVIII,
cap. 42. DALÆC.

2. *Subjugum*. Ita Reg. 2 et alii :
et mox *biuros*, quasi *diuros*, hoc
est, *bicaudes* : non ut in libris hac-
tenus editis, *sirulugum*, et *bytuos*.
Quum vites erodi a biuris, Cicero
dicat, id vermis genus esse arbitror,
quod Græci *ἴα* vocant. Hesychius :
ἴξ, θηρίδιόν τι ἀμπέλους ἰαθίων. H.

3. *Fuisse quidem non dubito*, etc.
Quis hic, vel invitus, non recor-
dabitur viri, qui forte fabula mera
et nomen, Astrati, de quo ea solum
mentio injecta : *Astratus fuit*. Ut
ad Plinium revolvamur, liquet vel
de his animantibus sermonem esse
qui numquam fuerant, vel qui
nominibus variis, non varii revera,
distinguebantur. Quæ nomina forte

ætas abolevit, credentibus non
paucis deletas has animantium
gentes : quod nulli intra historiæ
tempora accidisse in comperto
est. AÆ.

4. *M. Cicero*. In libris quos in-
scripsit de Rebus admirandis, qui
interierunt. HARD.

5. *Bytuos vocari qui vites in Cam-
pania erodant*. *Biuros*, in vetusto co-
dice, quasi *bicaudes* dixeris, non
bytuos, et paulo ante *subjugum*, non
sirulugum. PINT.

LIII. 1. *Ex his*. Ex iis anima-
lium generibus, quorum hactenus
medicinas attigimus. HARD.

2. *Muliones*. Qui mulis infesti
sunt. DAL. — Vide quæ de his
diximus lib. XI, cap. 19. HARD.

3. *Eosque qui arborarii*, etc. Pici
Martii, qui arbores excavat, ut di-
ctum est lib. X, cap. 20. HARD.

rices fugari⁴, si unus castratus emittatur. Anguina⁵ pelle, et sale, et farre cum serpyllo contritis una⁶, dejectisque cum vino in fauces boum, uva maturescente, toto anno eos valere: vel si hirundinum pulli tribus offis dentur. Pulvere e vestigio anguium collecto, sparsas apes in alvos⁷ reverti⁷. Arietis⁸ dextro teste præligato oves tantum gigni. Non lassari in ullo labore, qui nervos ex alis et cruribus gruis habeant. Mulas non calcitrare, quum vinum biberint. Ungulas tantum mularum repertas⁹, neque aliam ullam materiam, quæ non perroderetur a veneno Stygis aquæ, quum id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret,

4. *Sorices fugari*. Simile istud Habdarrhamani commentum, cap. XLIV: « Si murem ligabis in domo, omnes reliqui mures ab illa fugient, nec revertentur, quamdiu mus ille ibi ligatus erit. » HARD.

5. *Anguina pelle*. Columella de R. R. lib. VI, c. 4 de vitis boum, et medicinis. HARD.

6. *Contritis uno die dejectisque*. *Contritis una dejectisque*, in antiquo codice. PINT.

7. *Sparsas apes in alvearia reverti*. *Alvos*, non *alvearia*, in cod. et paulo post *lassari*, non *lassescere*. PINT.

8. *Arietis*. Dictum id jam antea lib. VIII, cap. 72. HARD.

9. *Ungulas tantum mularum repertas*. Plutarchus περί πρώτου ψυχροῦ de asini ungula intellexit. Idem in Alexandro ὄνου χηλὴν habet: ut et Joannes Monachus in Historiis. Vide lib. I, cap. 103, et cap. 2 libri sequentis. Trogus vero equi, ut et Pausanias in Arcadicis: Curtius jumentis: Ælianus Scythicorum cornibus. Vox ὄνος similis vocabulo ἡμίονος, fortassis Plinium decepit, ut pro asino, mulorum mularumve

diceret. Rhodig. lib. XXV, c. 16. DALEC. — *Ungulas*, etc. Vitruvium igitur Rhodiginus non legerat, qui lib. VIII, cap. 3, pag. 163: « Est in Arcadia Nonacris nominata terræ regio, quæ habet in montibus e saxo stillantes frigidissimos humores. Hæc autem aqua Στυγὸς ὕδωρ nominatur: quam neque argenteum, neque æneum, neque ferreum vas potest sustinere: sed dissilit et dissipatur. Conservare autem eam et continere nihil aliud potest, nisi mulina ungula. » Cæterum quæ variationes in enarrando vasculo exstiterint (nam equæ, mulæ, vel asini Scythici ungulam, ut e præced. vides), ne tam mirere quam si de hoc unanimis esset consensus. Ungulam omnes clamant cornipedis, omnes jumentis. Non forte tam absurde suspicabere quædam revera innotuisse nonnullis (sed iis quam paucis!) acida vehementissima, ut id quod Neotericis dicitur fluoricum, seu phthoricum (cujus hæc vis est, ut et plumbea et argentea exurat, viam facturum, ni transfuderis identidem),

362 C. PLINII NAT. HIST. LIBER XXX.

memoria dignum est, magna Aristotelis¹⁰ infamia exco-
gitatum. Nunc ad aquatilia revertemur.

sed hæc alto silentio, alta caligine
pressa, donec usum res videretur
exposcere. Certe ex his potuit
sive in jumenti ungula, sive in
annuli cava pala optime servari
satis, ut mortem vel dares slicni,
aut mitteres, vel ipse ebiberes.
Quod vero aquam Stygiam vel No-
nacriam dicerent, responsio fuit
nolentium sua vulgari arcana, aut
aliquando hæc venena arte huma-
na posse misceri. Δλ.

10. *Magna Aristotelis infamia.*
Quem aiunt pecunia corruptum ab
Antipatro, id consilii dedisse, tanti
sceleris participem ac conscium.
ΔΑΛΕC. — Vide Plutarch. loc. cit.
et Curtium, lib. X, 10, § 16. Sed
rumore id falso jactatum, ac vino
potius atque ebrietate periisse Alex-
andrum, constantior hominum opi-
nio fuit. H. — Cf. ad hæc omnia
SAINTE-CROIX, *Examen des Histoires*
d'Alexandre. Δλ.

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIÆ
LIBER XXXI.

I. (1.) **A**QUATILIUM sequuntur in medicina beneficia, opifice natura ne in illis quidem cœssante, et per undas fluctusque ac reciprocos æstus, anniumque rapidos cursus improbas exercente¹ vires: nusquam potentia majore, si verum fateri volumus; quippe hoc elementum cæteris omnibus imperat. Terras devorant aquæ, flammæ necant, scandunt in sublime, et cælum quoque sibi vindicant, ac nubium obtentu vitalem spiritum strangulant²: quæ causa fulmina elidit, ipso secum discordante mundo. Quid esse mirabilius potest aquis in cælo stantibus? At illæ ceu parum sit in tantam pervenire altitudinem, rapiunt eo secum piscium examina, sæpe etiam lapides³; subeuntque⁴, portantes aliena pondera. Eædem cadentes omnium terra nascentium causa fiunt, prorsus mirabili natura, si quis velit reputare ut fruges gignantur, arbores fruticesque vivant, in cælum migrare aquas, animamque etiam herbis vitalem inde deferre: justa confessione, omnes terræ quoque vires

1. *Improbas exerente vires. Exercente, non exerente, exemplar nostrum. PINT.*

2. *Vitalem spiritum strangulant. Aerem. Ipse superius lib. II, c. 43, varias tonitruum causas afferens: posse ait et repulsu siderum depressum, qui a terra meaverit, spiritum nube cohibitum tonare, natura strangulante sonitum dum rixetur,*

edito fragore, quum erumpat. H.

3. *Sæpe etiam lapides subvehunt portantes aliena pondera. Tria prima verba ad superiora pertinent. Tum sequitur, « Subeuntque portantes aliena pondera, » ex eodem exemplari. PINT.*

4. *Subeuntque. Adscendant in sublime, Plin. lib. II, cap. 63, aquæ subeunt in imbres, etc. HARD.*

aquarum esse beneficii. Quapropter ante omnia ipsarum potentiae exempla ponemus. Cunctas enim quis mortalium enumerare queat?

II. (II.) Emicant benigne passimque¹ in plurimis terris, alibi frigidæ², alibi calidæ, alibi junctæ, sicut in³ Tarbellis

II. 1. *Emicant benigne p. in pl. terris.* Ubique enim scatent, ea quæ fidem fere excedat abundantia, illæ aquæ. Nam, ut de Francia sileamus quæ hujusmodi fontes plus quam quingentas ostentat, et de Germania quæ sola plures aquas continet quam cæteræ Europæ partes, quot et quibus encomiis digna in Anglia *Bath, Bristol, Tunbridge, Buxton, Matlok, Cheltenham, Harrowgat, Scarborough*; in Helvetia, *Luesche, Baden, Alvenow, Pfeffers, S.-Mauritz*; in Italia, *Ischia, Gurgitelli, Pisciarelli, Citara, Capone, Castiglione, Olmitello*; et in Hispaniâ quæ doctrinis et disciplinis medicis fere est adhuc terra incognita, *Arnedino, Alhama, Ledesma, Preziguero, Boza, Benzalemo, Alange, Alcantera, Puerto-Ilano, Teruel, Paracuellos-de-Xicoca, Bananco del Salto, Fuen-caliente, Lugo Tutto, Sacedon*, etc. *Ar.*

2. *Alibi frigidæ.* Frigidæ junctæ calidis, tenui discernente intervallo. Ita Reg. 1, et Colbert. 3, optime. In Reg. 2 cod. *inunctæ*, mendose. Sequitur nihilominus hunc similem Hermodaus, et *unctæ* legit, interpretaturque pingues aquas, ὕδατα λιπαρά. Qua interpretatione nihil est, quod a mente scriptoris longius abhorreat: qui frigidæ alibi aquas emicare ait, alibi calidas; alibi utrasque conjunctim, tenui eas a se invicem discriminante spatio. H.

3. *Sicut in Tarbellis.* Horum oppidum, ut in Geographicis diximus lib. IV, Aquæ Augustæ, sive Tarbellicæ, Gallis *Acys*, Gasconibus *Dacs* dicitur. Ab aquis calidis hoc loco scaturientibus id nomen invenit. In suburbano reliquiæ veteris aquæductus: in ipsa urbe in margine fontis aquarum calidarum solia marmorea, Romanæ ibi magnificentiae vestigia. Vide Oihenartum in Notit. Vascon. pag. 67. HARD. — *Sicut in Tarbellis Aquitania gente, et in Pyrenæis montibus.* Aquis Tarbellicis, quæ urbs hodie audit *Acs* vel *Dax* in præfectura Gallic. *de l'Arriège*, sunt plurimi (vulgo, ut aiunt, 58) fontes, quæ quum singulæ nomen suum habeant, distinguuntur tamen in tres classes, quarum primæ appellantur *du Teix*; secundæ, *de l'Hospital*; tertiæ, *du Couloubret*. Quæ mox dicuntur Pyrenæorum montium aquæ multæ sunt; namque in præfectura *des Basses-Pyrénées* occurrunt Aquæ-Caldæ (*Aigues-Caudes*), ubi fontes 5, quibus calor 22°-38°; Aquæ-Bonæ (*Aigues-Bonnes*), ubi fontes 3 (cal. 24°-26°); *Bagnères-Adores*, font. 2 (cal. 15°-25°); *Cambo*, ubi fons sulf. et fons ferr. acid. tum in præfectura *des Hautes-Pyrénées*, *Bagnères*, fontes 10 (cal. 29°-47°); *Barèges*, fontes 3 (cal. 25°-36°); *Saint-Sauveur*, font. 4 (cal. 28°); *Cauteret*, fontes 10 (cal. 24°-41°);

Aquitanica⁴ gente, et in Pyrenæis montibus, tenui intervallo discernente. Alibi tepidæ egelidæque⁵ auxilia morborum⁶ profitentes⁷, et e cunctis animalium hominum tantum causa erumpentes⁸. Augent numerum⁹ Deorum nominibus variis, urbesque condunt, sicut Puteolos in Campania¹⁰, Statyellas¹¹ in Liguria, Sextias in Narbonensi provincia. Nusquam tamen largius quam in Baiano sinu, nec pluribus auxiliandi generibus, aliæ sulphuris¹², aliæ

Labassère, Cap Véra, Cadéac, Sainte-Marie, etc. A.

4. *Aquitanica gente.* Vide Aristot. Problem. 13, cap. 1; Vitruvium, lib. VIII, cap. 3. DALZC.

5. *Alibi tepidæ egelidæque auxilia morborum conferentes.* Voss. ut Pintiani: « aliæ tepidæ egelidæque auxilia morborum profitentes. » Quod habet suam Venerem. GRON.

6. *Auxilia morborum conferentes.* Lego, « auxilia morborum profitentes, » ex antiquo codice. PINT.

7. *Profitentes.* Præ se ferentes. H.

8. *Hominum tantum causa erumpentes.* Iterum libet exclamare cum nostro Bolæo, Sat. VIII:

Bois, prés, champs, animaux, tout est pour son usage.

Quanquam h. l. non diffitear cani, equo, bovi et cæteris animantium cicurum summopere aquas medicatas displicere. A.

9. *Augent numerum Deorum.* Sunt enim Dii marini, Neptunus, Nereus, Oceanus. Sunt Nymphæ, Næræ, Nereides, Naiades, aliaque nomina, de quibus Gyrald. Synt. 5. HARD.

10. *Puteolos in Campania.* De eo oppido egimus in Geographiis III, cap. 9. Nomen id habet sive a pu-

teorum, quibus is ager abundat, frequentia; sive, ut nonnullorum opinio est, a putore aquarum et aeris, sulphureo semper vapore gravis. Librum singularem de Balneis Puteolorum et Baiarum edidit Scipio Mazella, Neapolitanus. Baiana balnea laudat Cassiodor. eleganter, lib. VI, cap. 6. HARD.

11. *Statyellas.* De aquis Statyellorum, lib. III, cap. 7. De aquis Sextiis eodem libro, cap. 5. HARD.

12. *Aliæ sulphuris, aliæ aluminis.* « Quum aqua in imo transit per alumen, aut bitumen, aut sulphur, » ut fuse Vitruvius explicat, l. VIII, cap. 3, pag. 157. HARD. — *Aliæ sulphuris, aliæ aluminis, etc.* Aliquid jam de mineralium aquarum categoriis Seneca, in Nat. Quæst. III, cap. 2, ubi « medicatæ, ex quibus sulphuratas dicimus, ferratas, aluminosas. » Nunc nos diligentius scrutati et persecuti, hinc in thermales et frigidas dividimus, inde in sulphuratas, acidulas, ferratas, salinas, unde hoc aquarum syntagma:

I. *Aquæ Min. Sulphuratæ.*

1. Sulphuratæ calidæ.

a. Sulphuratæ et calidæ, e quibus exit gaz hydrogenes sulphuratum, non præcipiti sulphure, dum acidis uteris.

aluminis, aliæ salis, aliæ nitri, aliæ bituminis, nonnullæ etiam acida salsave mixtura. Vapore quoque ipso aliquæ prosunt. Tantaque eis est vis, ut balineas calefaciant, ac frigidam etiam in solis fervere cogant, quæ in¹³ Baiano Posidianæ¹⁴ vocantur, nomine accepto a Claudii Cæsaris liberto. Obsonia quoque percoquunt. Vaporant et in mari ipso, quæ Licinii¹⁵ Crassi fuere: mediosque inter fluctus existit aliquid valetudini salutare.

III. Jam generatim nervis prosunt pedibusve, aut coxendicibus, aliæ luxatis, fractisve. Inaniunt alvos¹. Sanant

β. Sulphuratæ et calidæ, e quibus gas hydrog. sulphur. sed præcipiti sulphure.

2. Sulphuratæ frigidæ.

γ. Sulphuratæ frigidæ, e quibus gas hydrog. sulphur. præcipiti sulphure.

δ. Sulfuratæ frigidæ, e quibus gas hydrog. sulfur. non præcipiti sulphure.

II. *Aquæ Min. Acidulæ.*

3. Aquæ min. acidulæ thermales.

4. Aquæ min. acidulæ frigidæ.

III. *Aquæ Min. Acidulæ ferratæ.*

5. Aquæ min. ferratæ acidulæ thermales.

6. Aquæ min. ferratæ acidulæ frigidæ.

IV. *Aquæ Min. Salinæ. A.*

13. *Quæ in Baiano Posidiana vocantur.* Voss. « quæ in bale Possidiana vocantur, nomine accepto a Claudii Cæsaris liberto. » Passim in optimo libro *ne* significat *nunc*: ex eo tò *in* factum. Solebant autem quisque, qui prædium illic haberet, *Baias suas* dicere. Unde et Ciceronis lib. IX ad Div. 12: « Gratulor Baiis nostris, siquidem, ut scribis, salubres repente factæ sunt. »

Nec aliter Plinius, lib. II, ep. 15: « Quomodo te veteres Marsi tui? quomodo emptio nova? » Sed et sic Sert. Pompeius apud Velleium, l. II: « In Carinis suis se omnem dare: » quod ejus paternæ aedes pars esset Carinarum in Urbe, et in prætoris navi pasceret. GRON. — *Quæ*, etc. Sic Reg. 1, aliique optime. HARD.

14. *Posidiana.* A liberto Claudii, quem Posiden spadonem vocat Suet. in Claud. cap. xxviii. H.

15. *Licinii.* Marci Crassi, Romanorum ditissimi, qui periit in Parthis. HARD.

III. 1. *Inaniunt alvos.* Bene. Plurimæ aquæ utilissimæ sunt ad hæc eluenda quæ alvum impediunt, ad hæc tollenda quæ abdominalium viscerum tubos obstruunt; tum ad coquendum velocius cibum, accelerandas urinas, expellendos matricis humores, solvendam ane-norrhœam, etc. etc. Præcipue censeantur hac laude Thermæ Helvetiæ, hodie *Baden*, etc. Apud gallicum oppidulum *Barîges* fontes decem sanant vulnera. Vid. infra cap. 6, not. 1. A.

ra. Capiti auribusque privatim medentur²: oculis Ciceronianæ³. Digna memoratu villa est ab Averno Puteolos tendentibus imposita litori, celebrata porac nemore, quam vocabat Cicero⁴ Academiam, ab plo Athenarum⁵ (ibi compositis voluminibus⁶ ejus-nominis), in qua et monumenta⁷ sibi instauraverat, vero non in toto terrarum orbe fecisset. Hujus in prima, exiguo post obitum ipsius, Antistio⁸ Vetere dente, eruperunt fontes calidi, perquam salubres s, celebrati carmine Laureæ⁹ Tullii, qui fuit e libertis

Vulnera ... medentur. Nil hac um sanatione mirabilius præstant aquæ Baregianæ, ibus sermo nobis fuit suo circa apud militares viros is præcipua est. Nec illaudanenses (*Donne, département uses-Pyrénées*), quæ ob sanationis Albretis milites post prælium ad Paviam nominunt *eaux d'Arquebusade*. *As. Ciceronianæ.* De hoc M. Tulleronis fonte Isidorus Origg. III, cap. 13: « In Italia fons (lege *Ciceronianus*) oculorum a curat. » Villam in qua est Puteolanum suum Cicero vor: alteram, ad Lucrinum, in is sitam, Cumanum suum. *H. Cicero.* De Finibus, lib. V, : « Constituimus inter nos, mbulationem postmeridianam eremus in Academia, maxi- od is locus ab omni turba id ria vâcuis esset... Quum au- nissemus in Academis non rusa nobilitata spatia; solitu- t ea, quam volueramus. » Ci- m imitatus est Hadrianus este Spartiano, qui « Tibur- villam mire exâdificavit: ita

ut in ea provinciarum et locorum celeberrima nomina inscriberet, velut Lyceum, Academiam, Pry- taneum. » *HARD.*

5. *Athenarum.* Fuisse gymnasii nomen Athenis Academiam, addidit Cicero *Acadd. Quæst. I, n. 17*, quod nec Horatius, lib. II, ep. 2, nec Plinius, nec Tullii libertus Laurea Tullius hoc loco dixere. Græcis *Ἀκαδημία* et *Ἐκαδημία*. Vide Stephanum verbo *Ἀκαδημία*. Hinc solœcizare Claudianum in octavo panegyrico intelligas, recen- tioresque omnes, qui penultimam hujus vocis syllabam *Academia* cor- ripiunt. *HARD.*

6. *Voluminibus.* Academicarum quæstionum. *HARD.*

7. *Monumenta.* Reg. 1, 2, Colb. Chifflet. In editis, *monumentum*. *H.*

8. *Antistio.* Gessit consulatum C. Antistius Vetus, cum D. Lælio Balbo, sub Augusto, Urbis anno 758. Exstat ejus perhonorifica men- tio in epistolis Ciceronis ad Bru- tum. *HARD.*

9. *Laureæ.* Alterum ejus epigram- ma exstat græce scriptum in Sap- pho, *Antholog.* lib. III, cap. 25, ep. 64. *HARD.*

ejus, ut protinus noscatur etiam ministeriorum ha-
ex illa maiestate¹⁰ ingenii. Ponam enim ipsum cari-
dignum ubique, et non ibi tantum legi:

Quod tua¹¹, romanæ vindex clarissime linguæ,
Silva loco melius surgere iussa viret:
Atque Academiæ¹² celebratam nomine villam

10. *Ut protinus noscatur etiam ministerium ejus ex illa maiestate.* Scribe, « Quin protinus noscatur etiam ministeriorum ejus haustus ex illa maiestate, » ex eodem. Nonnulli *ministrorum* legunt, non *ministeriorum*: sed potest sustineri *ministeriorum*: ut quemadmodum *famulitium* pro famulis, et *servitia* pro servis poni solet, sic *ministeriorum* pro ministrorum hic positum sit: ut lib. VII, cap. 52: « Interim eum qui videbatur extinctus plaudendo concivisse ministeria, » hoc est, *ministros*. PINT. — *Ut protinus noscatur etiam ministerium ejus ex illa maiestate.* Vossian. « ministeriorum haustus ex illa maiestate ingenii: ponam enim, » ut fere et Chiff. Ex quo quid tentarint, apparet in marginibus. Pintian. « quin protinus noscatur etiam ministeriorum ejus haustus ex illa maiestate. » Mihi scribend. videbatur: « ut protinus noscatur etiam (ipse scilicet Cicero) ministeriorum haustus ex illa maiestate ingenii. » Tale est Justinii, lib. VI, cap. 15: « ut Alexandrum posses etiam in moriente matre agnoscere. » *Ministeriorum* et Acad. Gudianusque et duo Voss. GRON. — *Ut protinus*, etc. Ut statim appareat, quantum vel ipsi ministri ac famuli hauserint, ex tantæ maiestatis ingenio, nempe ex Tullio.

Ministerium pro ipsis ministri ut servitia pro servis, trala est. Paulus: « Urbica ministricus, etiam quæ extra urbem ministrare consueverunt. » — totidem plane syllabis apicibus litterarum scriptura codicis I et illius quem Pintianus vidit pemodum etiam et Chiffletia vel ipsa interpretatione facilis pedita sese legentibus appropinquat libris hactenus editis omnino dose legitur, « Ut protinus tur etiam ministerium ejus maiestate, » voce ingenii et vitiatisque cæteris. HANB.

11. *Quo tua, romanæ*, etc bendum quod, non quo, ex e sic etiam deposcente sensu.

12. *Academiæ.* Hic mirabilis de quantitate aut versu ctura, et petes non semel quam pacto hexameter vel si vel visus sit stare, quum multi Academiæ, quasi *Ἀκαδημίας*, et tertia longa cet quarta brevissima. Nec id e dispulit, quod in Laureæ no ac magistro suo le *Atque Academiæ umbriferæ*; aiunt, h. l. æ non eliditur, pterea corripitur, ut Virg. « An qui amant, » Ec fin. « ut littus Hyla, Hyla sonaret, » Ecl. VI, 44; « I

Nunc reparat cultu sub potiore Vetus :
 Hic etiam apparent lymphæ non ante repertæ,
 Languida quæ infuso lumina rore levant.
 Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
 Hoc dedit, hac fontes quum patefecit ope.
 Ut, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
 Sint plures, oculis quæ medeantur, aquæ.

3

IV. In eadem¹ Campaniæ regione Sinuessanæ aquæ sterilitatem feminarum, et virorum insaniam abolere produntur.

V. In Ænaria insula, calculosis mederi. Et quæ vocatur Acidula¹, ab Teano Sidicino quatuor millibus passuum: hæc frigida. Item in Stabiano, quæ dimidia vocatur: et in Venafrano, ex fonte Acidulo. Idem contingit in Velino lacu potantibus. Item in Syriæ fonte juxta Taurum montem, auctor est M. Varro: et in Phrygiæ Gallo² flumine Callimachus: sed ibi in potando necessarius modus, ne

gum, formose, vale, vale, inquit, Iola, » Eclog. III). Sed quis usus in tali casu Græcis fuerit, nihil hoc loco refert, et constat longam syllabam esse *mi*, æ vero elidi. Nil igitur vitii huic versiculo. Et aliunde fatendum elegantiæ et ingenii non parum in tota epigraphe. A.

IV. 1. In eadem Campaniæ regione. Isidor. Orig. XIII, c. 13, hæc totidem fere verbis. Tacitus Ann. XII, 66: « In tanta mole curarum Claudius valetudine adversa corripitur, refovendisque viribus mollitiæ cæli et salubritate aquarum, Sinuessam pergit. » Fuere aquæ illæ in Sinuessano litore, ubi turris quam vocant *Torre de' Bagni*, juxta ædem, cui nomen est *S. Maria a Caudara*. Vid. Camill. Felice, Pellegrin. *Campania Felice*, pag. 135. Hinc Silio

VIII.

Ital. VIII, 527, *Sinuessa tepens*. H.

V. 1. Et quæ vocatur *Acidula*. Vitruv. lib. VIII, cap. 3, p. 163: « Item sunt nonnullæ acidæ venæ fontium, uti Campana Teano..... aliisque locis pluribus, quæ hanc habent virtutem, uti calculos in vesicis, qui nascuntur in corporibus hominum, potionibus discutiant. » Deinde causas hujus efficitæ pluribus investigat. De Teani situ diximus in *Geographicis*, lib. III, c. 9. Exstant etiamnum aquæ illæ, et longe lateque expetuntur, ad calculi dolores, in agro Calvensi, juxta castellum vulgo *Francolici* dictum. Holsten. pag. 256. HARD.

2. Gallo. Nulla hujus fluminis mentio est apud Callimachum, qui nunc exstat. HARD. — Nec mirandum: nam de Gallo flumine de-

faciem habuisse propter id vitium. Cydnus Ciliciæ amnis podagricis medetur³, sicut apparet in epistola Cassii Parmensis ad M. Antonium. Contra, aquarum culpa in Trœzene⁴ omnium pedes vitia sentiunt. Tungri⁵ civitas Galliae fontem habet insignem⁶, plurimis bullis stellantem, ferruginei saporis : quod ipsum non nisi in fine potus intelligitur. Purgat hic corpora, tertianas febres discutit, calculorumque vitia. Eadem aqua igne admoto turbida fit, ac postremo rubescit. Leucogæi⁷ fontes inter Puteolos et Neapolim oculis et vulneribus medentur. Cicero⁸ in admirandis posuit, Reatinis tantum paludibus⁹ unguulas iumentorum indurari.

1 IX. Eudicus¹ in Hestiaotide² fontes duos tradit esse :

proscriptos a Triumviris declarat Dio, lib. XLVIII, p. 375. HARD.

3. *Cydnus Ciliciæ amnis podagricis medetur.* Sic Althænus fluvius vulneribus et pecorum et hominum. Rhodiginus, lib. XXVII, c. 14. DALEC. — Vid. Pollio de Architectura, lib. VIII, c. 3; Tzetzes et Reines. supra locis laudatis. — *Cydnus.* Eginus de eo l. V, c. 22. Vitruvius, lib. VIII, c. 3, p. 159 : « Trœzeni omnino aliud genus aquæ non reperitur, nisi quod Cibdeli habent : itaque in ea civitate, aut omnes, aut maxima parte sunt pedibus vitiosi. Ciliciæ vero civitate Tarso flumen est nomine Cydnos, in quo podagrici crura macerantes levantur dolore. » HARD.

4. *Trœzene.* Achaïæ oppido, ubi nulla alia aqua reperitur, quam metallica, præter eam quam Cibdeli habent. VITRUV.

5. *Tungri.* Quid civitatis nomine intelligi oporteat, alibi diximus : quod nempe nos vulgo Communi-

tatem appellamus. Agit hoc loco de Spadanis aquis, salubritate celebratis, *les eaux de Spa.* HARD.

6. *Fontem habet insignem.* Eum fontem hodie vocant *le bain de Spack.* DALEC.

7. *Leucogæi.* Ad Pausilypum montem, qui nunc quoque *Posilipo.* HARD.

8. *Cicero.* Fortassis Varro, qui admiranda scripsit, τὰ θαυμαστά. CHIFFLET. — *Cicero.* Ita MSS. omnes. Sequutus est Tullium Origg. lib. XIII, cap. 13. HARD.

9. *Reatinis tantum paludibus.* Nihil mirum, quoniam in ejus paludis exitu saxum crescit, lib. II, cap. 103. DALEC.

IX. 1. *Eudicus.* Aristoteles de duobus fluminibus id tradit lib. περί θαυμ. ἀκουσμ. DALEC.

2. *Hestiaotide.* Ἐστιαώτις pars est Thessaliæ, quondam Doris nuncupata. Unde alteram appellationem sortita sit, disce ex Strabone, lib. IX, pag. 437. Isidorus Origg.

Ceronem, ex quo bibentes oves negras fieri: Nelea³, ex quo albas, ex utroque autem varias. Theophrastus in Thuriis⁴ Crathim⁵ candorem facere, Sybarim nigritiam bobus ac pecori.

X. Quin et homines sentire differentiam eam. Nam qui e Sybari bibant¹, nigriores esse, durioresque, et crispo

lib. XIII, cap. 13, hoc ipsum referens, pro Hestiasotide Thessaliam dixit. HARD.

3. *Melan.* Lib. II, c. 103: « Melas fluvius est Bœotix, cujus potu oves nigre fiunt, ut Cephisi albæ. » DALEC.—*Nelea.* Prius legebatur in libris omnibus editis, « Melan, ex quo albas. » Quis vero inducat animum, ut existimet, inditum amni Melan, quod nigrum sonat, nomen fuisse, quod albas oves efficiat? In Reg. 1, melle. In R. 2, melleam. Nos ex Antigono Carystio, LXXXIV, *Nelea.* Κέρων enim apud illum et Νηλεύς vocantur: etsi is memoriæ lapsu, non oves, sed mulieres ipsas eo potu nigrescere prodidit. De Ceronis aquis, qui pullum sive nigrum colorem afferant, Seneca Nat. Qu. lib. III, cap. 25, p. 873: « In Macedonia... est flumen, ad quod qui facere albas oves volunt, adducunt... At si illis lana opus fuerit pulla, paratus gratuitus infector est; ad Ceronem eundem gregem appellant. » Sed pro Cerone, quem primus in eum Senecæ textum Muretus invexit, *Peneum* prius lectum esse, jam antea monuimus. lib. II, cap. 106. Nelea, de quo nunc agitur, eundem esse Dalec. putavit, cum Melane Bœotix amne, cujus potu negras oves fieri Plinius affirmavit, lib. II, cap. 106. Falso. HARD.

4. *In Thuriis.* Scholiastæ Callimachi Crathis fluvius est Arcadiæ: Herodoto, Achaëorum, a quo nomen habet Italicis: Pausaniæ, Bruttiorum: Lucaniæ, Vitruvio. Scholiastes Theocriti Idyllio v, ex Nymphodoro et Theophrast. ait, Κράθιδος ὕδωρ ξανθίζειν. Euripides in Troadibus, ὁ ξανθὴν χαιτᾶν πορεύων Κράθιδος: non, ut perperam legitur, Κράθιδος. Strabo, lib. VI, et ξανθοτριχίς et λευκοτριχίς ἀνθρώπους λευμένους αἶτ, ποιῶν, καὶ ἄλλα πολλὰ πάθη ἰάσθαι. MITAL.—Vibio Sequestro, auream comam facit. DAL.

5. *Crathim.* Pecori sane, et bubus, esto. At capillis hominum flavum colorem inducit, teste Antigono, Hist. Mirabil. Auscult. cum Scholiaste Theocrit. Idyll. v, qui Theophrastum ipsum laudat auctorem, et Nymphodorum: Κράθιδος τὸ ὕδωρ ξανθίζει. Unde Crathis fluvius Vibio Sequestro, p. 33, « confinis Sybari, capillos facit aurei coloris. » Ovidius item Metam. XV, v. 315: « Crathis, et huic Sybaris nostris conterminus arvis, Electro similes faciunt auroque capillos. » HARD.

X. 1. *Nam qui Sybarim bibant.* Lege, « nam qui e Sybari bibant, » ex antiquo exemplari, ut quod paulo post sequitur: « Qui e Crathide, candidos: » lego, « qui e Crathi candidos, » ex eodem. PINZ.

capillo : qui ex Crathi², candidos mollioresque, ac porrecta coma. Item in Macedonia³ qui velint sibi candida nasci⁴, ad Aliacmonem ducere : qui nigra aut fusca, ad Axium. Idem omnia fusca quibusdam in locis tradit nasci, et fruges quoque, sicut in Messapiis. At⁵ in Lusia Arcadiæ quodam fonte mures terrestres vivere et⁶ conversari. Erythris⁷ Aleos amnis pilos gignit in corporibus.

XI. In Bœotia¹ ad Trophonium² Deum juxta flumen Orchomenon³ duo sunt fontes, quorum alter memoriam, alter oblivionem affert ; inde nominibus inventis⁴.

2. *Qui ex Crathi.* Strab. lib. VI, pag. 263 ; lib. V animad. sup. tit. e. HARD.

3. *Item in Macedonia.* Vide Senecam Quæst. Natur. lib. III, c. 25. DALBEC.

4. *Qui velint sibi candida nasci.* Pecora scilicet. Seneca Nat. Qu. lib. III, cap. 25, pag. 872 : « In Macedonia quoque, ut ait Theophrastus, est flumen, ad quod qui facere albas oves volunt, adducunt : quod ut diutius potavere, non aliter quam infectæ mutantur. » H.

5. *At in Lusia.* Nomen ei loca τὰ Λουσιά. Narrat eadem Antigon. Caryst. Hist. Mirab. 152. Utique ex auctore libri de Mirab. Auscult. vel ex Aristot. a quo et Sotion in Excerpt. pag. 139 : Ἐν Λουσίαις τῆς Ἀρκαδίας φησὶν Ἀριστοτέλης κρήνην τινὰ εἶναι, ἐν ἣ μῦς χειραίους γίνεσθαι καὶ τούτους κολυμβᾶν ἐν ἑκείνῃ τὴν διαίταν ποιουμένους. « Lusia Arcadiæ fontem esse Aristoteles affirmat, in quo mures terrestres sint, in eodemque natent, et vitam degant. » Apud auctorem lib. de Mir. Ausc. Ἐν Κολούσαις δὲ τῆς Ἀρκαδίας, etc. mendose. H. — *Lusia.* Ea unice lectio est probanda, quanquam va-

riante (vid. not. init.) apud diversos scriptura : nam hæc vox manavit a λούω, quæ aptissima nominis originatione ut fons signetur : æ principio forte Λούσις, vel Λούσις fuit. A.

6. *Mures terrestres vivere et conversari.* Aptior lectio, vivere et conservari. ΠΙΝΤ.

7. *Erythris. Aleon fluvius,* l. V, cap. 31. HARD.

XI. 1. *In Bœotia.* Refert hoc pariter Isidorus, Orig. lib. XIII, c. 13. De Orchomeno lacu diximus lib. XVI, cap. 66. HARD.

2. *Ad Trophonium.* Ad Trophonii fanum, juxta Lebadiam : de quo multa Mythologi. HARD.

3. *Juxta flumen Orchomenon.* In nostro apographo, juxta flumen Erycnum, scribendum puto, juxta flumen Eryneon, qui Locridis quidem est fluvius, sed in Cephisum Bœoticiæ fluvium exonerat, auctore Strab. lib. IX. Sequitur continuo : « Duo sunt fontes, quorum alter memoriam, alter oblivionem affert, inde nominibus inventis. » In eodem, « E duobus fontibus alter memoriam, alter oblivionem affert : inde nominibus inventis. » ΠΙΝΤ.

4. *Inde,* etc. Alteri Μνημοσύνης,

XII. In Cilicia apud oppidum¹ Cescum rivus fluit¹ Nus², ex quo bibentium subtiliores sensus fieri M. Varro tradit. At in Cea insula³ fontem esse, quo hebetes fiant: Zamæ⁴ in Africa, quo canoræ voces.

XIII. Vinum¹ in tædium venire his qui ex Clitorio

hoc est, memoriæ: alteri Διῖς, hoc est, oblivionis, appellatione data. Vide Pausan. in Bœot. H.

XII. 1. *In Cilicia apud opp. Cescum rivus fluit Nus*, etc. Unde proverbium Κρίσκον οἰκίαις. Quanquam autem parœmiographi in hebetes ac stupidos id dici solitum affirmant, εἰρωνικῶς tamen procul dubio accipiendum est, quemadmodum illud *Sapientum octavus*, aut ἀνθρωπῶς Θαλῆς. GLEN. — *In Cilicia*, etc. Id primum nota non Κρίσκον, sed Κίσκον legendum, dempto τῷ ρ. Ad parœmiam supra laudatam, Zenobius, Cent. 4, Prov. 51, Κίσκον οἰκίαις. Πόλις Παμφυλίας ἀνοήτων. Ὄθεν καὶ παροιμία γίγναι· Πόλις Κίσκος νοῦν οὐκ ἔχουσα, ἐπὶ τῶν νοῦν μὴ ἔχόντων. Vide Hesychium et Suidam. Αἲ.

2. *Nus*. Νοῦς, quæ vox Græcis mentem, sensum, intelligentiam, ingenium, astutiamque significat, facto scilicet ex re nomine. H.

3. *At in Cea insula*. Refragantibus licet exemplaribus omnibus, sive editis, sive manu exaratis, *Chio insula* pro *Cea insula* scribi oportere Dalecampius autumat, Vitruvii admonitu, a quo Plinius hoc accepisse visus ei est: ille enim lib. VIII, c. 3, pag. 186: «Item, inquit, est in insula Chio fons, ex quo qui imprudenter biberint, fiunt insipientes: et ibi est epigramma insculptum ea sententia, etc.» Addere et

Isidorum potuit, similiter scribentem Origg. lib. XIII, cap. 13. Sed utriusque mendosum codicem, non ex Plinianorum modo exemplarium consensu, sed ex Sotione, vel Aristone potius, haud temere conjicimus. Sic enim Sotion in Excerptis, p. 141: Ἀρίστων δὲ ὁ Περιπατητικὸς φιλόσοφος, ἐν τῇ Κίῳ (haud dubie pro Κίῳ) πηγὴν φησὶν ὕδατος εἶναι, ἀφ' ἧς τοὺς πίνοντας ἀναισθητοὺς γίνεσθαι ταῖς ψυχαῖς, εἶναι δὲ καὶ ἐπὶ ταύτης ἐπίγραμμα τοιούτου, etc. HARD.

4. *Zamæ in Africa*. Et a Vitruvio id traditum, lib. VIII, cap. 4, pag. 166. Causam ejus rei Agricola putat esse quod ex aquæ infectæ sint sandaraca, quæ vocem purgat: lib. II de natura eorum, quæ effluunt e terra, p. 113. De Zamæ situ diximus lib. V, cap. 4. HARD.

XIII. 1. *Vinum tædio venire his qui ex Clitorio lacu biberint*. Lego, «Vinum in tædium venit his qui, etc.» ex vetusto codice. PINT. — *Vinum*. Vitruvius, l. VIII, cap. 3, pag. 164: «In Arcadia vero civitas est non ignota Clitori, in cujus agris est spelunca profluens aquæ, quam qui biberint, fiunt abstemii.» Plinium Isidorus sequitur Origg. lib. XIII, cap. 13. Non lacum, sed fontem Clitorium vocant Athen. lib. II, pag. 43. Sotion in Excerpt. pag. 193: Παρὰ Κλιτορίου Ἰσίγονος φησὶν εἶναι κρήνην, ἧς ὄταν τις τοῦ

lacu biberint², ait Eudoxus : Theopompus, inebriari fontibus iis quos diximus³. Mucianus⁴ Andri e fonte Liberi Patris⁵, statis diebus septenis ejus Dei vinum fluere, si auferatur a conspectu templi, sapore in aquam transeunte.

XIV. Polycritus explere¹ olei vicem juxta Solos Cili-

ὑδατος πῆν, τοῦ οἴνου τὴν ὄσμην οὐ φέρει. « Isigonus fontem esse in Clitorii scribit, cujus aquam si quis biberit, vini odorem ferre non possit. » Ovid. Metam. l. XV, v. 322. Et Vibius Sequester, p. 339. Reg. 2, in *tædio*; Reg. 1, *tædio*, et mox, ait *Eudoxus*. In libris hactenus vulgatis, « qui ex Clitorio lacu biberint. At Eudoxus et Theopompus, etc. » Nos Eudoxum a Theopompo sejunctimus; sic enim jucundius suus cuique miraculo auctor assignatur. Et vero Clitorii fontis a Stephano testis Eudoxus advocatur, verbo Ἀζανία, eumque rem ita litteris consignasse, prodit lib. VI, Γῆς περιόδου. Ἐστὶ κρήνη τῆς Ἀζανίας, ἣ τοὺς γευσσάμενους τοῦ ὑδατος ποιῆι μὴδὲ τὴν ὄσμην τοῦ οἴνου ἀνέχεσθαι· εἰς ἣν λέγουσι Μελάμποδα, ὅτι τὰς Πρωτίδας ἐκάθειραν, ἐκβαλεῖν τὰ ἀποκαθάρματα. Est autem Azania pars ipsius Arcadiæ, in qua Clitorius, seu fons, seu lacus. Eudoxum transcripsit Ovidius Metamorph. XV, v. 322 : « Clitorio quicumque sitim de fonte levarit, Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis; Seu vis est in aqua calido contraria vino; Sive quod indigenæ memorant, Amithaone natus Prætidæ attonitas, postquam per carmen et herbas Eripuit furiis, purgamina mentis in illas Misit aquas, odiumque meri permansit in undis. » H. — Vid. nost. Ovid. ed. t. IV, p. 521. Ed.

2. *Ex Clitorio lacu biberint.* Quæ Ovid. Metamorph. XV, 322 (vid. not. 1), ait purgamina, hæc in Anigrum flumen, sive Alphiū, ea jacta scribit Pausanias in Eliacis. *At.*

3. *Quos diximus.* Lib. II, c. 106 : « Lyncestis aqua, quæ vocatur acidula, vini modo temulentos facit. Item in Paphlagonia, et in agro Caleno. » HARD.

4. *Mucianus.* Dictum id jam superius, II, 106. HARD.

5. *E fonte Liberi Patris.* Lib. II, c. 103. Idem et Pausanias in Eliacis. In Naxo fontem vini sapore fluere, adnotatum in lib. VII, c. 5. DALEC.

XIV. 1. *Polycritus explere*, etc. Vide de auctore quæ diximus in Auctorum Indice. Refert hæc quoque Vitruvius, lib. VIII, cap. 3, pag. 159 : « Alii, inquit, per pingues terræ venas profluentes, uncti oleo erumpunt : uti Solis, quod oppidum est Ciliciæ, flumen nomine Liparis, in quo natantes aut lavantes, ab ipsa aqua ungantur. Similiter Æthiopiæ lacus est, qui unctos homines efficit, qui in eo nataverint : et in India, qui sereno cælo emittit olei magnam magnitudinem. » Vide et Isidor. Orig. l. XIII, c. 13. Plures alios fontes, qui quasi oleo perfusi niteant, ut in eis natantium sive lavantium corpora uncta oleo videantur esse,

ciæ fontem¹. Theophrastus³ hoc idem fieri in Æthiopia ejusdem nominis fonte Lycos⁴; in Indiæ terris fontem esse, cujus aqua lucernæ ardeant⁵. Idem Ecbatanis traditur. Theopompus⁶ in Scotussa⁷ lacum esse dicit, qui vulneribus medetur.

XV. Juba in Troglodytis lacum, insanum¹ malefica vi appellatum, ter die fieri amarum salsumque, ac deinde dulcem, totiesque etiam noctu, scatentem albis serpentibus vicenum cubitorum. Idem in Arabia fontem exsilire tanta vi, ut nulla mora pondus impactum respuat².

XVI. Theophrastus Marsyæ¹ fontem in Phrygia ad Celænarum oppidum saxa egerere. Non procul ab eo duo sunt fontes, Clæon² et Gelon, ab effectu græcorum no-

Cæsius recenset de Mineral. I, 6, cap. 11, pag. 95. HARD. — Hæc ob naphthica aut bituminosa quæ aquis insunt immixtaque plerumque innatant. Nec in his quidquam patet miraculi. AR.

2. *Ciliciæ fontem.* Vitruvius flumen esse nomine Liparin tradit. DALEC.

3. *Theophrastus.* Post Herodotum, laudatum a Sotione in Excerpt. p. 140. HARD.

4. *Ejusdem nominis fonte Lycos.* Lacum esse tradit Vitruvius. Solinus non longe abesse scribit ab Heliutrapeza. DAL.

5. *Cujus aqua lucernæ ardeant.* Reg. 1, lucernæ luceant. Reg. 2, et Chiff. *cujus aqua luceat.* HARD.

6. *Theopompus.* Sotion in Excerptis, pag. 139: Περὶ Σκότουςαν τῆς Θεσσαλίας, κρηνίδιον ἐστὶ μικρὸν, ὃ τὰ δὲ πάντα θεραπεύει καὶ τῶν ἀλόγων ζώων, etc. • Juxta Scotusam Thesaliæ fons est exiguus, qui omnibus animantium vulneribus medetur. •

Glutinandi vim inesse ei addit idem ex Isigono. Quæ totidem verbis habet etiam auctor, lib. de Mirabil. Auscult. HARD.

7. *In Scotussa.* Macedoniæ. Est et Scotussa in Thessalia. DALEC.

XV. 1. *Juba in Troglodytis lacum, insanum.* In apographo nostro, *Trogodytis*, non *Troglodytis*, vera lectione: sic enim semper Strabo, ut notat auctor innominatus, qui ejus selecta seu collectanea excerpsit. ΠΡΥΤ. — *Juba.* Qui et Troglodytæ appellati sunt. Isidor. Orig. XIII, 13: • In Troglodytis lacus est: ter in die fit amarus, et deinde toties dulcis. • HARD.

2. *Ut nullum non pondus impactum respuat.* • Ut nulla mora pondus impactum respuat, • in eodem. ΠΡΥΤ.

XVI. 1. *Marsyæ.* Isidorus loc. cit. quanquam errore gemino, et Marsidæ fontem vocat, et saxa generare, non egerere, prodit. H.

2. *Clæon.* Ἀπὸ τοῦ κλαίου καὶ γελᾶν, quod fletum moveant ac risuum.

minum dicti. Cyzici³ fons Cupidinis vocatur, ex quo potantes amorem deponere Mucianus credit⁴.

XVII. Cranone¹ est fons calidus citra summum fervorem, qui in vinum additus, triduo calorem potionis custodit in vasis. Sunt et Mattiaci² in Germania³ fontes calidi trans Rhenum, quorum haustus triduo fervet. Circa margines vero pumicem faciunt aquæ.

XVIII. Quod si quis fide carere ex his aliqua arbitratur, discoat in nulla parte naturæ majora esse miracula: quanquam inter initia operis¹ abunde multa retulimus. Ctesias² tradit Siden vocari stagnum in Indis, in quo

DALÆC. — *Clæon*. . . *ab effectu*. Vide gr. v. in n. præc. Quod fletum ille, iste risum moveat. HARD. — *Clæon et Gelon*. Scribe Ἰλλυνοῖσι. Habebis Κλαίων et Γελών, unde jam assequi potes quæ fuerit narrandarum fabellarum origo et causa. A. J.

3. *Cyzici*. Isidor. loc. cit. HARD.

4. *Fons Cupidinis vocatur*. . . *Mucianus credit*. Sed ineptias Mucianus non paucas tradidit. Hunc fontem anilibus deliramentis et poeticis annumerat, vel his, si libuerit, fontibus quas Epici de Carolo et Caroli ætate narrantes excogitaverunt, dixeruntque in Arduenna silva latere: quorum ille amorem, hic inimicitiam bibentium cordi injecit, unde, ne plura, amantis Angelicæ contemptor Rinaldus mox puellam deperit sequiturque, illa vero καὶ μισοῖ φιλόνοτα, καὶ οὐ φιλόνοτα διώκει. Cæterum si quis mythorum causas per velit scrutari, licet per me credat a quibusdam mixtas ita et temperatas aquas, ut modo aphrodisiacæ censerentur (infuso v. g. cantharidino pulvere), modo contrariæ Veneri

(dum agnum castum, etc. humori adjungunt), tum a pharmacorum talium consarcinatoribus has aquas dictas e fonte hoc, vel illo haustas. A. J.

XVII. 1. *Cranone*. Sic Athenæi epitomator, lib. II, pag. 42. H.

2. *Sunt et Mattiaci*. Mattiacas aquas laudat et Ammianus, lib. XXIX, p. 397. Nunc ibi oppidulum est Visebada, *Wisbad*, in ditione Moguntina, Moguntiam inter et Francofurtum, in Veteravia. Vide Agricolum, lib. de natura eorum quæ effluunt ex terra, pag. 102. HARD.

3. *Mattiaci in Germania*. Vulgo *Baden*. DALÆC.

XVIII. 1. *Inter initia operis*. Lib. II, cap. 106. HARD.

2. *Ctesias*. Idem habet et Antigonus Carystius, c. 161, p. 184. Sotion paulo aliter in Excerpt. p. 138: Κρήνη ἐν Ἰνδοῖς ἢ τοὺς κολυμβῶντας ἐπὶ τὴν γῆν ἐκβάλλει ὡς ἀπ' ὀργάνου, ὡς ἰσορεῖ Κτησίας. « Fons est apud Indos, qui natantes non secus atque instrumento quodam

nihil innatet, omnia mergantur. Cælius³ apud nos in Averno ait etiam folia subsidere : Varro⁴, aves⁵, quæ ad-
volaverint, emori. Contra⁶ in⁷ Africæ lacu Apuscidamo
omnia fluitant, nihil mergitur : item in Siciliæ⁸ fonte
Phinthia, ut Apion tradit : et in Medorum lacu puteoque
Saturni. Fons Limyræ transire solet in loca vicina, por-
tendens aliquid : mirumque quod cum piscibus transit.
Responsa ab his petunt incolæ cibo, quem rapiunt an-
nuentes⁹ : si vero eventum negent, caudis abigunt. Amnis
Olachas in Bithynia Bryazum alluit (hoc et templo¹⁰ et Deo

in terram ejaculatur, ut auctor est Ctesias. » Plinium transcripsit ad verbum Isidor. lib. XIII, cap. 13. HARD.

3. *Cælius*. Et Sotion in Excerpt. pag. 141 : Ἀούσινός ἐστι λίμνη ἐν Ἰταλίᾳ περὶ Κούμας, εἰς ἣν τὰ ἐκ τῆς περικειμένης ὄλης ἐμπιπτόντα φύλλα ἢ κάρφη, ἀφανῆ γίνονται, βυθίζόμενα παραχρῆμα. « Avernus Italiæ lacus est circa Cumas, in qua folia atque festucæ ex circumjacente silva decedentes, statim submerguntur. » H.

4. *Varro*. Sequutus videtur fabulas poetarum : quod et Maronem fecisse Æn. VI, vers. 239, minime mirum : ubi de spelunca lacui proxima : « Quam super haud ullæ poterant impune volantes Tendere iter pennis : talis sese halitus atris Faucibus effundens supera ad convexa ferebat : Unde locum Graii dixerunt nomine Avernum. » Avernus, quasi ἄρνως, ab α privativo, et ἄρνως avis. Ridet hanc fabulam Strabo, l. V, pag. 244. HARD.

5. *Aves, quæ advolaverint, emori*. Tale est Lyciæ Plutonium descriptum a Strabone lib. XIII. DAL.

6. *Contra*. Ut in Asphaltite Ju-

dææ, de quo diximus lib. X, c. 15, legit hunc locum aliter Laid. Origg. lib. XIII, c. 13 : « Contra in Alee lacu per Porcidamum omnia fluitant, nihil mergitur. » Nostri codices manuscripti editis suffragantur. HARD.

7. *Et in Africæ lacu*, etc. Ut et in Asphaltite, l. II, c. 103. DAL.— *In Africæ lacu Apuscidamo*, etc. Celeberrimum exemplar liquidorum gravitatis est lacus Asphaltites, cuius aquis pondus specific. si Clar. V. MANCER credideris, 1, 2111. Sed neque inde fas concludere omnia in teterrimi lacus superficie natare : hoc vix in plumbo aut argento liquefacto videre est. AR.

8. *Item in Siciliæ fonte Phinthia*. De quo haud dubie Seneca, quamquam tacito nomine, Nat. Quæst. lib. III, cap. 25, pag. 873. « Erat in Sicilia, est adhuc in Syria stagnum, in quo natant lateres, et mergi projecta non possunt, licet gravia, etc. » HARD.

9. *Quem rapiunt annuentes*. Commodior lectio, *quæ rapiunt annuentes*. PINT.

10. *Hoc et templo*. Credo etiam

nomen) : cuius gurgitem¹¹ perjuri negantur pati¹², velut flammam urentem. Et in Cantabria fontes Tamarici¹³ in 3 auguriis habentur¹⁴. Tres sunt, octonis pedibus distantes. In unum alveum coeunt vasto singuli amne. Siccantur duodecim diebus, aliquando vicens¹⁵, citra suspicionem

et anni fuisse; nam Bryazon inter Bithyniæ amnes in Geographicis appellatur, lib. V, capite 43. HARD.

11. *Cujus gurgitem*. Sincerissima hæc est scriptura Reg. 2 codicis aliorumque, quos corrumpere Interpolatores pluribus modis: « Cujus gurgite perjuri notantur pati, etc. » Barbarus, *necantur*. Sed Voss. *negantur*, id est, traduntur non pati ac sustinere posse lib. XX, c. 5: « Habentes eam feriri a serpentibus negantur, » et similiter lib. XXII, cap. 21: « Habentes eam a serpentibus feriri negantur. » Sic et codex Pintiani. HARD. et GAON.

12. *Perjuri notantur pati*. Perjuros quoque deprehendi, et certissimis pœnis affici ad Paliciorum lacum brevem, profundum, luridum: ad Acadinum fontem, quosdam Sardinia, alium Tiana propinquum: aquam Stygem Nonacridis, specum Palæmonis juxta Corinthum, historiis proditum est. Alexander ab Alexand. lib. V, cap. 10. DALEC.

13. *Fontes Tamarici*. De horum situ diximus supra, lib. IV, cap. 34. HARD.

14. *In auguriis habentur*. Ita cod. Reg. 2, et is quem Pintianus vidit, oratione magis dilucida, et quæ citius finem obtineat, quam quæ in editos hactenus libros irrepsit: « In unum alveum coeunt vasto amne.

Singulis siccantur duodecim diebus, aliquando vices. » HARD.

15. *Singulis siccantur duodecim diebus, aliquando vices*. Vetus codex, « singuli siccantur duodecim diebus, aliquando vicens. » Non tamen displicet impressa lectio. PIRR. — *Siccantur duodecim diebus, aliquando vicens*, etc. Interquiescentium fontium (*font. intermittentes*) jam supra lib. II, cap. 106 (pag. 413, etc.) exempla habes. Quibus adde, si libuerit, 1° Strongylocrenen (*fontaine Ronde*), in via quæ ab urbe Pontarlier ad Tovillon fert (iste ferventis aqua est). 2. *Bullenbarn* in agro Paderbornensi, qui Westphaliæ est. 3° Engstlerianus (vid. SCHREUCHZER, *Iter Alpin.* II, 26, 404), aquas a Bernensi. 4° In Anglia, Torbaicum fontem (in com. Devonensi), et Buxtonensem (in Derbeensi). 5° Iterum in Francia Colmarsicum (*de Colmars*), qui octies hora crescit. 6° Nec minus mirum Fronzanchicum (*de Fronzanche*), qui, quum quotidie alternis vicibus crescens ac residens subducitur revertiturque, non horis 24 exacte conficit vices suas, sed vigesima quartæ dextantem (50') addit. Conf. ASTRUC, *Hist. naturelle du Languedoc et de la Provence*, iterum SCHREUCHZER, *Hydrograph. Helvetic.* pag. 126; KANT, *Geograph. Phys.* lib. II, part. 2, pag. 224. A.

ullam aquæ, quum sit vicinus illis fons sine intermissione largus. Dirum¹⁶ est, non profluere eos aspicere volentibus: sicut proxime Lartio¹⁷ Licinio legato post præturam; post septem¹⁸ enim dies occidit. In Judæa¹⁹ rivus sabbatis omnibus siccatur.

XIX. E diverso miracula alia dira. Ctesias¹ in Armenia scribit esse fontem, ex quo nigros pisces illico mortem afferre in cibis: quod et circa Danubii exortum audivi, donec veniatur ad fontem alveo appositum, ubi finitur id genus piscium. Ideoque ibi caput ejus amnis intelligit fama. Hoc idem et in Lydia in stagno Nympharum tradunt. In Achaia² ad Pheneum aqua profluit e saxis, Styx appel-

16. *Dirum*. Diri ominis. HARD.

17. *Lartio*. Egimus de eo XIX, II. HARD.

18. *Post septem*. Libri editi hactenus: post præturam post septem dies accidit. Nos ex Chifflet. cod. voculam *enim* adjecimus: alteram ex conjectura sanavimus, *occidit*. Id enim dirum illud est, quod eo prodigio prænuntiatum paulo ante annuit. Reg. 1 *dirum* habet, ut editi. *Mirum* Reg. 2, et Chifflet. male. H.

19. *In Judæa*. Isidorus pariter Origg. lib. XIII, cap. 13, et Elias Thisbites Judæus in *Lexico Sambacion*. Nomen est fluvii de quo dicunt, quod per singulos dies hebdomadis tanto impetu currat, dempto sabbato, ut lapides magnos moveat, neque possibile, ut quis transeat. Cujus hanc ferunt esse causam, decem tribus illic captivas detineri ut non possint exire inde nec sabbato, ne violent istud. Et Ramham (hoc est, Rabbi Moses Ben Maiemon) scripsit hunc esse fluvium Gozam. . . Cæterum sapientes

vocarunt eum Sabbathon, ab eo quod cesset, sive quiescat in Sabbatho. Vide Cardanum de Subtil. lib. II. Josephum nihil moror, qui diversus a Plinio cæterisque abit, B. J. lib. VII, c. 24, ac sex diebus integris siccari, fluere tantum septimo asseverat. Holstenius in epistola de Sabbathio flumine, Eleutherum flumen esse putat, de quo l. V, c. 17, aut rivulum certe quem Eleutherus amnis influentem exceperit. Defecisse autem, sive ipsum fluvium, sive potius miraculum illud jam ante multa sæcula, ac fortasse statim post Hierosolymam excisam, id indicio est, quod nemo recentiorum ejus tanquam sibi visi meminere. HARD.

XIX. 1. *Ctesias*. Et Antigonus similiter Hist. Mirab. cap. 181. H.

2. *In Achaia*. Ita Reg. 2, et Isid. Origg. lib. XIII, cap. 23. In Chifflet. *Inachia*. In editis, *in Arcadia*: supervacua emendatione. Est enim Nonacris Arcadiæ, ubi Styx a Vitruvio collocatur, lib. VIII, cap. 3,

latur³, quæ illico necat, ut diximus⁴. Sed esse pisces parvos in ea tradit Theophrastus, lethales et ipsos, quod non in alio genere mortiferorum fontium. Necare aquas Theopompus et in Thracia apud Cychros⁵ dicit: Lycus in Leontinis⁶ tertio die, quam quis biberit⁷. Varro ad Socracten in fonte, cujus sit latitudo quatuor pedum, sole oriente eum exundare ferventi similem: aves quæ degustaverint, juxta mortuas jacere⁸. Namque et hæc insidiosa conditio est, quod quædam etiam blandiuntur aspectu,

pag. 163, proxima Pheneo, qui Achais amnis est: atque adeo eadem Stygis aqua, et quæ ad Pheneum, et quæ ad Nonacrim sita. Vide Pausan. in Arcad. Antig. Histor. Mirabilium, cap. 174; Strab. lib. VIII, sub finem, alioque. HARD.

3. *Styz appellata*. Vide cap. ult. libri præcedentis, et lib. I, c. 103. Vitruvius, lib. VIII, cap. 3. Vide et de illa prolixam commentationem apud Paulum Leopardum, lib. IV, cap. 8. DALEC.

4. *Ut diximus*. Lib. II, c. 106, et lib. XXX extr. HARD.

5. *Cychros*. Cychros, depravate. Lego, *Chropas* vel *Chropsos*. Sotion, Θεόπομος ἰσορεῖ κρήνην ἐν Χρωψί τῆς Θράκης ἐξ ἧς τοὺς λουσαμένους παραρῆμα μεταλλάττειν. Constant. ex Turneb. Advers. lib. VI, c. 13. Aristoteles, lib. de Mirabil. *Psittos* vocat, et fonticulum esse ait, non lacum, quem Hist. lib. III, ψυχρὸν, a frigiditate eximia nominari scribit. DALEC. — *Apud Cychras*. Consentiant omnia exemplaria, *Chropas* tamen, non *Cychros* Sotion ex eodem Theopompo scribit, nisi forte τῶν Χρωπῶν oppidum Κύχροι, ut Cilicum Σόλοι fuerit. Sic enim

ille in Excerpt. p. 139: Θεόπομος ἰσορεῖ κρήνην ἐν Χρωψί τῆς Θράκης, ἐξ ἧς τοὺς λουσαμένους παραρῆμα μεταλλάττειν. — Prodit Theopompus fontem apud Chropes in Thracia gentem, ex quo qui laverint, statim moriuntur. — Vitruvius tamen lib. VIII, cap. 3, p. 162: — Est apud Cychros in Thracia lacus, ex quo non solum qui biberint moriuntur, sed etiam qui laverint. — An *Cychropas* legi satius? Nam auctor libri de Mirab. Auscult. ἐν δὲ Κύκλωψι τοῖς Θραξί inquit (forte pro Κύκλωψι) κρηνίδιόν ἐστιν ὕδωρ ἔχον, ὃ τῆ μὲν ὄψει καθαρὸν καὶ διαφανές, καὶ τοῖς ἄλλοις ἄμοιον· ὅταν δὲ πίνῃ τι ζῶων ἐξ αὐτοῦ, παραρῆμα διαφθείρεται. HARD.

6. *Lycus in Leontinis tertio die si quisquam biberit*. Rectius in spographo nostro, — *Lycus in Leontinis tertio die quam quis biberit.* — PINT. — *Lycus*. Historicus, de quo nos in Auctorum Indice. HARD.

7. *Tertio die si quisquam biberit*. Voss. et Pintiani: — *Lycus in Leontinis tertio die, quam quis biberit.* — ΓΡΟΝΟΝ.

8. *Avesque quæ gustaverint, juxta mortuas jacere*. Vossian. — *aves, quæ degustaverint.* — ΓΡΟΝΟΝ.

ut ad Nonacrin Arcadiæ⁹. Omnino enim nulla deterrent qualitate. Hanc putant nimio frigore esse noxiam, utpote³ quum profluens ipsa lapidescat. Aliter circa Thessalica Tempe¹⁰, quoniam visus omnibus terrori est: traduntque etiam æs ac ferrum erodi illa aqua. Profluit (ut indicavimus¹¹) brevi spatio: mirumque¹², siliqua silvestris amplecti radicibus fontem eum dicitur¹³, semper florens purpura. Et quædam sui generis herba in labris fontis viret. In Macedonia¹⁴, non procul Euripidis poetæ¹⁵ sepulchro, duo rivi confluent, alter saluberrimi potus, alter mortiferi.

9. *Ad Nonacrin Arcadiæ.* Quæ in montibus habet stillantes e saxo frigidissimos humores. VITRUV.— *Ut ad Nonacrin Arcadiæ.* Vide quæ ex Seneca retulimus, lib. II, cap. 106. HARD.

10. *Aliter circa Thessalica Tempe.* Seneca Nat. Quæst. I. III, c. 20, pag. 872: « Est autem noxia aqua in Thessalia circa Tempe quam et feræ et pecus omne devitat: per ferrum et æs exit: tanta vis illi inest etiam dura molliendi, etc. » De Orco amne Plinius agit hoc loco, de quo nos plura, l. IV, c. 15. H.

11. *Ut indicavimus.* Lib. IV, cap. 15, sub finem. HARD.

12. *Mirumque.* Vitruv. lib. VIII, cap. 3, pag. 163: « In Thessalia fons est profluens, in quo fonte nec pecus ullum gustat, nec bestiarum genus ullum propius accedit: ad quem fontem proxime est arbor florens purpureo flore. » Quid siliquæ nomine intelligi oporteat, vide XIII, 16, et XV, 26. HARD.

13. *Fontem eum dicitur.* Eurotan intelligit, amnem, quem Peneus accipit, non recipit, sed olei modo supernatantem brevi spatio porta-

tum abdicat, pœnales aquas, dirisque genitas, argenteis suis misceri recusans, lib. IV, cap. 8. DALÆC.

14. *In Macedonia.* Sic etiam Vitruv. loc. cit. « Non minus in Macedonia, quo loci sepultus est Euripides, dextra ac sinistra monumenti, advenientes duo rivi concurrunt in unum: accumbentes viatores pransitare solent, propter aquæ bonitatem: ad rivum autem, qui est in altera parte monumenti, nemo accedit, quod mortiferam aquam dicitur habere. » HARD.

15. *Euripidis poetæ sepulchro.* Euripidis sepulchrum Athenis monstrari, sed κενόν, Pausanias scribit: Strabo in Argivorum foro item κενόν, quod *Palinthum* vocaverunt. Canibus proscissus interiit ad lacum Bormiscum, natura tristis et morosus, oculis in terram defixis, σκοθρωπός, μισόγυλος, μισόγυνος. Canes, a quibus laceratus est, indigenæ vocant *Esterineas*, Homerus τραπισήας κύνας, inquit, τραπισήας κυλάωρους. Ejus conditi sepulchrum, ut Lycurgi, de celo tactum. Rhodig. XXIV, 10. DAL.—E Nasonis diris in Ibin, vs. 597, quæ non-

XX. In Perperenis¹ fons est, quamcumque rigat, lapideam faciens terram²: item calidæ aquæ in Eubœæ³ Delio.

nulla habent rara ac paucis admodum nota, hi canes dicuntur Dianæ templum servasse. En verba: « Utque cothurnatum vatem tutela Dianæ, Dilaniet vigilum te quoque turba canum. » A. J.

XX. 1. In Perperenis. Straboni, lib. XIII, prope Lyciæ Hierapolin aqua fontis tam facile in lapidem durescit, ut qui ejus rivus deducunt, septa ex integro solidoque lapide conficiant. Ad Gergoviam Arvernorum fons lapideum sibi pontem facit. Straboni Perperenæ Troædis oppidum cui vicinum æris metallum. Perpera Lydiæ urbs Ptolemæo. DAL. — Quæ hoc loco ait, simplicissima, nec difficultatem ullam physicis creant. Sed notandum a Nostro et a Veteribus cunctis non satis distingui petrificantium aquarum naturam et incrustantium. Priores, dum siliceas secum portiunculas, sed minimas, nec visui pervias, devehunt, lignorum poros penetrant, ejectisque demersorum corporum prioribus elementis, elementa suggerunt crystallina, ordinem molecularum incolunt. Sed incrustantium aquarum evidentior actio, qua sponte eas deponunt, crustæ instar, terrestres partes, quibus mixtæ decurrunt. Petrificantium exemplar maxime spectabile lacus ille quem Hibernia dixit *Laugh Neagh* (cui ea adde quæ suppeditavit BRUCKMANN, *Hamburgisches Mag.* II, 156; IV, 503, etc.) ; incrustantium, fons ad Guancam - Velicam, balinæ a Sancto Philippo dictæ in Etruria, thermæ non procul a Turonibus,

Tiburtina tragemata (*dragées de Tivoli*), et Carolothermensium (*Carlsbad*) aquarum mirabile receptaculum, non humanarum artium opus, sed naturæ et ipsarum sponte crustas adstruentium aquarum. Cæterum thermalium aquarum sæpiuscule incrustatio est. A. J.

2. Fons est, qui quacumque rigat lapideam facit terram. Pintiani lib. sine rō qui, et faciens pro facit. Voss. « fons est quacumque rigat lapidem faciens ter. item. » Scribe: « In Perperenis fons est, quæcumque rigat, lapidea faciens. » Sequitur: « Item calidæ aquæ in Eubœæ Delio. Namque alius rivus. » In quo merito notavit Salmasius Delium illud Eubœæ ignorari, conjecitque in *Eubœæ Dio*, ad Solinum, pag. 144. Gud. quoque et Academ. Menapiusque in *eubœdion* namque. Andegav. in *eubœdedion* namque. Præstantior: « in eubœæ ædem pronam qua cadit rivus, » tum *altitudinis*. Scribendum censeo: « Fere idem calidæ aquæ in Eubœæ Dianæ promontorio: nam qua cadit rivus, saxa in altitudines crescunt. » Artemisium significat. Vulgatum est a Gelenio, quum legeretur, in *Eubœa*. In *Lebedo*. GRON.

3. Item calidæ aquæ in Eubœæ Delio. Lege: « Item calidæ aquæ in Eubœæ Dio, vel Dieo. » Διός Eubœæ oppidum haud longe ab Ellopia et Ædepsō. SALM. — In *Eubœæ*. Reg. 1, *debio*. R. 2, « In Eubœæ eadem perna qua cadit, etc. » Conjic. Salmas. p. 177, in Eubœæ Dio, est enim Διόν Eubœæ oppidum: additque situm illud fuisse haud procul Ædepsō:

Nam qua cadit rivus, saxa in altitudinem crescunt. In Eurymenis dejectæ coronæ⁴ in fontem, lapides fiunt⁵. In Colossis flumen est, quo lateres conjecti, lapides extrahuntur. In Scyretico⁶ metallo arbores quæcumque flumine alluuntur, saxa fiunt cum ramis. Destillantes quoque guttæ in lapides durescunt in antris Coryciis: nam Miezæ in Macedonia, etiam pendentes in ipsis cameris: at in Coryco, quum cecidere⁷. In quibusdam speluncis utroque modo, columnasque faciunt⁸, ut in Phausia Chersonesi⁹ Rhodiorum in antro magno, etiam discolori aspectu. Et hactenus contenti simus exemplis¹⁰.

XXI.(III.) Quæritur inter medicos, cujus generis aquæ sint

quo haud leve εφέλλα prodit, geographicæque rei ἀπειρία. HARD.

4. In Eurymenis dejectæ coronæ. Thessaliæ, Hecatæo; Macedoniæ, Plinio. DALRG.

5. Lapides fiunt. In Colossis flumen est; in quo lateres. MSS. lapideæ fiunt. Deinde, flumen est colateres. Lego: « In Colossis flumen est, quo lateres conjecti, lapides extrahuntur. » Est autem hoc quale Ovid. Metam. lib. I, vers. 133: « quæque diu steterant in montibus alni, Fluctibus ignotis insultavere carinæ. » Ut quidem illum scripsisse prope modum pro certo habemus: etsi libri, in montibus altis. Eæ sectæ et mutatæ, ut sint carinæ. Sic lib. V, vers. 455: « et qua modo brachia gessit, Crura gerit. » GROM.

6. In Scyretico. In metallicis fodinis insulæ Scyri. HARD.

7. Destillantes. . . quum cecidere. Stalactiton et stalagmiton differentias inuit; quæ in hoc similes sunt, quod originem ex aquis trahant calcaria secum elementa deventibus; distant vero in hoc quod

partim in cameris et fornacibus suspensæ hæreant, partim cadant, plantas, arbores, animantia, vel, ne a Plinio aberrem, columnas et quidquid spectantium mens somniat, representantia. De his infra fusius disputabitur ad libros in quibus mineralia dicuntur. AS.

8. Columnasque faciunt. Aristot. περι θαυμ. ἀκουσμ. scribit, ότι σπήλαιόν ἐστιν ὃ καλεῖται γλαφυρόν, καὶ ότι ἐν τούτῳ κίονες, non, ut vulgo legitur, χιόνες, πεπηγασιν ἀπό τινῶν ζαλαγμῶν. DALRG.

9. Chersonesi. Est hæc Chersonesus in Caria, Rhodo adversa, ubi Cnidus oppidum extrema ejus obtinet. Meminit ejus Seneca, laudandus a nobis cap. 30. HARD.— Præclarissimum omnium est antrum in Antiparo; nec nos Galli conticescere possumus de specu calcari ad Arcy, prope oppidulum Vermanton. AS.

10. Et hactenus contenti simus exemplis. Exempla plura multo collegit Cæsius de Mineral. lib. I, 6, cap. 10, pag. 104. HARD.

utilissimæ. Stagnantes¹ pigrasque merito damnant, utiliores quæ profluunt existimantes, cursu enim percussuque ipso extenuari atque proficere. Eoque miror, cisternarum ab aliquibus maxime probari. Sed hi rationem² afferunt, quoniam levissima sit imbrium aqua, ut quæ subire potuerit ac pendere in aere. Ideo et nives præferunt imbribus, nivibusque etiam glaciem, velut affinium coacta³ subtilitate. Leviora enim hæc esse, et glaciem multo levior em aqua. Horum sententiam refelli interest vitæ. In primis enim levitas illa deprehendi aliter, quam sensu⁴, vix potest, nullo pæne momento ponderis⁵ aquis inter se distantibus.

XXI. 1. *Stagnantes*. Columella, I, 5 : « Deterrima aqua palustris, quæ pigro lapsu repit; pestilens, quæ in palude semper consistit. Hic idem tamen humor, quamvis nocentis naturæ, temporibus tamen hiemis edomitus imbribus mitescit : ex quo cælestis aqua maxime salubris intelligitur, quod etiam venenati liquoris eluit perniciem, etc. » HARD.

2. *Sed hi rationem*. Praxagoras scilic. Cous medicus antiquissimus, teste Athenæo, II, 46; Athenæus ipse, l. II, p. 42, aliique. E Latinis Celsus, lib. II, cap. 18 : « Aqua levissima pluvialis est, deinde fontana, tum ex flumine, tum ex puteo : post hæc, ex nive, aut pluvia. Gravior his, ex lacu; gravissima ex palude. » Columella, l. c. « Vastæ cisternæ hominibus, piscinæque pecoribus instruantur, colligendæ aquæ tandem pluviali, quæ salubritati corporis est accommodatissima; sed ea sic habetur eximia, si fictilibus tubis in contextam cisternam deducatur. » Hippocrates lib. de aere et aquis, c. IV, p. 197.

Tom. VI Opp. Galeni : Τὸν ἑδάτων κρυρότατα τὰ ὑμέτρα, καὶ γλυκύτερα, καὶ λεπρότατα, καὶ λεπτότατα. H. — Optime hæc de aquarum levitate ac gravitate. Quibus cf. quod nos infr. (pag. 392). Sed nec illa quæ Colum. addidit, negligenda, nempe aquam fictilibus tubis in cisternis contextas deducendam. Nam facillime iis vitis laborant, quæ mox Noster describet, et in primis citissima putredine. A3.

3. *Velut affinium coacta subtilitate*. Velut ad extremum redacta subtilitate aquæ, « in glacie ac nive, ita ut major alibi esse non possit. » R. 1, ad infinitum. Reg. 2, *velut ad finitum*. Satis legi, *ad finium*, vel ut nunc vulgo scribimus, *affinium*? Ut sit sententia, perfici veluti gradibus quibusdam subtilitatem aquæ: ut sit in nive major, quam in imbribus: in glacie, quam in nive: quantum sunt ista tria cognata inter se et affinia. Sic paulo post Plinius hoc cap. *cognatis et nivis causis*. HARD.

4. *Sensu*. Ventriculi graviter aut leviter ferentis. DALRÉC.

5. *Nullo pæne momento ponderis*.

evitatis⁶ in pluvia aqua argumentum est subisse eam lum, quum etiam lapides subire appareat⁷, cadensque atur halitu terræ. Quo fit ut pluvix aquæ⁸ sordium

lsum. Seneca, Quæst. Nat. I, cap. 2. Habent præterea discrimina. Primum tactus, et, calidæque sunt. Deinde ris, omnes aut leves aut grana. Signum id levitatis, si ad cæteris aquæ bonitatem indus, *ἰπαινεῖσθαι μόνον δ' οὐκ ἔξαρ* Egineta scribit. Athen. I, II, et fontis in Corintho appenadit, leviolem fuisse depre- n reliquis omnibus totius Hel- DALEC. — *Nullo pæne monu-* etc. Inscriptio vetus apud p. 178: IMP. DIOCLETIANVS. PIVS. FELIX. PLVRIMIS. OPE- IN. COLLE. HOC. EXCAVATO. VAESITAM. AQVAM. IVGI. PRO- D. EX TOPO. HIC. SCATENTEM. IT. MAR. SALVBRIOREM. TIBER. AEM. (hoc est, ut remur, cia salubriorem, Tiberio le- 1.) CVRANDIS. AEGRITVDINI- TATERA. IVDICATAM, etc. H. *Nec levitatis in pluvia aqua... appareat.* Plinius videtur cre- vi tantum mechanica elan- nas in sublime, ut lapides, mbeas glandes, etc. quod qui- up. dixit, I, II, c. 32. Sed fal- artim. Solæ aquæ eo modo lunt et in altiorem aerem quæ ab ignivomis montibus n- tur, et quas humana indu- rsum tulit, aut impulit. Gutta pluvialis, ubi efficitur intra , levissimum habet pondus cum, non ob aquæ ipsius in- rum tantummodo pondus, sed vesicularis forma guttulis ca-

vis contigerit. At antequam guttæ exstent, nil in aere nisi vapor, qui, coactus, modo nubium, interdum nebulæ sibi nomen adrogavit. Vulgo nubes 1800 metr. supra ter- ram volvuntur, nonnunquam tamen altius; sic BOUGUER (quo tempore cum GUDIN, DE JUSSIEU, LACON- DAMINE, jubente Regali Scientiar. Acad. Americam merid. devenit, quid *pendulo* oscillationum foret sub æquatore, observaturus), quas- dam euntes vidit 700 metr. circiter supra cel. montis *Chimborazo* (6100 metr.) fastigium; et recentior GAY- LUSSAC, dum in Mongolferiana ma- china *ἀποβαταῖ*, et distat a terra fere 6000 metr. multo altiores nu- beculas sibi perspectas ait. Ex his, ne dubites id in causa esse præci- pue cur vapores sursum eant, quod leves sint præ aqua vulgari; sed non ego negaverim mechanice quo- que electricam vim egisse, dum *positiva*, ut aiunt, nubes in altum aera tolluntur, *negativa* vero de- mittuntur ad terram nebulæ. AJ. 7. *Quum etiam lapides subire ap- pareat.* Vi venti ac turbinis arreptos in sublime, ut dictum est lib. II, cap. 38. HARD.

8. *Quo fit ut pluvix aquæ sordium inesse plurimum sentiatur.* Hoc verum de pluvia quæ post longam siccita- tatem primæ nubibus demittitur. Hæc dum aerem trajicit, multa *ἰρίπου γίνου*; secum abducit, et im- purissima terram proluit. Sed cæte- ræ puræ. Imber e vaporibus. Quid- quid autem turbidum et terra mix-

inesse plurimum sentiatur, citissimeque ideo calefiat⁹ aqua pluvia. Nivem quidem glaciemque subtilissimum elementi ejus videri miror, appposito grandinum argumento¹⁰, e quibus pestilentissimum potum esse convenit. Nec vero¹¹ pauci inter ipsos e contrario ex gelu ac nivibus insaluberrimos potus prædicant, quoniam exactum sit inde, quod tenuis-
3 simum fuerit. Minui¹² certe liquorem omnem congelatione deprehenditur, et rore¹³ nimio scabiem fieri, pruina¹⁴ ure-

tum est in his, id post volutationem longam, deorsum fertur ac cogitur in nebulas; quod superest, dissolvitur magis ac magis solis tactu; hinc pluvialibus guttulis origo; unde vides quam puras esse eas necesse sit. *Ar.*

9. *Calefiat. Et corrumpatur, ac putrescat. DALRG. — Calefiat. Igne subjecto. HARD.*

10. *Apposito grandinum argumento. Si quanta maxima subtilitas esse aquæ potest, inquit, tanta est in glacie ac nive, eandem esse et grandinis conditionem oporteret: quum nihilominus pestilentem aquæ grandinæ potum esse, vitæ usus edoceat. HARD.*

11. *Nec vero pauci. Hippocrates, lib. de aere et aquis, c. 4, p. 199. Tom. VI Opp. Galeni: Τὰ δὲ ἀπὸ χιόνος κρυζάλλων... πονηρὰ πάντα... τὸ μὲν αὐτοῦ λαμπρὸν, καὶ κούρον, καὶ γλυκὺ, ἐκκρίνεται καὶ ἀφανίζεται· τὸ δὲ θολωδέστατον καὶ σαθρωδέστατον, λείπεται. « Quæ vero aquæ ex nive aut glacie fiunt, omnes pravæ: nam quod in ipsis et clarum, et leve, et dulce est, excernitur et evanescit: quod vero turbidissimum et ponderosissimum, relinquitur. » Galenus item Comment. in Aphor. 24, tom. IX, pag. 209. Habet in*

eam rem multa elegantie plenissima Seneca, Natt. Quæst. lib. IV, extrem. quanquam non ad Plinium satis facientia. Ille enim declamat in luxuriam convivorum; Noster est in delicatissimi hujus e nive potus dispicienda celebritate. Cæterum non inutilis, quum vel ex hoc intelligas nive temperata vina sæpe ebibi, non, ut apud nos fit, in nive et glacie frigus dulce nacta. *HARD. et Ar.*

12. *Minui. Nempe quum solvitur et liquescit: quo argumento efficitur, exspirasse et evanuisse id quod erat in aqua levissimum: quod gravissimum, id solum superesse. Hippocrat. loc. citat. Plinius ipse inter confessa ponit, lib. II, cap. 61: « Gelando liquorem minui, solutaque glacie non eundem inveniri modum. » *HARD.**

13. *Rore. Rubiginem. Plinius, lib. XVII, cap. 44: « Cæleste frugum, vinearumque malum, nullo minus noxium est rubigo. Frequentissima hæc in rosido tractu. » Vide et lib. XVIII, cap. 68. *HARD.**

14. *Pruina. Pruina est quæ lapsa persidet ac gelat, nec fit nisi immoto aere ac sereno, gelée blanche, a perurendo dicta; quod fruges et virgulta perurit: unde is morbus*

1, cognatis¹⁵ et nivis causis. Pluvias¹⁶ quidem aquas
time¹⁷ putrescere convenit, minimeque durare in na-
tione. Epigenes autem, aquam quæ septies putrefacta
rehibet amplius non putrescere. Nam cisternas etiam
si confitentur inutiles, alvo duritias facientes, fauci-
e¹⁸: etiam limi non aliis inesse plus¹⁹, aut animalium
faciunt tædium²⁰, confitendum habent. Nec statim 4
im²¹ utilissimas esse²², sicuti nec torrentium ullius,
que plurimos salubres maxime. Quædam igitur et hu-
eneris aptissimæ aliæ alibi²³. Parthorum²⁴ reges ex

um et fruticum *uredo* dictus,
HARD.

Cognatis. Quum sint causæ
, « quæ nivem et quæ rorem
inam gignunt. » HARD.

Pluvias. Hippocrat. loc. cit.
98. A quo dissidere Celsus
r, lib. II, c. 30, dum inter
alvum adstringunt, « aquam
censet, id est, eam quæ
putrescit, idem pluviam po-
im. » HARD.

Celerrime putrescere. Æginetæ
utatis certissimum signum.

Faucibusque. Rufus apud
n, lib. I, sect. 3, cap. 165,
pluviam distillationes gene-
rabit, præsertim si frigida
r. DAL. — *Faucibusque.* Fau-
duritiæ malum tonsillis et
illis affine, cognatumque. H.
Limi non aliis inesse plus. Li-
eæ colligunt e tectorum et
im sordibus, per quos in ci-
n defluunt. DALEC.

Aut animalium quæ faciunt
i. Vermiculorum ex aquæ
line nascentium. HARD.

Nec statim annium. Hæc fere

totidem verbis, allatis præterea
hujus placiti causis, Hippocrat. l.
c. 5. HARD.

22. *Annium utilissimas esse.* Quæ
assiduo fluxu exercentur. Πηγαία
καὶ ποτάμια νάματα πρόσφατα εἶναι
καὶ νεογενῆ, λιμναῖον δὲ ὕδωρ ἰσχυρὸν καὶ
παλαιὸν, Veteres crediderunt, ideo-
que palustrem aquam noxiam esse,
fontanam et fluviatilem perennem,
salubrem. Rhodig. lib. XXVII, c.
3. DALEC.

23. *Quædam igitur et hujus generis*
aptissimæ aliæ alibi. Scribe, « Quæ-
nam igitur et cujus generis aptissi-
mæ? Aliæ alibi. » Ut sit interrogatio
et responsio ex antiquo codice. Sic
non multo post: « Ex quonam ergo
genere maxime probabilis contin-
git? » PINT.

24. *Parthorum reges ex Choaspæ*
et Eulæo tantum bibunt. Hæc quamvis
in longinqua comitantur illos. Idem
ergo Choaspes et Eulæus, sed alio
nomine ubi primum oritur; alio
ubi denuo exoritur signari. SALM.

— *Parthorum reges ex Choaspæ*
et Eulæo tantum bibunt: et eæ,
etc. Solinus, cap. xxxviii, p. 68,
a Plinio: Plinius, alique ab Hero-

Choaspe et Eulæo tantum bibunt : et eæ quamvis in longinqua comitantur illos. Et horum placere potum, non quia sint amnes, apparet : quoniam nec e Tigri, nec Euphrate, nec e multis aliis bibunt.

XXII. Limus aquarum vitium est¹ : si tamen idem amnis anguillis scateat, salubritatis indicium habetur ; sicuti frigoris, tineas² in fonte gigni. Ante omnia autem damnantur³ amaræ : et quæ⁴, quum sorbentur⁵, statim

doto, lib. I, Clio, num. 188, pag. 178 : Ἀπὸ τοῦ Χαλάσπης ποταμοῦ... τοῦ παρὰ Σοῦσα ῥέοντος, εὐ πίνει βασιλεύς, etc. Leuiorem cæteris Eulæi amnis aquam decima quinta parte esse, animadversum esse aiunt. Negat Athenæus, lib. II, pag. 46, ex pondere æstimatam. HARD.

XXII. 1. *Limus aquarum vitium est.* Sane et fere omnium fluvialium. Ille limus e terrestribus portuiculis constat, quas vi raptas et assiduo succussu minutatim divisas aqua devehit rapidissime, mox relictura ubi impetus deferbuerit. Nili, incrementi tempore, limus videtur cl. doctori SHAW esse aquosi voluminis 1/134. Rhenus, quum intumescit maxime, volvit cum fluctu, teste HARTZOECKER, 1/100. A fluminis Flavi, vel Hoang-ho, aquis mediocriter turbulentis narrat MACKARTNEY, datum limi cl. doctori BARROW 1/200. AJ.

2. *Tineas.* Vulgo écrouelles. DAL. — *Tineas.* MSS. Reg. 1, 2, *ténias*, quæ vox vermiculos sonat, ut sæpe diximus. HARD.

3. *Ante omnia autem damnantur, etc.* Lege : « Ante omnia autem damnantur amara, et quæ sorptæ statim implent : quod evenit Trœzene : nam nitrosas atque salinacidas in

desertis, etc. » *Salinacidæ* non sunt simpliciter, ai ἀλασπίδες, aut ἀλακίδες, ut Græci vocant fontes salsos, sed acidi simul et salsi, acidæ nimirum salinæ. Plin. « aliæ sulphuris, aliæ salis, aliæ nitri, aliæ bituminis ; » uno verbo *salinacidæ* has Latini vocarunt. SALLÆ.

4. *Amaræ et quæ scrobem statim implent.* Quæ vero illæ sunt aquæ, quæ scrobem statim implent? Liber optimus habet, *quæ sorbem.* Lege, *quæ sorptæ statim implent.* Hactenus è πάνι ad Solinum, p. 115. Adeo placebat sibi, ut mallet ignorare omnium adhuc tractatorum codd. optimum esse Chiffletianum, et in eo legi *sorbentem*, quam levissimam conjecturam perdere. Vossianus Chiffletiano subscribit. GROX.

5. *Et quæ, quum sorbentur.* Sic totidem plane syllabis apicibusque codex Reg. 2. In Reg. 1, « et quæ sorbem, statim impleat. » In Chiff. *quæ sorbentem.* In libris vulgatis, *ridicule*, « et quæ scrobem statim impleat. » At præter codicum fidem, haud minus sane certus emendandi auctor Athenæus exstitit, lib. II, pag. 42 : « Ex aquis multæ, inquit, corpulentæ sunt, ac velut insita quadam gravitate ponderosæ, ut ad Trœzenem, quæ gustata os statim

implent⁶ : quod evenit Troezenae. Nam nitrosas atque salmacidas⁷ in desertis Rubrum mare petentes, addita⁸ polenta, utiles intra duas horas faciunt, ipsaque vescuntur polenta⁹. Damnantur in primis fontes¹⁰, qui cœnum faciunt, qui que malum colorem bibentibus : refert¹¹ et si vasa ærea

implet : « ὡς τὸ ἐν Τροίῳ· τοῦτο γὰρ καὶ τῶν γεωμενῶν εὐθὺς ποιεῖ πλήρες τὸ σῶμα. HARD.

6. *Quæ scrobem statim implent.* Effossa leviter terra, quoniam eas non perennibus venis scaturiunt, sed sub eximia terræ facie colatæ, ejus sordibus inquinantur. DAL.

7. *Salmacidas in desertis Rubrum mare rubentes.* Lego, atque salsas : gustu salso ingratas ac injucundas. Salmacides Græcis, quæ molles reddunt, ac eviratos : qualis Halicarnassii fons fuit, memoratus ab Ovidio, Strabone, Vitruvio. Huius lectioni adstipulatur Vitruvius, lib. VIII, cap. 3. Vide Scal. in Auson. « Vidit semivirum fons Salmacis Hermaphroditum. » DALEC. — *Salmacidas in desertis Rubrum mare*, etc. Acidus simul atque salsus. Legitur hæc vox etiam apud Plin. Val. Salmasium, Reinesiumque nil moror, qui salinacidus legi volunt : perinde ac si non eadem vis foret et vocis istius *salmacidas*, quæ esse potest alterius, *salinacidus*. Nam et salmentum pro salsamento dixisse Veteres, ex Joh. de Janua scimus. Sed et Glossæ Philoxeni Salmacidum retinent. *Salmatia aqua*, ἀλμυρὸν ὕδωρ, *salmacidum*, ἀλμυρὸν, *salmacidus*, ἀλμυρὸς, ἀλώδης. Et priore parte : ἀλμυρὸς, *salmacidus*, *salsus*, ἀλμυρὸν, *salmacidum*, etc. HARD.

8. *Addita.* Paxamus in Geopon. lib. II, cap. 4, pag. 35, aquarum

vitium emendari suadet, hordeo contuso in aquas injecto, quod in linteolo prius illigatum : ἡ κριθὰς κόψαντες, καὶ εἰς βάκος ἐνδύσαντες, καταδώμεθα ἐν τοῖς ὕδασι. HARD.

9. *Polenta.* Græci polentam dicunt ἀψιτὸν, hordei torrefacti farinam. ED.—Cassianus, lib. II, cap. 4. DALEC.

10. *Damnantur in primis fontes.* Cf. Vitruvius, lib. VIII, cap. 4. DAL. — *Damnantur in primis fontes.* Consentit et Galen. t. IX, Comm. 5 in aphorism. pag. 211. HARD.

11. *Refert et si vasa ærea inficiunt*, etc. Interest etiam plurimum, ut in vase æreo maculam non faciat, et legumina cito coquat. In libris hactenus editis, *ære*. In Reg. 2, *ære*. Nos *ærea* ex indubitata conjectura, quam firmat etiam egregie Palladius in Augusto, lib. IX, tit. 10, pag. 137 : « Aquam vero novam sic probabis, inquit : in vase æneo nitido sparges, et si maculam non fecerit, probabilis judicetur. » Vitruvius, lib. VIII, c. 5 : « Si fons novus fuerit fossus, et in vase Corinthium, sive alterius generis, quod erit ex ære bono, ea aqua sparsa maculam non fecerit, optima erit. » Athen. lib. II, pag. 46, indicium aquæ bonæ id statuit, esse, si vasis æneis affusa, nulla ea æruginè inficit, εἰς χάλμιον ἀγγεὸς ἐγχιόμενον οὐ ποιεῖ τὸ ἰώδες. H.

inficiunt, aut si legumina tarde percoquant¹², si liquatae leniter terram relinquunt¹³, decoctasque crassis obducunt vasa crustis. Est etiamnum vitium¹⁴ non foetidae modo, verum omnino quidquam resipientis, jucundum sit illud licet gratumque, et ut saepe, ad viciniam lactis accedens. Aquam salubrem¹⁵ aeri quam simillimam esse oportet. Unus in toto orbe¹⁶ traditur fons aquae jucunde olentis in Mesopotamia, Chabura. Fabulae rationem afferunt, quoniam eo Juno perfusa sit. De caetero aquarum salubrium sapor odorve nullus esse debet.

XXIII. Quidam statera judicant¹ de salubritate, fru-

12. *Aut si legumina tarde percoquant.* Palladius in August. lib. IX, tit. 10, pag. 137: « Aquam vero novam sic probabis... Decocta aeneo vasculo, si arena vel limum non relinquit in fundo, utilis erit: item si legumina cito valebit excoquere, vel si colore pellucido, carens musco, etc. » Praesivit Palladio Celsus, inferius a nobis laudendus. HARD. — Optima haec. Quae sit de facili leguminum coctione, his adnectunt hodie et facilem saponis solutionem. Illa nempe aqua non probatur, qua saepe aut difficili, aut nullo modo solvitur. AJ.

13. *Si liquatae leniter terram relinquunt.* Si effusus non ab ea combibantur. DALEC.

14. *Est etiamnum vitium.* Arist. lib. de sensu, cap. 4. DALEC.

15. *Aquam salubrem.* Nempe ut sit aequae saporis omnis omnino ex parte, atque serena esse necesse est, ut ne sit noxius. Plinius, lib. XV, cap. 32: « Sentiri quidem aquae saporem ullum succumve vitium est... odor ipse nullus est aquis: aut si sentitur, omnino vitium est. »

16. *Unus in toto orbe.* Adde et puteum Mothons in Peloponneso, aquae Cyzicenum unguentum resipientis, cujus Pausanias meminit in Messeniaceis, circa finem. Item Athenensis, lib. IV, pag. 284. HARD.

XXIII. 1. *Quidam statera judicant.* Ut Erasistratus, qui apud Athen. lib. II, c. 46, inconsideratos esse, fallique eos tradit, qui statera bonitatem aquarum exquirunt: « quoniam, inquit, si aqua ex Amphiarai fonte, quae saluberrima est, cum aqua Eretria vitiosa componitur, nullum profecto ponderis discrimen intercedit, » ἁπλοῦς οὐδ' ἤτις διαφορά κατὰ τὸν σταθμὸν. Vide vetustam inscriptionem Diocletiani Augusti superius a nobis allatam, c. 21. Item lib. V, pag. 588. HARD. — *Quidam statera judicant de... ut levior sit aliqua.* Cum hoc loco illa jungenda quae ipse prius (c. 21) nullo paene momento ponderis aquis inter se distantibus. Distant tamen, sed momento levi, quanquam nec levissimo nec stateram fallente. Sed nobis fatemur aptiora instrumenta esse in

strante diligentia, quando perrarum est, ut levior sit aliqua. Certior subtilitas², inter pares meliorem esse, quæ calefiat refrigereturque celerius. Quin et haustam³ vasis, ne manus pendeant⁴, depositisque in humum, tepescere affirmant. Ex quonam ergo genere maxime probabilis continget? Puteis nimirum⁵, ut in oppidis constare video: sed his, quibus exercitationis ratio crebro haustu contingit, et illa tenuitas colante terra. Salubritati hæc satis a

promptu, quam prisci ævi indagatoribus fuit. Cæterum Erasistratus, apud Athen. lib. II, idem quoque asseverat. Synes. epist. XX, stateram describit hydroscopicam, sic: Τῆ φιλοσόφῳ. Οὕτω πάνυ πέπραγα πονηρῶς, ὥς ἐν ὑδροσκοπίῳ μοι δεῖ ἐπιταξὸν αὐτὸ χλαμυθῆναι τε καὶ συνωνηθῆναι. Σωλήν ἐς κωνιδρῆκος, αὐλοῦ καὶ σχῆμα καὶ μέγεθος ἔχων. Οὗτος ἐπὶ τινος εὐθείας δέχεται τὰς κατατομάς, αἷς τῶν ὑδάτων τὴν ῥοπὴν ἐξετάζομεν. Ἐπιχωματίζει γὰρ αὐτὸν ἐκ θατέρου κῶνος κατὰ θέσιν ἴσῃ ἐγκείμενος, ὥς εἶναι κωνὴν βάσει ἀμφοῖν, τοῦ κῶνος τε καὶ τοῦ σωλήνος· αὐτὸ δὲ τοῦτο ἐστὶν τὸ βαρύλλιον. Ὅταν οὖν εἰς ὕδωρ καθῆς τὸν αὐλὸν, ὄρθος ἐς ἡξίαι, καὶ παρέξει σοὶ τὰς κατατομάς ἀριθμῶν· αἱ δὲ τῆς ῥοπῆς εἰσὶ γνωρίσματα. Diligentissime aquas pensitaverunt, tum physices, tum chymicæ peritissimi recentiores. En numeri, secundum Cl. V. ΒΕΡΓΜΑΝΝ, specifici tantum ponderis ratione habita.

Aquæ stillatæ	1000	
Aquæ e fonte, quum		
maxime puræ	1001 ad 1005.	
Aquæ fluviat.	1010.	
Aquæ marinæ	1012.	
Aquæ stagnantis	1102.	AJ.

2. Certior subtilitas, inter pares,

etc. Sic Athenæus, lib. II, c. 24: ὑγινά. Quod ex Hippocrate rursum confirmat, p. 26, Hippocratis ipsius testimonio, petito videlicet e l. V, aphorism. 26, pag. 220. Tom. IX Opp. Galeni, Ἰδὼρ τὸ ταχέως θερμανόμενον, καὶ ταχέως ψυχόμενον, κούφοτατον. Leviolem Galenus in eum locum accipi putat oportere, non quæ minus ponderis habeat: id enim vel iudice trutina potest intelligi: sed quæ ventri minus gravis, citiusque permeet. Contra Celsus ex statera dijudicat, II, 18: «Levis pondere, inquit, apparet: et ex his quæ pondere pares sunt, eo melior quæque est, quo celerius ex ea legumina percoquantur.» HARD.

3. Quin et haustam vasis. Quin et e vase in quo sit decocta, haustam minoribus vasis aquam... iisque humi depositis, tepescere statim affirmant. HARD.

4. Ne manus pendeant. Plena obscuritatis oratio. Sententia videtur esse, utraque manu vas arripi oportere: neutram esse pendulam. Læctioni tamen vulgatæ saffraganter codices manu exarati, quos vidi, omnes. HARD.

5. Puteis nimirum. Avicenna, I, 4, damnat. DALEC.

sunt. Frigori⁶ et opacitas necessaria, utque cælum videant. Super omnia observatio una, eadem et ad perennitatem pertinet, ut illa vado exsiliat vena⁷, non e lateribus. Nam ut tactu gelida sit, etiam arte contingit: si etiam expressa⁸ in altum, aut e sublimi dejecta, verberatu⁹ corripiat aera. In natando quidem spiritum continentibus frigidior sentitur eadem. Neronis principis inventum¹⁰ est, decoquere aquam, vitroque demissam in nives refrigerare.

3 Ita voluptas frigoris contingit sine vitiiis nivis¹¹. Omnem

6. *Frigori*. Ut frigida sit aqua, præterea necessaria est opacitas. H.

7. *Ut illa vado exsiliat vena*. E putei medio, imoque fundo, non e lateribus. HARD.

8. *Expressa*. Ut in aquis salientibus evenit. HARD.

9. *Verberatu*. Reg. 2, et Chiffi. *verberatum* eodem sensu. HARD.

10. *Neronis principis inventum est*, etc. Suetonius: «Dum clandestinus ad villam introitus pararetur, aquam e subjecta lacuna potaturus manu hausit, Et hæc est, inquit, Neronis decocta.» Vide Athen. lib. III. Juven. Sat. V, 49: «Si stomachus domini fervet vinoque ciboque, Frigidior Scythicis petitur decocta pruinis.» DALEC. — Martial. l. II, epist. 85: «Vimine clausa levi nivæ custodia coctæ, etc.» Hoc est, ampulla, seu lagena vitrea aquæ decoctæ, et nivibus refrigeratæ, viminibus supertextis armata acmunita. Idem, lib. XIV, epigr. 116: «Quo tibi decoctæ nobile frigus aquæ?» Ubi ne dubites eo consilio ab argutissimo vate scriptum *nobile*, ut imperatoris summa dignitas innueretur, et exquisita regiæ gulæ voluptas. Hiuc *saccus nivarius*, et *colum nivarium*, apud eundem,

XIV, epigr. 104: «Attenuare nives norunt et lintea nostra: Frigidior colo non salit unda tuo.» Cæterum ne ex his tyranno imprecere! Melius sane fecisset, si in talibus ludis, quoniam hæc jam romana conditio erat, ut rerum potiti nil agerent honestum, vitam consumpsisset! A.

11. *Sine vitiiis nivis*. Aquam ex dissoluta et colliquefacta nive pessimam, et corporibus perniciosissimam esse et jampridem Aristoteles quasi oraculo reddidit, et eorum qui palato obsequi, quam illius auctoritatem sequi malunt, quotidiana experimenta declarant, inquit Muret. Var. lect. lib. IX, c. 9, pag. 229. Incommoda igitur, quæ nivis potum sequuntur, fugere, et tamen æstivis mensibus frigidum bibere qui volunt, vasis duplicibus uti solent, e tenuissima lamina eo artificio factis, ut vinum aut aquam, quæ potui paratur, omni quidem ex parte nix ambiat, sed eorum tamen neutrum contingat, neque cum eis commisceatur: ita fit, ut neque bibant nivem, et tamen nihilo minus frigidum bibant, quam si biberent nivem. Lepide Martialis in eam rem, XIV, epigr. 117: «Non potare nivem,

utique decoctam utiliore[m] esse convenit : item¹² calefactam magis refrigerari, subtilissimo invento. Vitosæ aquæ remedium est, si decoquatur ad dimidias partes. Aqua frigida ingesta sistitur sanguis¹³. Æstus¹⁴ in balineis arcetur, si quis ore teneat. Quæ sunt haustu frigidissimæ, non perinde et tactu esse, alternante hoc bono, multi familiari exemplo colligunt.

XXIV. Clarissima aquarum omnium in toto orbe, frigoris salubritatisque palma præconio urbis, Marcia¹ est, inter reliqua Deum munere urbi tributa. Vocabatur hæc quondam Aufeia², fons autem ipse Pitonia³. Oritur in ultimis montibus Pelignorum : transit⁴ Marsos et Fucinum

sed aquam potare rigentem De nive commenta est ingeniosa sitis. Quæ sint vitia nivis et glacie, Hippocrates expedit *aphor. xxiv, cap. 5. H.*

12. *Item calefactam.* Aristoteles, *Meteorol. lib. I, cap. 12, p. 145*: Συμβάλλεται δ' ἔτι πρὸς τὴν ταχυτέτα τῆς πήξεως καὶ τὸ προτεθερισθῆναι τὸ ὕδωρ θάπτον γὰρ ψύχεται. Διὸ πολλοὶ, ὅταν τὸ ὕδωρ ψύξαι ταχὺ βουληθῶσιν, εἰς τὸν ἥλιον τιθέασιν πρῶτον. « Non-nihil facit ad concretionis celeritatem præcedens aquæ concalectio. Quandoquidem quæ prius incaluit, ocyus refrigerari assolet. Quocirca multi quum calidam celerius refrigerare volunt, prius insolant. » Negattamen Cabeus experimentum id esse verum, in eum Philosophi locum. *HARD.*

13. *Aqua frigida injecta sistitur sanguis.* Voss. *ingesta.* Plautus in *Pseudolo, act. I, scen. 11*: « Tu qui urnam habes, aquam ingere. » *Hoc lib. c. 7*, « e puteis ac fonte aquam in salinas ingerunt. » Deinde idem, *Æstus in balineis.* *GRON.*

14. *Æstus.* Sic infra de sale, c.

54: « Æstus balinearum convalescentes ut tolerare possint, linguæ subditus præstat. » *HARD.*

XXIV. 1. *Marcia.* In Cælium et Aventinum montes eam Nerva deduxit : post Diocletianus super portam Esquilinam in suas thermas. *DAL.*

2. *Aufeia.* Mallem *Saufeia*, id enim gentis romanæ nomen. *H.*

3. *Pitonia.* Sic MSS. non *Piconia.* Vide quæ diximus lib. II. *HARD.*

4. *Transit.* Sic Vibius Sequester laudatus a nobis loc. proxime cit. Hinc Statius *Silvar. lib. de Baln. Etrusci*: « Marsaque nives et frigora ducens Marcia. » Obrutis deinde temporis progressu canalibus fornicibusque, quibus hæc aqua tam longo viarum intervallo Romam ducebatur, factum est, ut viri eruditi, Holstenius et Fabrettus de *Aquæduct. diss. 2, p. 118*, hanc Marcie aquæ originem æque inter fabulas habendam censuerint, atque Alpei amantis occultos meatus. Primos ejus ortus repetunt ii a Tiburtino, unde se rursus aperire mox Plinius ait. *Cursum omnem*

lacum⁵, Romam non dubie petens. Mox in specus⁶ mersa, in Tiburtina se aperit novem millibus pass. fornicibus structis perducta. Primus eam in urbem ducere auspicatus est Ancus⁷ Marcius, unus e regibus. Postea⁸ Q. Marcius Rex in prætura. Rursusque restituit⁹ M. Agrippa.

XXV. Idem et Virginem¹ adduxit ab octavi lapidis diverticulo² duobus millibus pass. Prænestina³ via. Juxta

explanat accurate idem Fabrettus loc. cit. HARD.

5. *Fucinum lacum.* E Fucino lacu εξίναι, non, ut legitur, είναι, et Ρώμην ποτίσειν, και παρά τ' άλλα ύδατα ύδοκιμαίιν, Strabo scribit lib. V. DALMO.

6. *Mox specus mersa.* Mox in specus mersa, in vetusto exemplari. FIAT.

7. *Ancus.* Exstat quidem certe in Cimelio nostro et apud Patinum in Marcis gente nummus, cujus ex parte adversa rex Ancus depingitur, ita curante Philippo Marcio, qui trahebat ab eo originem: Aquæductus in aversa signatur, cum epigraphæ, PHILIPPVS. AQVA. MAR. HARD.

8. *Postea.* Qui ab Anco Marcio pariter Romanorum rege ducebat genus: Plutarchus in Coriolano, p. 213: Μάρκιος δ' ἦσαν και Πόπλιος, και Κοίντος, εἰ πλείον ύδωρ και κάλλιρον ἐν Ρώμῃ καταγαγόντες. De Marcio et Agrippa iterum XXXVI, 24. HARD.

9. *Rursusque restituit M. Agrippa.* A. U. 720, L. Sempronio Atratino, L. Scribonio Libone coss. ex Dione, lib. XLIX, p. 416: Ὁ τε Ἀγρίππας τὸ ύδωρ τὸ Μάρκιον ἀνομασμίνογ, ἐκλιπόν φθορᾶ τῶν ὀχετῶν, και ἀνεκτέσατο διαπάνη οἰκία, και ἐπὶ πολλὰ τῆς πόλεως ἐπωχίταυσεν. « Agrippa

aquam Marciam, quæ propter corruptos canales defecerat, suis sumptibus reparavit, ac per multas urbis partes deduxit. » HARD.

XXV. 1. *Idem et Virginem.* Id ab Agrippa factum, ann. U. C. 735, C. Sentio Saturnino, Luc. Laetretio coss. refert Dio, lib. LIV, p. 528, et aquam eam Augustam ab eo fuisse appellatam. Virginealem aquam quibus impensis summi Pontifices Pius IV et Pius V, populusque romanus restitui curaverint, narrat opusculo singulari Luc. Pætus JC. de Restitutione aquæ Virginis, in lib. de Mens. et Ponder. Libellum singularem eodem argumento tituloque inscripsit et Aug. Stencher Eugubinus, S. Sedis Apostolicæ Bibliothecarius. Virginem et Marciam versiculo compectitur Martialis, l. VI, epigr. 42: « Cruda Virgine, Marciave mergi, Quæ tam candida, tam serena lucet, Ut nullas ibi suspiceris undas, etc. » HARD.

2. *Diverticulo.* Transversis semitis, quæ sunt a latere viæ militaris. DALMO.

3. *Prænestina.* Sive, ut Frontinus ait, octavo lapide viæ Collatinæ: quod eodem recidere demonstrat idem Fabrettus, erudito opere de Aquæductibus, Dissert. III, pag. 169. HARD.

est Herculaneus rivus, quem refugiens Virginis⁴ nomen obtinuit. Horum amnium comparatione⁵, differentia supra dicta deprehenditur, quum quantum Virgo tactu, tantum præstet Marcia haustu. Quanquam utriusque jam pridem urbi periit voluptas, ambitione avaritiaque in villas ac suburbana detorquentibus⁶ publicam salutem.

XXVI. Non ab re¹ sit, quærendi aquas junxisse rationem. Reperiuntur in convallibus maxime, et quodam convexitatis² cardine, aut montium radicibus. Multi³ se-

4. *Virginis*. Aliam alii appellationis hujus causam afferunt. Casiodor. Verr. form. VII, cap. 6, « quia puriore fluens unda, nullis polluitur sordibus. » Frontinus, l. de Aquæduct. ex eo quod quærentibus aquam militibus, puella virguncula quasdam venas monstravit: quas sequuti qui foderunt, ingentem aquæ modum invenerunt. HARD.

5. *Horum amnium comparatione*. Si conferas, inquit, Marcie aquæ profluentem rivum, seu verius amnem, cum aqua Virgine, intelliges discrimen superius memoratum, c. 23; nempe alternari frigiditatis bonum a natura, nec quæ sunt haustu aquæ frigidissimæ, easdem perinde ac tactu esse. HARD.

6. *Detorquentibus*. Avertentibus et ubertatis publicæ copiam minuentibus ac præripientibus. DALEC.

XXVI. 1. *Non ab re sit*. Vitruv. lib. VIII, c. 1; Pallad. in August. cap. VIII. DALEC.

2. *Convexitatis*. Devexi ac declivis tunuli et collis fastigio. DALEC. — Harduin. h. l. facit cum Dalecamp. sed male; nam hæc interpretatio indicaret in fastigio vero sive montium sive ramorum (hæc Neotericis vox in Orographia explicanda);

quod nullibi fit; nam hoc fastigio dividuntur tantum aquæ, unde illi nomen *partitio aquarum* (*ligne de partage des eaux*); al. verb. non inde aquæ derivantur, sed utrimque derivantur tum dextrorsum, tum sinistrorsum, e convexitatis locis inferioribus. Quis ergo hic convexitatis cardo? Finge tibi lineam quæ montis aut jugi declivitatem rectam repræsentet a radice ad hunc locum quo fons exiit; tum et lineam aliam quæ eodem modo cursum aquæ intra terrarum viscera adhuc latentis, sed mox erupturæ, repræsentet: quo loco eæ lineæ sibi occurrunt, et sese invicem secant (recentiores dicimus *point d'intersection*), hic convexitatis est cardo. Nisi forte, dum videtur antiquis mons non tam prisma triangulum quam pyramis tetragonos (re vera neutrius formæ est, sed polyedricæ asymmetricæ), pro finitore declivitatum (*l'arête des deux versans*), spectatur potissimum ab illis angulus solidus tetraedros, convexitatis cardo existimandus. AS.

3. *Multi*. Sic Geopon. auctor, lib. II, cap. 4, p. 33, et cap. 5, p. 37. Vitruvius item, lib. VIII, cap. 1, pag. 153. Pallad. in Aug.

prius excoquant locum, tanto efficaciore vasorum¹¹ argumento.

1. XXVIII. Terra vero ipsa promittit candicantibus maculis, aut tota glauci coloris. In nigra¹ enim scaturigines non fere sunt perennes. Figularis² creta semper adimit spes. Nec amplius puteum fodiunt, coria³ terræ observantes, ut a nigra descendat ordo supra dictus⁴. Aqua semper dulcis in argillosa terra, frigidior in topho. Namque et hic probatur⁵. Dulces enim levissimasque facit, et colando continet sordes⁶. Sabulum⁷ exiles limosasque promittit. 2. Glarea⁸ incertas venas, sed boni saporis. Sabulum⁹ ma-

et terra vaporata humidum fumum nebulosumque ructaverit, aquas inesse cognosces. » HARD.

11. *Tanto efficacior vasorum argumento.* Multo utique efficaciore argumento, quod ex vasis duximus, « si figlinum humidum, ruptumve, aut in aere sudor. » HARD.

XXVIII. 1. *In nigra.* Vitruvius loc. cit. « In terra autem nigra sudores et stillæ exiles inveniuntur. » HARD.

2. *Figulari creta semper adimitur spes.* Plato in suis legibus vetuit aquam e vicini puteo quemquam haurire, ni prius eam in fundo suo ad cretam usque quævisset: πρὸς τὸν κίραμον. Victorius, lib. XIII, c. 15. DALC. — *Figulari creta semper adimitur spes.* Voss. ut et Chiffi. « Figularis creta semper adimit spes. » *Lege spes.* In Andeg. rursus hic lacuna a verbis, « fodiuntur æstuararia quæ gra. » usque ad c. 6, « fecisse post consulatum meminimus. » GRON. — *Figularis.* Vitruv. loc. cit. pag. 152: « In creta tenuis, exilis, et non alta est copia: ea erit non optimo sapore. » Pallad. l. c.

« Creta tenues, nec optimi saporis venas creabit. » HARD.

3. *Coria.* « Varias terræ quasi crustas observant, » ut a nigro colore, qui color summæ terræ ac supremæ cutis, *ad alios colores* quo dictum est ordine descendatur. HARD.

4. *Ordo supra dictus.* A nigra ad maculosam: ab hac ad glaucum colorem. HARD.

5. *Namque et hic probatur.* Testis vel ipsa vetus inscriptio, quam superius attulimus, cap. 21. HARD.

6. *Et colando continet sordes.* Dum per tophum colatur, is sordes aquarum omnes recipit ac retinet. H.

7. *Sabulum.* Vitruvius, loc. cit. « Item sabulone soluto, tenuis: sed si inveniatur, ea erit limosa et insuavis. » Sic et Pallad. loc. cit. H.

8. *Glarea.* Hæc deinceps totidem syllabis Vitruv. loc. citat. usque ad ea verba, *oportet autem*, etc. Pallad. item, loc. cit. HARD.

9. *Sabulum.* Durius compactiorisque naturæ. Sic Pallad. l. c. « Sabulo masculus, et arena, et carbunculus, certas et ubertate copiosas. » Sic

sculum¹⁰, et arena, et carbunculus, certas stabilesque et salubres. Rubra saxa optimas, speique certissimæ. Radices montium saxosæ, et silex, hoc amplius rigentes¹¹. Oportet autem fodientibus humidiores assidue respondere glebas, faciliusque ferraamenta descendere. Depressis¹² puteis sulphurata¹³ vel aluminosa occurrentia putearios necant. Experimentum hujus periculi est demissa ardens lucerna, si extinguatur. Tunc secundum puteum dextra ac sinistra³ fodiunt æstuaria¹⁴, quæ graviorem illum halitum recipiant. Fit et sine his vitiis altitudine¹⁵ ipsa gravior aer, quem emendant assiduo linteorum jactatu eventilando¹⁶. Quum ad aquam ventum est, sine arenato opus surgit, ne venæ

etiam Vitruvius, ut diximus. Carbunculus terræ genus est, de quo egimus antea, XVII, 3. HARD.

10. *Masculum*. Grandius, ἀδρότερον. Asperum, scabrum, subfuscum, minus flavum, interpretantur quidam : durum et compactum metallici, ut feminam, solutum ac mollem. DALEC.

11. *Rigentes*. Vitruvius, loc. cit. « Sub radicibus autem montium, et in saxis silicibus, uberiores et affluenteriores : eæque frigidiores sunt, et salubriores. » HARD.

12. *Depressis*. Hæc pariter Vitruvius, lib. VIII, cap. 7, pag. 71 : « Calores, inquit, unde etiam sulphur, alumen, bitumen nascitur, aerisque spiritus immanes, qui, quum graves per intervalla fistulosa terræ perveniunt ad fossionem puteorum, et ibi homines offendunt fodientes, naturali vapore obturant in eorum naribus spiritus animales : ita qui non celerius inde effugiunt, ibi interimuntur. Hoc autem quibus rationibus caveatur, sic erit faciendum. Lucerna accensa demit-

tatur quæ si permanserit ardens, sine periculo descendetur. Sin autem eripietur lumen vi vaporis, tunc secundum puteum dextra ac sinistra defodiantur æstuarie, etc. » Transcripsit hæc quoque Palladius, lib. IX in August. tit. 9, pag. 136. Tractat egregie hoc argumentum Agricola de Re met. lib. VI, pag. 172. H. — Hæc jamdudum nota, sed a recentioribus digesta distinctaque clarius, illustr. viro quem chymicæ artes nunc lugent, DAVY, occasionem dederunt excogitandæ lampadis, quam ipsius nomine signarunt in metallifodinis. AZ.

13. *Sulphurata*. Bituminosa addit Palladius. DAL.

14. *Æstuarie*. Spiramenta. Gall. *des soupiraux*. HARD.

15. *Altitudine*. Nam pressio major fit in parte aeris columnæ infima : sed præterea stagnatio aeris clausi causa est cur noxius fiat : quod sensit Noster, dum mox de ventilatione aliquid jactat. AZ.

16. *Assiduo l. jactatu eventilando*. Vide Agricol. de Re met. VI. DAT.

obstruantur¹⁷. Quædam aquæ vere statim incipiente frigidiores sunt, quarum non in alto origo est: hibernis enim constant imbris: quædam Canis ortu, sicut in Macedonia⁴ Pella utrumque. Ante oppidum enim incipiente æstate, frigida est palustris: dein maximo æstu in excelsioribus oppidi riget. Hoc et in Chio evenit, simili¹⁸ ratione portus et oppidi. Athenis¹⁹ Enneacrunos nimbose æstate frigidior est, quam puteus in Jovis horto. At ille siccitatibus riget: (iv) maxime²⁰ autem putei circa²¹ Arcturum. Non ipsa æstate deficiunt²², omnesque quatriduo eo subsidunt. Jam vero multi hieme tota; ut circa Olympum²³, vere primum aquis redeuntibus. In Sicilia²⁴ quidem circa Messanam et Mylas hieme in totum inarescunt fontes; æstate exundant, amnemque faciunt. Apolloniæ in Ponto fons juxta mare æstate tantum superfluit, et maxime circa Canis ortum: parcus, si frigidior sit æstas. Quædam terræ imbris sicciore sunt, velut in Narniensi agro:

17. *Sine arenato opus surgit, ne venæ obstruantur.* Ita Reg. 2, et Chifflet. cod. Male editi, *sine arena opus surgit.* Sensus est, iunum parietem, qui puteum inferne ambit, lapidibus tantum aliis super alios aggestis et collocatis strui, sine intrita calcis et arenæ, ne venæ aquarum obstruantur. Tradita hæc quoque a Vitruvio, lib. IV, c. 7, pag. 172: « Quam ad aquam erit perventum, tunc sepiatur structura, ne obturentur venæ. » HARD.

18. *Simili.* Ut in portu scilicet ejus insulæ incipiente æstate frigida aqua sit: in excelsioribus oppidi partibus maximo æstu rigeat. H.

19. *Athenis.* De hoc fonte egimus lib. IV, cap. 11. HARD.

20. *Maxime.* Athenis scilicet. H.

21. *Circa Arcturum.* Arcturi ortum, qui fere accidit idibus septembr. ut dictum est lib. XVIII, cap. 74. HARD.

22. *Nam ipsa æstate deficiunt.* Scribe cum minore, et adjuge superioribus: *non ipsa æstate deficiunt,* ex apographo nostro. PINT.

23. *Ut circa Olympum.* Athenis rigent maxime putei circa Arcturi ortum, ad principium mensis septembris. DALEC. — *Ut circa Olympum.* Sic etiam MSS. omnes, quos quidem vidi. Gronovius ex Voss. *circa Olynthum.* HARD.

24. *In Sicilia quidem circa Messanam et Mylas.* Hoc verum esse Fazellus in iis oris natus testatur, de rebus Siculis Decad. I, lib. IX, cap. 8. HARD.

quod Admirandis suis inseruit M. Cicero, siccitate²⁵ lutum fieri prodens²⁶, imbre pulverem²⁷.

XXIX. Omnino aqua hieme dulcior¹, æstate autem minus, autumnino miniine; minusque per siccitates. Neque æqualis annium plerumque gustus est, magna alvei differentia. Quippe tales sunt aquæ², qualis terra per quam fluunt; qualesque herbarum, quas lavant, succi. Ergo iidem amnes³ parte aliqua reperiuntur insalubres. Mutant saporem et influentes rivi, ut Borysthenem, victique diluuntur. Aliqui vero et imbre mutantur. Ter accidit in Bosphoro, ut salsi deciderent, necarentque frumenta: toties⁴ et Nili rigua pluviae amara fecere⁵, magna pestilentia Ægypti.

XXX. Nascuntur fontes decisis plerumque silvis, quos arborum alimenta consumebant: sicut in Hæmo¹, obsidente

25. *Siccitate lutum*, etc. Quum arena post imbres in luti duritiem glebasque coit; quæ mox, imbre adveniente, solvuntur: post effusos imbres iterum coit ac durescit. HARD.

26. *Lutum feri prodens*. Bene h. l. Harduinus. Vide tamen quæ notavit P. Merula super Enn. pag. 389. AR.

27. *Imbre pulverem*. Primum e cælo cadente. Nam tum, verberato solo, arenæ pulvisculum commovet et excitat. DALÉC.

XXIX. 1. *Hieme dulcior*. Quia crebris imbris diluitur ac dulcescit. DALÉC.

2. *Quippe tales sunt aquæ, qualis terra per quam fluunt*. Ita Vitruvius, lib. VIII, cap. 4, pag. 166. Plinius, lib. II, cap. 106, § 12: «Lacus Sinnaus in Asia circumnascens abinthio inficitur.» HARD.

3. *Ergo iidem amnes*. De Hypani idem quod Plinius de Borysthene,

prodit Vitruvius, lib. VIII, c. 3, p. 160. «In Ponto est flumen Hypanis, inquit, qui a capite profluit circiter mill. xl sapore dulcissimo: deinde, quum pervenit ad locum qui est ab ostio ad millia clx, admiscetur ei fonticulus oppido quam parvulus. Is quum in eum influit, tantam magnitudinem fluminis facit amaram: ideo quod per id genus terræ, et venas unde sandaraca foditur, ea aqua manando perficitur amara.» HARD.

4. *Toties*. Ter agros, Nili aquis irrigatos, pluviae amarus fecere. Narrat hoc ipsum Athenæus, lib. II, pag. 42, ex Theophrasto. H.

5. *Nili rigua pluviae amara fecere*, etc. Cf. Athenæus, lib. II, p. 21. DALÉC.

XXX. 1. *Sicut in Hæmo*. Seneca Nat. Quæst. l. III, c. 11, p. 869: «Fuit aliquando aquarum inops Hæmus: sed quum Gallorum gens a Cassandro obsessa in illum se

Gallos Cassandro², quum valli gratia silvas cecidissent. Plerumque vero damnosi torrentes corrivantur detracta collibus silva, continere nimbos ac digerere consueta. Et coli moverique¹ terram, callumque summæ cutis solvi, aquarum interest. Proditur³ certe in Creta expugnato oppido, quod vocabatur Arcadia, cessasse fontes, amnesque qui in eo situ multi erant: rursus condito post sex annos² emersisse, uti quæque cœpissent partes coli. (v.) Terræ⁴

contulisset, et silvas cecidisset, ingens aquarum copia apparuit, quas videlicet in alimentum suum nemora ducebant; quibus excisis, humor, qui desit in orbusta consumi, superfusus est. . . . Sed pace Theophrasti dixisse liceat: non hoc est simile veri: quia fere aquosissima sunt, quæcumque umbrosissima, etc. » HARD. — Sane res falsa; namque multis hodie experimentis in utroque hæmispherio constat, excisis silvis, supprimi fere semper aquas. Exempla in primis præclara sunt insulæ Pogonias (si hoc nomine fas indicasse la *Barbada*), et Tabagonis (*Tabago*), quarum feracitas in illa deficientibus silvis valde imminuta est, in hac vero fere tota oriri iudicatur e luxurantium nemorum multitudine; tum insulæ a Viridi prom. (*du Cap Vert*) nomen mutuata, quæ exustis silvis fere steriles evaserunt; item multi amnes in America septemtr. præsertim in his partibus quas hodierna ætas Provinciis Fœderatis adjunxit, eo minores facti, quo acrior laboriosiorque colonorum industria in colendis agris, succidendis saltibus, etc. A. J.

2. *Cassandro*. Macedoniæ rege. H. — Filio Antipatri, qui in Ma-

cedonia vices gessit Alexandri, dum victor per Orientem grassaretur. Gallorum prior incursum innuitur, qui circa Olympiad. cxx in Thraciam duce Cambaule (ad. WERNERDORFF, *Hist. Galat.* item ВЕРК, *Hist. mund. et gent.* tom. II, p. 47; tum GUTHRIE, *Hist. Univ.* lib. V, cap. 3, p. 459) factus est. A. J.

3. *Proditur*. Seneca, loc. citat. « Idem (Theophrastus) ait, circa Arcadium, quæ urbs in Creta insula fuit, fontes et lacus substitisse, quia desierit coli terra, diruta urbe: postea vero quam cultores receperit, aquas quoque recepisse. Causam siccitatis hanc ponit, quod obduruerit constricta tellus, nec potuerit imbres inagitata transmittere, etc. » HARD.

4. *Terræ*. Seneca et istud loc. cit. « Sæpe motu terrarum itinera (fluminum) turbantur, et ruina intersciindit aquas, quæ retentæ novos exitus quærunt, et aliquo impetu faciunt, aut ipsius quassatione terræ aliunde alio transferuntur. . . hoc accidisse ait Theophrastus in Coryco monte, in quo post terrarum tremorem nova vis fontium emersit. » HARD. — Et ipse Noster, l. II, cap. 84: « Varia eduntur opera, alibi emissis amnibus, nonnunquam

quoque motus profundunt, sorbentque aquas : sicut circa Phencum Arcadiæ⁵ quinquies accidisse constat. Sic et in Coryco monte annis erupit, posteaque cœptus est coli. Illa mutatio mira, ubi causa nulla evidens apparet : sicut in Magnesia calidas factas frigidas, salis non mutato sapore⁶. Et in⁷ Caria, ubi Neptuni templum est, amnis qui fuerat ante dulcis, mutatus in salem est. Et illa miraculi plena, Arethusam⁸ Syracusis fimum redolere per Olympia⁹ : verique simile, quoniam Alpheus in eam insulam sub

etiam ignibus calidisque fontibus, etc. » communis est utrique, ni fallor, auctor Theophrastus, qui de hac re in lib. de aquis videtur egisse : sed præcesserat Stagirita, Meteor. lib. I, cap. 13, et de Plantis, c. 2, ubi Πολύκις, ait, δεικνύουσι σιτισμοὶ πηγᾶς καὶ ποταμοῦς. Ladonem terræ motu effusum specialius disserens idem Annæus memorat. In Islandia, nivali, ut omnes norunt, et eadem igniflua terra, fontes qui dicuntur Geysericæ (*Geysers*) effudit quoque Heclæus furor. Item, in Madagascariensi insula, e montis ignivomi jugo columna aquæ exsilit, quam vigesima abhinc leuca navigantes conspiciunt. *Α.*

5. *Circa Phencum Arcadiæ.* Theophrast. Hist. lib. III, c. 1, et I. V, cap. 5; Seneca, Quæst. Nat. I. III, cap. 11. Sumpta hæc esse puto ex amisso libro Theophrasti περὶ τῶν ὑδάτων, quem Athenæus citat, II. DALZC.

6. *Sicut in Magnesia calidas factas frigidas, alias non mutato sapore.* In vetusto exemplari, « sicut in Magneside calidas, factas frigidas salis non mutato sapore. » Quam lectionem confirmat quod statim se-

quitur, « ante dulcis mutatus in salem est. » ΠΙΣΤ.

7. *Et in Caria.* Hoc ipsum refert Athenæus, lib. II, p. 42, ex Theophrasto. HARD. — Sed ubi Cariae hic locus? hoc præfinire operæ pretium fuit : nec præfinit. Videtur tamen fuisse id templum in littore, tum si fluvialium aquarum mutationem, tum si ipsius dei naturam reputaveris, qui in maritimis præsertim coli debuit. *Α.*

8. *Arethusam.* De eo fonte diximus lib. III, cap. 14. HARD.

9. *Per Olympia.* Vide Strabon. lib. VI, pag. 270. Seneca, Quæst. Nat. lib. III, cap. 26, pag. 874 : « Quidam fontes certo tempore purgamenta ejectione : ut Arethusa in Sicilia, quinta quaque æstate per Olympia. Inde opiuio est Alpheum ex Achaia eo usque penetrare, et agere sub mare cursum, nec ante quam in Syracusano littore emergere. Ideoque iis diebus quibus Olympia sunt, victimarum stercus secundo traditum flumini illic redundare. Hoc et a te traditum est in poemate, Lucili carissime, et a Virgil. qui alloquitur Arethusam : Sic tibi, quum fluctus subterlabere Sicanos,

ima maria permeet. Rhodiorum¹⁰ fons in Chersoneso nono
3 anno purgamenta egerit. Mutantur et colores aquarum;
sicut Babylone lacus æstate¹¹ rubras habet diebus XI. Et
Borysthenes¹² æstatis temporibus cæruleus fertur¹³, quan-
quam omnium aquarum tenuissimus : ideoque innatans
Hypani¹⁴. In quo et illud mirabile, Austris flantibus supe-
riorem Hypanim fieri¹⁵. Sed tenuitatis argumentum¹⁶ et
aliud est, quod nullum halitum¹⁷, non modo nebulam
emittat. Qui volunt diligentes circa hoc videri, dicunt
aquas graviore post brumam fieri¹⁸

Doris amara suam non intermisceat undam. • HARD.

10. *Rhodiorum.* Seneca, l. c. § 5. p. 874 : « Est in Chersoneso Rhodiorum fons, qui post magnum intervallum temporis, fœda quædam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus eliquatusque est. » HARD.

11. *Sicut Babyloniæ lacus æstate.* Voss. *Babylone.* GRONOV. — *Sicut.* Athen. lib. II, pag. 42. HARD.

12. *Borysthenes.* Athenæus, loco citato. HARD.

13. *Cæruleus fertur.* Ἰοθαφῆ; Athenæus. Is aquæ ejus color est, nullo modo infectæ. Sic et Rhodanus quum purus fluit, nempe suo colore, partibus anni reliquis et cinereo candicans, vel ob arenas quas locis abradit vicinis, et secum aufert, vel permixtum nivis liquatæ humorem. DALEC.

14. *Ideoque innatans Hypani.* Ἐν τοῖς Βορυστίαις, flantibus Aquilonibus, inquit Athenæus, loco citato, Borysthenem supernatat : Hypanis Austris. HARD.

15. *Superiorem Hypanim fieri.* Hypani, non Hypanim, in antiquo codice. PINT.

16. *Sed tenuitatis argumentum.* Vide quæ de Nili simili fere dote diximus lib. V, cap. 10. HARD.

17. *Quod nullum halitum.* Lipsius cap. ult. lib. II in Thessaliæ fluvio, quem ob id Anatron nominarunt, idem observari tradit. Quin et auctor, lib. V, cap. 9, scribit Nilum auram nullam exspirare. Arrianus in Periplo Euxini Ponti Phasin omnium fluviorum quos novisset lenissimum esse tradit. Levitatis indicium esse, tum in pondere, tum quod mari non immisceretur, sed supernaret. Brod. V, 28. DALEC.

18. *Et Borysthenes æstatis temporibus. . . aquas graviore post brumam fieri.* Vix monere h. l. necessarium est occidentalem Hypanim intelligi (qui hodie *Boug*), non Eoum, qui incolumi fere nomine *Kouban* dicitur (nam Ἰπτανίς, dempta terminatione, erit Ἰπτανί, *Hypan*, *Houpan*, *Koupan* et *Kouban*, quarum mutationum nulla non frequentissima occurrit). Quod ad rei veritatem attinet, de minoris amnis aqua nil traditur satis dignum ad quod vel hæreas, vel stupeas; de majore (Borysthene nimirum) unanimi aiunt

XXXI.(vi.)Cæterum¹ a fonte duci fictilibus tubis² utilissimum est crassitudine binum digitorum, commissuris³ pyxidatis, ita ut superior intret⁴, calce viva ex oleo lævigatis⁵. Libramentum aquæ⁶ in centenos pedes sicilici minimum

undas lutulentas et turbulentas : quod facile conjicies, tum ex affluentium multitudine (nam Borysthenes, quanquam cursu vix duodecies centena *M. P.* perlæstraverit, rapit vim aquarum, quæ parum aest quæ fidem excedat), tum e piscium natura, quorum incolatu celebritatem apud γαστριμάργους nactus est (cyprinorum, luciorum, alosarum, acipenserum, ruthenorum, etc.). Cæterum neque hoc omiserim, cataractis multis nobilem fluvium censerem; unde potes credere nonnullis saltem locis illi-
mes aquas et vitreas occurrere, quod forte satis fuit, ut coloni in Olbia (quæ urbs eo loco sita fuit, quo ambo amnes confluunt) novam patriam commendarent, et hyperbolicis narrationibus mire extollerent. A.

XXXI. 1. *Cæterum.* Vitruvius, lib. VIII, cap. 7, p. 168 : « Ductus autem aquæ sunt generibus tribus : rivis, per canales structiles, aut fistulis plumbeis, seu tubis fictilibus, etc. » Et pag. 171 : « Multo salubrior est ex tubulis aqua, quam per fistulas : quod per plumbum videtur esse ideo vitiosa, quod ex eo cerussa nascitur ; hæc autem dicitur esse nocens corporibus humanis : ita, si quod ex eo procreatur, id est vitiosum, non est dubium quin ipsum quoque non sit salubre... Itaque minime fistulis plumbeis aqua duci videtur, si volumus

eam habere salubrem. Saporem quoque meliorem ex tubulis esse, etc. » Consentit et Palladius in Aug. lib. XI, tit. 9, pag. 137. HAND.

2. *Duci fictilibus tubis.* Nam et rivis per canalium structuras ducitur, et per fistulas plumbeas, et per ligneos tubos. DALEC.

3. *Commissuris.* Juncturis tubulorum in morem pyxidum ex una parte angustioribus. *Lingulatis* eodem sensu dixit Vitruvius, loc. cit. p. 170 : « Sin autem minore sumptu voluerimus aquam ducere, sic erit faciendum : tabuli crasso corio ne minus digitorum duorum fiat ex testa, sed ita ut hi tabuli ex una parte sint lingulati, ut alius in alium inire convenireque possint. Tum eoagmenta eorum calce viva ex oleo subacta sunt illinenda, etc. » Palladius, loco citato : « Sed quod est salubrius et utilius, fictilibus tubis quam ducitur, duobus digitis crassi, et ex una parte reddantur angusti ut palmi spatium unus in alterum possit intrare : quas juncturas viva calce oleo subacta debemus illinere. » HAND.

4. *Ita ut superior intret.* Superioris sine lingulato. DALEC.

5. *Lævigatis.* Illitis. HAND.

6. *Libramentum aquæ.* Aquam librant, dum altitudinem loci e quo colligitur, cum loco in quem ducitur conferant, sive lineis rectis id fiat, sive obliquis. DALEC.— *Libramentum aquæ in centenos pedes sur-*

erit : si cuniculo veniet⁷, in binos actus⁸ lumina esse de-

sum elici minimum erit. Hæc integra non sunt. Academ. « in centenos pedes sicilimus invenerit. » Gud. *sicilicimis minuerit.* Men. *sicilici misnumerit.* Vossian. *sicilici minis numerit.* Forte, *sicilici minimum erit.* L. XIII, c. 15 : « Item a Nomio Ti. Cæsaris liberto nomen trahentis, tribus sicilicis intra quatuor pedes, totidem intra semipedem crassitudinis. » Ibidem, « mensam quatuor pedes sextante et sicilico excedentem. » Quarta pars cuiusque unciae, *sicilicus* est ; hic pollicis, triens digiti. Plus requirit Vitruvius, lib. VIII, cap. 7 : « Si canalibus ut structura fiat quam solidissima, solumque rivi libramenta habeat fastigata, ne minus in centenos pedes semipede, æque structuræ conformicentur, ut minime sol aquam tangat. » Ubi annotat Philander ætatis nostræ libratores in sexcentos pedes tantum deprimere pollicem, id est, quatuor sicilicos : in centenos sextulam. Sic et e suo Pintianus. GAON. — *Libramentum.* Declivitas aquæductus, a fonte usque in centenos pedes, ut minimum debet esse sicilici, hoc est, *quarta partis pollicis.* Descensus aquæ a fonte seu capite, ad eum locum quo deducenda est. Hinc aquam librare, deducere est, Gallis, *prendre le niveau.* Hinc etiam, ut Festus ait, *delibrare*, est *aquam sulco derivare* : ubi delirant qui *delirare* ibi reponere nituntur : quam *lira sulcum* significat. Nam vel series elementorum, quam Festus sequitur, *delibrare* ibi legi monet oportere. Antecedit enim *delibrare*, subsequitur *delirare* : quas inter voces, suus et huic *delibrare*

locus debetur : non isti, *delirare.* Itaque libra altitudinem aquæ, fastigiumque significat, unde illa deducitur : viamque omnem quæ decurrit. Frontinus de Aquæd. lib. I : « Aquæ omnes diversa in Urbem libra perveniunt, » id est, altitudinis ac via... « Altissimus Anio est novus, proxima Claudia, tertium locum tenet Julia, quartum Tepula, dehinc Marcia, quæ capite etiam Claudiæ libram æquat. » — Ita totidem plane syllabis apicibusque, cod. optime notæ R. 2, et Colb. 3, et is quem Pintianus vidit. Hanc autem vocem coquere Plinii editores quum minime possent, *sursum elici* commenti sunt, non aliena modo, sed contraria plane sententia. Ut minimam porro declivitatem aquæductus sicilico Plinius definit, hoc est, ut diximus, quarta pollicis parte : sic majorem Vitruvius semipede toto, præsertim quum aqua ducitur per canales structiles : « Si canalibus, inquit lib. VIII, c. cap. 7, pag. 168, ut structura fiat quam solidissima, solumque rivi libramenta habeat fastigata, ne minus in centenos pedes semipede, etc. » Sesquipede integro Palladius in Augusto. Plinium sequuntur libratores hujus ætatis, qui in pedes quadringentos pollice tantum uno deprimunt aquæductum, hoc est, quatuor sicilicis. HALL.

7. *Si cuniculo veniet.* Si canali structili ducatur aqua. HALL.

8. *In binos actus.* Lumina, spiramenta sunt, sive æstuaria, *desoupiraux.* Nullus toto opere ad hunc diem exstitit inquinatio locus, sive præpostera interpretatione, sive in-

bebunt. Quam⁹ surgere in sublime opus fuerit, e plumbo veniat. Subit altitudinem exortus sui. Si longiore tractu veniet, subeat crebro descendatque, ne libramenta pereant. Fistulas denum pedum¹⁰ longitudinis esse legitimum² est: et si quinariæ erunt¹¹, sexagena pondo pendere: si octonariæ¹², centena: si denariæ, centena vicena, ac

terpolatione criticorum. Nos sincerum repræsentamus, qualem MSS. exhibent, Reg. 2, et is quem Pinitianus ante nos vidit, aliique. Prius sic edebatur: « Si uno cuniculo veniet, in binos actus: laminæ esse debebunt, per quas surgere in sublime opus fuerit, e plumbo. Subit altitudinem, etc. » Qua oratione perturbatus nihil, alieniusve a bonamente, dici aut cogitari potest. Vitruvius, ut alias sæpe, nunc Plinium defendit. Is enim iisdem fere verbis rem explanat, lib. VIII, c. 7, p. 169: « Si terrenum, inquit, aut arenosum erit solum, parietes cum camera in specu sternantur, et ita perducantur: puteique ita sint facti, ut inter duos sint actus. » Nam qui cuniculus Plinio dicitur, opus illud est structile, quod parietum nomine cum camera a Vitruvio designatur. Lumina Plinio sunt qui putei Vitruvio nunc appellantur, alias æstuaria, quibus respirare possit perfluens aqua, et vis spiritus relaxetur, ne conclusus aer cursum aquæ moretur: quæ spiramenta alias idem columnaria nominat, ut Philander monet. HARD. — Actus vero, quod spatium, Nostro teste, lib. XVIII, c. 3, sic nuncupabatur, quod ad hoc conficiendum « boves agerentur uno impetu justo, vel protelo, id est, uno tractu vel tenore »,

fuit pars jugeri dimidia, hoc est, æquavit pedes romanos 14,400, gallicarum mensurarum 331^{tois}. 28 P., 96 P., vel 12⁴, 60^m, 40^{decim} 89^{cent}, 6^{mill.}); nam singulo lateri pedes contigerant romani quidem 120. AZ. -

9. *Quam*. Salientem aquam intelligit, *un jet d'eau*. HARD.

10. *Fistulas denum pedum*. Et ut facilius, ac majore vi currat. DAL. — *Fistulas*. Tubulos plumbeos. Vitruvius, lib. VIII, cap. 7, p. 16, hæc totidem fere verbis. HARD.

11. *Et si quinariæ erunt*. Hac portione cuius digito laminæ nondum curatæ pondo libræ XII respondent. DALC. — *Et si quinariæ erunt*. Minima hæc fuit fistularum latitudo: maxima, quum denariæ forent. Lex antiqua apud Frontinum de Aquæduct. lib. I: NE. CVI. BORVM. QVIBVS. AQVA. DARETVR. PVBLIGA. IVS. ESSET. INTRA. QVINQVAGINTA. PEDES. EIVS. CASTELLI. EX. QVO. AQVAM. DVCKERENT. LAXIOREM. FISTVLAM. SVBICERE. QVAM. QVINARIAM. Modulos fistularum varios, et eorumdem iconem exhibet Alex. Donatus, lib. III, c. 18, p. 294. HARD.

12. *Si octonariæ*. Rotundo numero absolutoque Plinius utitur: aliter Vitruvius loc. citat. pag. 170: « Si octonum, pondo XCVI. » H.

deinde ad has portiones. Denariæ¹³ appellantur, cujus laminæ latitudo, antequam curvetur, digitorum decem est, dimidioque ejus quinaria. In omni amfractu collis quinariam fieri, ubi dometur impetus¹⁴, necessarium est: item castella¹⁵, prout res exiget.

XXXII. Homerum calidorum fontium mentionem¹ non fecisse demiror, quum alioquin lavari calida frequenter² in-

13. *Denariæ*. Vitruvius, loc. cit. « Ex latitudine laminarum, quot digitos habuerint, antequam in contundationem flectantur, magnitudinem ita nominum concipiunt fistulæ. Namque quæ lamina fuerit digitorum decem, quum fistula perficietur ex ea lamina, vocabitur denaria, similiterque reliquæ. » Discrepare tamen a Vitruvio Frontinus videtur de Aquæduct. I. H.

14. *Ubi dometur impetus*. Et vehementioris spiritus, et aquæ collisæ et decurrentis. DAL.

15. *Item castella*. Castellum, receptaculum est, quod aquam publicam recipit, auctore Ulpiano, Pandect. XLIII, de aqua quotid. et æstiva. Gall. *un regard*. Vitruv. lib. VII, cap. 7, pag. 170: « Inter actus ducentos non est inutile castella collocari: ut si quando vitium aliquis locus fecerit, non totum omnique opus contundatur, et in quibus locis factum sit, facilius inveniantur: sed ea castella neque decursu, neque in ventris planitie, neque omnino in vallibus, sed in perpetua fiant æqualitate. » Qui horum rescindendorum curam haberent, in vetustis Inscriptionibus apud Reines. pag. 572, et apud Gruter. pag. 501, CASTELLARIUM appellantur. Exstat de ea re senatus-

consultum apud Frontin. de Aquæduct. I: RE. CVI. PRIVATO. AQVAM. DVGERE. RIVIS. PVBLICIS. LICERET. VTIQVE. OMNES. II. QVIBVS. AQVAE. DVGENDAE. IVS. ESSET. DATVM. EX. CASTELLIS. DVGERENT. ANIMADVERTENTQVE. CVRATORES. AQVARVM. QVIBVS. LOCIS. INTRA. EXTRAQVE. VREMI. APTE. CASTELLA. PRIVATI. FACERE. POSSENT. EX. QVIBVS. AQVAM. DVGERENT. QVAM. EX. CASTELLO. COMMVNEM. ACCEPISSENT. A. CVRATORIBVS. AQVARVM. Olim dividicula appellata, auctore Festo: « Dividicula antiqui dicebant, quæ nunc sunt castella, ex quibus a rivo communi aquam quisque in suum fundum ducit. » H.

XXXII. 1. *Homerum c. fontium mentionem*. Meminit Iliad. X: Κρουνὸς δ' ἰκανὸν καλλιπρόου, ἐθα δὲ πηγὰι Δοιαὶ ἀντίσσοοσι Σκαμάνδρου δινήεντος. Ἡ μὲν γὰρ θ' ὕδατι λατρῶ βίει. DAL. — *Homerum*. Si unum e Scamandri amnis fontibus exceperis, cujus aquam tepidam commendat, Iliad. X, v. 147. HARD.

2. *Lavari calida frequenter*. Odys. Θ, εἴματα τ' ἐξημαίβῃ, λούετρα τε θέρμα, ἔνοαι Iliad. X. Hectori e prælio redeunti calidum balneum paratur. Ἐκτορι θερμὰ λούετρα μάχη; ἐκνεσπίσαντι. Iliad. K. Odys. A legitur ἐς τε Σαμίνθου; Βάντες. DAL. — *Lavari*.

duceret : videlicet quia medicina tunc non erat hæc³, quæ nunc aquarum perfugio utitur. Est autem utilis sulphurata⁴ nervis, aluminata⁵ paralyticis, aut simili modo solutis⁶ : bituminata aut nitrosa, qualis Cutilia⁷, bibendo atque purgationibus⁸. Plerique in gloria ducunt, plurimis⁹ horis perpeti calorem earum : quod est⁹ inimicissimum :

Vide quæ diximus XXV, c. 38. H.

3. *Videlicet, quia medicina tunc non erat hæc.* Converte verba, « Videlicet quia medicina hæc non erat tunc, » ex antiquo codice. ΠΙΝΤ.— Bene Plinius. De medicinalium aquarum historia, cf. *Dict. des Sc. Méd.* tom. XXXIII, pag. 446. Aſ.

4. *Sulphurata.* Sulphur ipsum ad nervorum vulnera laudat Galen. lib. III, κατὰ γένη. HARD.— Non sat exacte; nam proprie valent sulphurata ad dermicorum morborum curationem. Vere aluminata, et generaliter salina ferme omnia, paralyticis prosunt. Aſ.

5. *Aluminata.* Galen. κατὰ γένη et κατὰ τόπον. lib. VII. HARD.

6. *Aut simili morbo solutis.* Voss. *limii modo*: neque aliter tres alii, qui nobis servant. GRON.

7. *Qualis Cutilia.* Hanc quoque commendat Cæl. Aurelian. Chron. lib. III, c. 2. De ejus situ diximus lib. III, cap. 17. HARD.

8. *Utilis est bibendo atque purgationibus.* Vox *utilis* non est in Voss. quippe repetenda sensu e superioribus, ut legatur: « Est autem utilis sulphurata nervis, aluminata paralyticis aut simili modo solutis; bituminata aut nitrosa, qualis Cutilia est, bibendo atque purgationibus. » Gud. Acad. Menap. *qualis utilis est bibendo.* Vides τὸ *utilis* corruptum

esse ἐκ τοῦ *Cutilia*; deinde utramque vocem admissam, Vitruv. lib. VIII, c. 3: « Sulphurosi fontes nervorum labores reficiunt, etc. Aluminosi, quum dissoluta membra corporum paralyti aut aliqua vi morbi, etc. Bituminosi autem interioris corporis vitia potionibus purgando solent mederi. Est autem aquæ frigidæ genus nitrosum, in Pinna Vestinæ, Cutiliis, aliisque locis similibus, quod potionibus depurgat. » GRON.

9. *Plurimis horis perpeti calorem earum: quod est inimicissimum.* Tamen plurimis in locis solent thermarum præfecti ægros diutissime mergere. Nobilissimum in Helvetica prov. *Valais* oppidulum *Leuk* vel *Lœch* exemplum erit; quibus in balineis quum ægrotantes assueverint trium hebdomadum spatio subire aquas, jubentur die primo horam consumere in lavando, secundo duplum, tertio tres, et sic crescente cum diebus horarum numero, donec octavus dies octo horas exigat: quod et nonus, decimus et quinque qui sequuntur: tum sexto et decimo septem horæ in aqua effluunt duodevigesimo sex, undevigesimo 5, vicesimo 4, etc. Qua hebdomade singuli dies octo horas exigunt, hæc vulgo audit *alta mersio* (*semaine de haute baignée*). Aſ.

namque paulo diutius, quam balineis, uti oportet, ac postea frigida dulci¹⁰, nec sine oleo discedentes: quod vulgus alienum arbitratur, idcirco non alibi corporibus magis obnoxiiis. Quippe et vastitate odoris capita replentur, et frigore infestantur sudantia, corporum parte mersa. Similis error¹¹, quam plurimo potu gloriantium: vidique jam turgidos bibendo: in tantum ut anuli integerentur cute, quum reddi non posset hausta multitudo aquæ. Nec hoc ergo fieri convenit sine crebro salis gustu¹². Utuntur et cœno fontium ipsorum utiliter¹³: sed ita, si illitum sole inarescat. Nec vero omnes quæ sint calidæ, medicatas esse credendum, sicut in Segesta Siciliæ¹⁴, Larissa, Troade, Magnesia, Melo, Lipara. Nec decolor species æris argentive¹⁵ (ut multi existimavere) medicaminum argumentum est: quando nihil eorum in Patavinis¹⁶

10. *An postea frigida dulci.* Voss. *dulceri*, an *mulceri*? Menap. Gud. et Acad. *frigida dulcedine sine.* Gron.

11. *Similis error, quo quidam plurimo potu.* In eodem, « Similis error quam plurimo potu gloriantur; » scribo *gloriantium*, non *gloriantur*. PINT. — *Similis error quo quidam plurimo.* Vossian. et Pintiani, *error quam plurimo.* Scribe: « Simili errore quidam plurimo potu gloriantur. » Menap. Gud. et Acad. *similis error quodam.* Pintianus: « Similis error quam plurimo potu gloriantium. » Gron.

12. *Salis gustu.* Qui ad excretionem intestina stimulat. Dalec.

13. *Utuntur et cœno fontium utiliter.* Vere; nam hoc fit in multis locis, ex. g. *Silvanez*, Rutenorum pago, in hac Galliæ meridon. prov. quæ nunc audit *dép. de l'Aveyron*: quarum thermarum luto pingui et

viscoso hulcera, et sciatica laborantium membra sanantur feliciter. Notissima omnium tamen urbs *Saint-Amant*, in provinc. gall. *départ. du Nord*, dum lutosarum, sic aiunt, balinearum usu mirabiles curationes fiunt. Ar.

14. *Sicut in Egesta Siciliæ.* Legendum alterutro modo, aut *Egesta*, cum diphthongo prima, aut *Segesta*. Utroque enim modo geographi et historici usurpant. In veteri item codice *Sicilia* legitur, non *Siciliæ*: quod non magnopere displicet, ut sint duo auferendi casus: *Segesta*, *Sicilia*, *Larissa*, *Troade*. PINT. — *In Segestu.* Ita MSS. recte, cum Parm. ed. *Hermolaus* perperam correxit *Egesta*. Hand.

15. *Argenti.* Aquis intincti et immersi, quas medicatas esse nos putamus. Dalec.

16. *Patavinis.* Quorum aqua,

fontibus, ne odoris quidem differentia aliqua deprehenditur.

XXXIII. Medendi modus idem et in marinis erit, quæ calefiunt ad nervorum dolores¹, ferruminandas fracturas, ossaque contusa²: item corpora siccant, qua de causa et frigido mari utuntur. Præterea est alius usus multiplex, principalis vero navigandi phthisi affectis, ut³ diximus, aut sanguinem egerentibus⁴: sicut proxime Annæum⁵ Gal-

quam vis ei medica insit, nihil a vulgari, vel odore, vel colore differt. De his fontibus egimus lib. II, cap. 106. HARD.

XXXIII. 1. *Ad nervorum dolores.* Sic Q. Serenus, cap. LV, p. 159: « Si vero occultus nervos dolor urit inertes, Convenit et pelagi calidis perfundier undis. » Diosc. lib. V, cap. 19 de aqua marina: Ἐρμῆν δὲ πρῶτον λούμενον. . . ἀρμόζον τοῖς περὶ νεύρα πάθεισι, etc. Ad podagram vel sic commendat Marc. Emp. c. xxxvi, p. 247. HARD.

2. *Ferruminat et fracturas ossaque contusa.* In vetusto exemplari, « ferruminata ac fracturis ossa: » legendum forte, « ferruminant et fracta cruris ossa: » reliqua redundant. ΠΙΝΤ.—*Ferruminantes fracturas ossaque contusa.* VOSS. « feruminata fracturis ossa contusa item corpora ad siccanda. » Eodem modo Men. Gud. et Acad. nisi quod hic *ferruminantia*. Fortasse: « quæ calefiunt ad nervorum dolores, ferruminandas fracturas, ossa contusa, item corpora ad siccanda. » Pintiani codex, *ferruminata ac fracturis*; ipse « ferruminant, et fracta cruris ossa, item corpora ad siccando. » ΓΡΟΝ.—*Ferruminandas.* Ad fracturarum fascias idcirco marinam aquam Hip-

pocrates adhibet, πρὸς ὑποδισμίδας, lib. de liquidorum usu, cap. 3, p. 445, tom. VI Oper. Galeni. H.

3. *Ut diximus.* Lib. XXIV, c. 6. DALEC.—*Ut diximus.* Lib. XXIV, cap. 19, et lib. XXVIII, cap. 14. Cels. Corn. lib. III, c. 22: « Quod si mali plus est, et vera phthisis est. . . opus est, si vires patiuntur longa navigatione, cæli mutatione, sic ut densius quam id est, ex quo discedit æger, petatur. Ideoque aptissime Alexandriam ex Italia itur, etc. » HARD.

4. *Aut sanguinem egerentibus.* Plin. Jun. Ep. V, 19, § 5: « Dum Zosimus, inquit, libertus meus intente instanterque pronunciat, sanguinem rejecit, atque ob hoc in Ægyptum missus a me, post longam peregrinationem confirmatus rediit nuper. » HARD.

5. *Annæum.* Junium Annæum Gallionem, Senecæ philosophi fratrem, cujus mentio apud Tacitum, Annal. lib. XV, p. 265. Quo anno consulatum gesserit, nam in consulum Fastis non censetur, obscurum est. H. — Unde tamen non sequitur falso hunc a Nostro inter consules relatum; namque sæpius subrogatorum consulum ne ulla quidem fit mentio. Item de ipso

lionem fecisse post consulatum meminimus. Neque enim Ægyptus propter se petitur⁶, sed propter longinquitatem⁷ navigandi. Quin et vomitiones ipsæ instabili⁸ volutatione commotæ plurimis morbis capitis, oculorum, pectoris⁹ medentur, omnibusque, propter quæ elleborum bibitur. Aquam⁹ vero maris per se efficaciorum discutiendis tumoribus putant medici, si illa¹⁰ decoquatur hordeacea farina¹¹ ad parotidas. Emplastris¹² etiam, maxime albis¹³, et malagmatis miscent. Prodest¹⁴ et infusa crebro ictu¹⁵. Bibitur¹⁶ quoque, quamvis non sine injuria sto-

Annæo existimandum, quem constat consulatu ornatum, nec quo anno satis constat, quamvis non absurde ad a. Ch. 62 res videatur referenda. Cæterum nota est omnibus quidem post Lipaium et Cl. V. DE LA TOUR ΡΑΖΟΝΙΟΟ habitum Gallionem natu majorem. (Cf. in nostri Senecæ vol. I, Diss. præmiss. cap. 2, p. XIX), quanquam cel. Plutarchi interpres ΑΜΥΟΤ minorem somniavit. ΑΣ.

6. *Neque enim Ægyptus pr. se petitur.* Plinius tamen Secundus, lib. V, Ep. 19, quemdam sanguinem rejicientem in Ægyptum se misisse refert in cælo illo potius quam in navigatione spem habens. Brod. I. VI, cap. 25. Vide Celsum, l. III, cap. 22; Aurelianum, lib. I, cap. 14. DAL.

7. *Instabili.* Navis, qua vehimur, agitatione. HARD.

8. *Pectoris.* Hippocrat. lib. IV, Aphorism. 14. DAL.

9. *Aquam.* Plin. Valer. lib. III, cap. 47. HARD.

10. *Si illa.* Dioscorides, lib. V, cap. 19, et Marc. Emp. lib. XV, pag. 107. HARD.

11. *Decoquatur hordeacea fari-*

na. Dioscor. miscetur cataplasmatibus ex hordeacea farina. DAL.

12. *Emplastris.* Dioscorides, loc. cit. HARD.

13. *Maxime albis.* Quoniam aquæ marinæ salsugo maxime dealbat omnia, præcipue ceram. DAL.

14. *Prodest.* Ad tumores nimirum ac parotidas, ac cætera quæ mollienda sunt ac discutienda. Crebro ictu, hoc est, crebris, ut loquitur Cæl. Aurel. l. II, c. 3: « Aquarum supercadentium illisionibus, quas Græci κατακλυσµὸν vocant. » Et l. I, cap. 4: « Aquarum illisio est, qua patientes partes percussæ mutari coguntur. » Itemque lib. IV, c. 7: « Aquarum illisio patientibus locis, quam Græci κατακλυσµὸν vocant. » Nugantur qui, *cerebro ictu*, hic respondent, invitis etiam MSS. II.

15. *Crebro ictu.* Leg. *cerebro icto.* Galeno meth. sub finem lib. VI, in vulneribus capitis membranæ valentissima remedia, sustinent. DAL.

16. *Bibitur.* Dioscorides, fere totidem verbis loc. cit. H.—*Bibitur quoque, quamvis non sine injuria stomachi.* Bene; nam hodie quoque hæmæticis annumeratur marina aqua.

machi¹⁷, ad purganda corpora, bilemque atram, aut sanguinem concretum reddendum alterutra¹⁸ parte. Quidam³ et in quartanis dedere eam bibendam, et in¹⁹ tenesmis articulariisque²⁰ morbis asservatam, et in hoc vetustate virus deponentem²¹. Aliqui²² decoctam, omnes ex alto haustam, nullaque dulcium mixtura corruptam, in quo usu præcedere vomitum volunt. Tunc quoque acetum aut vinum²³ aqua miscent. Qui puram dedere²⁴, raphanos supermandi ex

In insula vulgo dicta *de Pâques*, homines tamen vulgo marina utuntur impune. Cæterum quid in causa cur bibatur periculose, in comperto est, nempe multo sale eam infici; quanquam unde hic sal nec tam evidens, nec examinasse nostri consilii est. Ad hoc, amaritudo non cum sale confundenda est; nam quo altius demergeris, hausturus aquas, eo dulciior humor et salis plenior. Quod ad vim medendi attinet, ut multa in his quæ Veteres de aquis marinis cecinere falsa, sic multa aut vera, aut vero propiora. Certe efficacissima est in his morbis persanandis, qui lymphatici vulgo dicuntur. Ad hydrophobiam quoque fertur valere. Sed hoc in incerto. *As.*

17. *Non sine injuria stomachi. Quem corrodit. Diosc. HARD.*

18. *Alterutra. Superne, vel interne: vomitu, aut per alvum. H.*

19. *Et in tenesmis. Marc. Emp. cap. xxxix, pag. 203. Plin. Valer. lib. II, cap. 24, cui titulus, ad tenesimum: « Aqua marina, inquit, ex alto hauritur, servaturque, ut vetustate vires accipiat: postea bibitur cum vino et aceto, vomitu præcedente. » HARD.*

20. *Articulariisque. Cels. lib. IV, cap. 24, de articularum doloribus*

in manibus, pedibusque. « Aquam marinam, vel muriam duram fervere oportet: deinde in pelvem conjicere: et quum jam homo pati potest, pedes demittere, etc. » H.

21. *Et in hoc vetustate virus deponentem. Sincera et sine potabili aqua si reponatur virus exiit. Sunt qui præcoctam recondant. Dioscorid. DALZO.*

22. *Aliqui. Cels. lib. II, c. 12, de ejectione: « Tunc immittenda in alvum est, si levi medicina contenti sumus pura aqua: si paulo valentiori, mulsa. . . . Acris autem est marina aqua, vel alia sale adjecto: atque utraque decocta commodior est. » HARD.*

23. *Tunc quoque acetum aut vinum. Q. Serenus, cap. de quartana, p. 157: « Prodest et potus, sed mulsus, Doridis humor. » HARD.*

24. *Qui puram dedere. Sic libri omnes MSS. quos vidimus cum Ch. et Pramensi editione. Frobenius, et omnes deinde eum sequuti, qui parum ediderunt. Haud recte. Pura hic aqua intelligitur, quæ per se et sola datur, hoc est, quæ nulla sit dulcium mixtura corrupta. Sic Plin. Val. lib. II, cap. 24, ad tenesimum: « Aliqui vero, inquit, aquam marinam per se dant, sed raphanos*

mulso aceto jubent, ut ad vomitiones revocent²⁵. Clysteribus²⁶ quoque marinam infundunt tepefactam. Testium quidem tumori fovendo²⁷ non aliud præferunt. Item pernionum²⁸ vitio ante hulcera. Simili²⁹ modo pruribus, 4 psoris, et lichenum curationi. Lendes³⁰ quoque et tetra capitis animalia hac curantur: et liventia³¹ reducit eadem ad colorem. In quibus curationibus post marinam aceto calido fovere plurimum prodest. Quin et ad ictus venenatos salutaris intelligitur³², ut phalangiorum³³ et scorpionum:

supermandi jubent ex mulsa et aceto, ut vomatur. » Sic puram aquam Cels. lib. II, cap. 12, mulsæ opponit, et ei in qua fenum græcum, vel malva decocta sit. HARD.

25. *Ut ad vomitiones revocent.* » Ut sit vomitus facilior, qui tenesmi causas effundat, » inquit Marcell. Empiric. cap. xxiv, pag. 203. H.

26. *Clysteribus quoque marinam,* etc. Marcell. Empir. cap. xxiv, p. 196: « Tormiosis saluberrime aqua marina per clysterem infundetur, si molestia diutina fuerit. » Plin. Val. lib. II, cap. 25: « Aqua marina calida clysterio infunditur. » Denique Dioscorid. lib. V, c. 19: Πρὸς τὰ κενώματα ἐνιέμενον, γλιερὸν, καὶ πρὸς σφόδρους θερμὸν. » Ad movendas dejectiones tepefacta clysteribus infunditur: ad tormina vero calens. » HARD.

27. *Testium quidem tumori fovendo.* Si et flatuosus, vel serosus. DAL. — *Testium.* Q. Serenus, c. xxxvii, p. 149: « Et tumidos testes Nereia lymphæ coerces. » Marcell. Empir. cap. xxxiii, pag. 228: « Testiculitumes aqua marina rationabiliter foventur. » Sic etiam Theodor. Prisc. lib. I, cap. 25. HARD.

28. *Item pernionum.* Dioscorides

totidem verbis, l. V, c. 19: Ἀρμόζον χιμῆτλοις πρὸ τοῦ ἰλωθῆναι. Theod. Prisc. l. I, c. 28, de pernionibus: « Pernionibus, qui cum prurita sunt, aquæ marinæ fots satis prodest. » HARD.

29. *Simili.* Diosc. item, ψώρας τε καὶ κνησμῶν, καὶ λιγχνῶν, etc. H.

30. *Lendes.* Plin. Val. l. I, c. 4: « Lendes et alia capitis tetra animalia quæ nocent, lotione aquæ marinæ necantur. » Q. Serenus, c. 6, de phthiriasi arcenda, p. 128: « Unda maris lendes capiti deducit iniquas, Et quidquid crebri defendit silva capilli. » HARD.

31. *Et liventia.* Dioscorides, loc. cit. HARD.

32. *Quin et ad ictus venenatos salutaris intelligitur.* Qui refrigerationem et tremorem afferunt. Dioscorid. DALÆC. — *Quin.* Dioscor. loc. citat. Καὶ πρὸς τὰ τῶν θηρίων δῆγματα, ὅσα τρόμευς καὶ ψυγμοὺς φέρει, μάλιστα δὲ σκορπίων, καὶ φαλαγγίων, καὶ ἀσπίδων. » Salutaris quoque est ad venenatorum morsus ictusve, quæ quidem tremores perfrictionesque inferunt: maxime vero scorpionum, phalangiorum, aspidumque. » HARD.

33. *Ut phalangiorum et scorio-*

et ptyade³⁴ aspide respersis. Calida autem in his assumitur. Suffitur³⁵ eadem cum aceto capitis doloribus. Tormina³⁶ quoque et choleram calida infusa clysteribus sedat. Difficilius perfrigescunt marina calefacti. Mammæ³⁷ sororiantes, præcordia, maciemque³⁸ corporis piscinæ maris corrigunt. Aurium³⁹ gravitatem, capitis dolores, cum aceto ferventium vapor. Rubiginem ferro marinæ celerime exterunt. Pecorum quoque scabiem sanant, lanasque emolliunt.

XXXIV. Nec ignoro, hæc mediterraneis supervacua videri posse. Verum et hoc cura providit, inventa ratione, qua sibi quisque aquam maris faceret¹. Illud in ea ratione

num. Morsos a cane rabido Septentrionalis maris accolæ quum ter sub fluctibus demerserunt, a fabie tuto esse putant. DALC.

34. *Ptyade.* Πτυάς, hoc est, sputatrix: species quædam aspidis est, cujus et Ægineta meminit: ab inspuedo corporibus veneno, nomen traxit. HARD.

35. *Suffitur.* Calefactæ vapor excipitur. Dioscor. loc. cit. de aqua marina: Ἰπατμιζόμενον δὲ θερμὸν ὑδροπικὸς, κεφαλαγίας, καὶ δυσηκτίας παρηγορεῖ. HARD.

36. *Tormina.* Diosc. loc. cit. ut jam diximus. HARD.

37. *Mammæ.* Festus: « Sororiare mammæ dicuntur puellarum, quum primum tumescunt, ut fraterculare puerorum. Plaut. in Frivolar. 9: « Tunc papillæ primitus Sororiabant; illud volui dicere, fraterculabant. » Diosc. l. V, c. 19, μαστῶν σπαργώντων, « mammæ nimio lacte turgentes. » HARD. — *Mammæ sororiantes.* Ob nimium incrementum demissas, et mutuo conjunctas: lactis abundantia sic distentas, ut

mutuo se contingant, et tanquam sorores osculentur. Feminas ea mammarum deformitate indecoras ὑπερμαζῶν ait Synesius. DALC. — Omnia paria fratres aut sorores Latini vocabant. Sic manum lævam sororem dexteræ dicit Agorastocles apud Plautum, Pœnul. III, 1, 9. Ne credas tamen male semper et necessario hanc *sororationem* accipi. Apte illa vox in Politiani iambicos dimetros fluxit: « Nam quæ tibi papillulæ Stant floridæ, et protuberant Sororiantes primum. » Ubi vides quam cante quidem, sed eleganter, vir antiquitatis florem solitus præcerpere, adolescentulæ hoc tribuerit. AZ.

38. *Maciemque.* Hoc verborum ambitu phthisin intelligit, sive talem, et malum corporis habitum. Dioscor. loc. cit. Καὶ ταῖς χρονίαις καχεξίαις τοῦ σώματος. . . ὀφθαλμοὺς τὸ δὲ αὐτοῦ λουτρόν. HARD.

39. *Aurium.* Diosc. sup. citat. H.

XXXIV. 1. *Inventa ratione, qua sibi quisque aquam maris faceret.* Muria Veteribus fuit ὀμυσιέρα, crudior,

mirum, si plus quam sextarius salis in quatuor aquæ sextarios mergatur², vinci aquam, salemque non liquari. Cætero sextarius salis cum quatuor aquæ sextariis, salissimi maris vim et naturam implet³. Moderatissimum autem putant, supradictam aquæ mensuram octonis cyathis salis temperari, quoniam ita et nervos excalefaciat, et corpus non exasperet.

quam lib. I Gynæceion Hippocrates γλυκίσιν vocat, nempe minus salsa. Altera εὐκρατος, matura Columellæ, justo salis pondere confecta. Maturitatis indicium est Gal. Simp. lib. IV, quod ovum innatet. Tertia εὐκρατος Archigeni, I, 1, κατὰ τόπον; in remediis quæ phthiriasi conveniunt δανῶς ἀλμυρὰ Galeno supra citato loco, dura Celso l. IV, c. 9, meraca, vehementissime salsa. In eam sal ingestus non liquescit, nec minuitur, sed integer in sporra permanet, Galeno. Verum Columella maturæ murisæ experimentum id esse dicit, et si caseus dulcis demissus non pessum eat: quum enim caseus innatat, maturitatem suam habet. DALEC. — Sic apud Neotericos aquarum medicantium imitatio multiplex fit; quod quidem et magis arduum fuit, nec sine chymis recentioris auxilio processisset satis feliciter. An tamen Veterum industriæ in fingenda aqua marina eadem felicitas contigerit, potest dubitari: quum nec satis nossent quid in his aquis solutum detineretur (nempe hydrochlorates tum e sodio, tum e magnesio, sulphates e sodio, e magnesia, e calce, carbonates e calce, e magnesia, acidum carbonicum), et circa veras relationes ponderum caligarent. Certe salis vulgaris quartam fere

partem potest aqua solvere; sed multum abest quin ita se res habeat. Nam aqua continet

In Oc. Atlant. prope Hess. 1/46
 In mari Hybern. prope
 prov. angl. Cumberland, 1/40
 In sinu Bothnico, ab 1/40 ad 1/30
 In Oc. Atlant. prope Gall. 1/32
 In Aulone Britannico, 1/30
 In mari septemtr. prope
 Thamesis æstuarium, 1/29
 In Interno, quinque m. r.
 a Melita, septemtr. versus, 1/27
 Ibid. sed prope urbem
 Castiglione, 1/24
 In freto Kattegat, prope
 Varberg, 1/16
 In Island. tractu, ab 1/12 ad 1/10
 Non procul littore Norve-

gico, ab 1/10 ad 1/7
 Quum vero jusserint adhiberi cyathos 8 pro 4 sextariis, hoc est, cyathos 2 pro uno sextario; cyathus vero sit pars duodecima sextarii, duplex cyathus pars sexta (1/6), vides quantopere a vera temperatura antiquorum crasis absit. AZ.

2. Quum quatuor aquæ sextariis mergatur. Scribendum, «in quatuor aquæ sextarios mergatur,» ex veteri codice. PLOT.

3. Salissimi maris vim et naturam implet. Adde particulam, que vimque et naturam implet, et paulo post, excalefacit, non calfacit. PLOT.

XXXV. Inveteratur¹ : et quod vocant thalassomeli, æquis portionibus maris, mellis, imbris : ex alto et ad hunc usum advehunt, fictilique vase et picato condunt. Prodest ad purgationes maxime sine stomachi vexatione, et sapore grato et odore.

XXXVI. Hydromeli¹ quoque ex imbre puro cum melle¹ temperabatur² quondam, quod daretur appetentibus vini ægris, veluti innocentiore potu, damnatum jam multis annis, iisdem³ vitiis, quibus vinum⁴, nec iisdem utilitatibus.

XXXVII. Quia sæpe navigantes¹ defectu aquæ dulcis laborant, hæc quoque subsidia demonstrabimus. Expansa circa navim vellera madescunt accepto halitu maris, quibus humor dulcis exprimitur : item demissæ reticulis² in mare concavæ e cera pilæ, vel vasa inania obturata, dulcem intra se colligunt humorem. Nam in terra marina aqua argilla percolata dulcescit. Luxata corpora et hominum et quadrupedum, natando in cujus libeat generis aqua, facillime in artus redeunt. Est et in metu peregri-

XXXV. 1. *Inveteratur.* Hæc totidem fere verbis Plin. Val. lib. II, cap. 23, et Diosc. lib. V, c. 20 : Θαλασσόμελι δοκιμαζέμεν ἀνδρικός, etc. HARD.

XXXVI. 1. *Hydromeli.* Vide quæ de eo dicta sunt XIV, 20, et XXII, 51. HARD.

2. *Cum melle temperabatur.* Duabus partibus aquæ pluviæ veteris, et una mellis. Diosc. DALEC.

3. *Iisdem.* Plin. lib. XXII, cap. 61, de hydromelite, seu aqua mulsa : « Longa vetustate transit in vinum. . . stomacho inutilissimum, nervisque contrarium. » Damnat et in ægrotantium potu hydromeli Diosc. V, 17. HARD.

4. *Quibus vinum.* Nervos enim tentat, ac caput. DALEC.

XXXVII. 1. *Quia sæpe navigantes. . . demonstrabimus. Expansa,* etc. Recentiores quoque edulcorandæ huic aquæ operam dederunt; sed sola hactenus ad hunc scopum attingendum via vera distillatio est, quæ in impensas majores rapit, quam quas sapientiores respublicæ aut navarchi libenter et vulgo suscipiant. Ergo, ut non desperandum, sic certe ultra exspectandum, donec comoda aquarum maximum defæcatio in præsto sit. AJ.

2. *Item demissæ reticulis.* Vide quæ de Arado et Ormuzia diximus II, 106. HARD.

nantium, ut tentent valetudinem aquæ ignotæ : hoc cavent e balineis egressi statim frigidam suspectam hauriendo³.

XXXVIII. Muscus¹, qui in aqua fuerit, podagris illitus prodest : item oleo admixto, talorum dolori tumori- que. Spuma aquæ affrictu verrucas tollit². Nec non arena littorum maris³, præcipue tenuis et sole candens, in medicina est siccandis corporibus coopertis hydropicorum, aut rheumatismos sentientium. Et hactenus de aquis : nunc de aquatilibus. Ordinemur autem, ut in reliquis, a principalibus eorum, quæ sunt sal et spongia.

XXXIX. (VII.) Sal¹ omnis, aut² fit, aut gignitur : utrumque pluribus modis, sed causa gemina, coacto³ humore, aut siccato. Siccat in lacu Tarentino æstivis solibus, totum-

3. *Frigidam suspectam hauriendo.* Sic enim gustatu protinus vitiosam qualitatem deprehendunt. DAL.

XXXVIII. 1. *Muscus.* De musco marino certe Dioscor. V, 267 : ἄμμος ἢ θάλασσιον... ποιῶν πρὸς φλεγμονὰς καὶ ποδάγρας, etc. H.

2. *Spuma aquæ a. v. tollit.* Forte non inutilis : sed quid in causa? sal. Nulla non pars salsæ aquæ eadem virtute polleret, si pollet spuma. AJ.

3. *Nec non arena littorum maris.* Totidem verbis Dioscor. V, 267 : ἄμμος ἢ παρὰ τοῖς αἰγιαλοῖς πυρωθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ἐκμαζέει τὰ ὑδερῶδη σήματα περιχωνούμενα δίχα κερφαλῆς. • Arena littoralis sole fervefacta hydropicorum corpora resiccant, si caput tenuis ea undique obruantur. • Cæli Aureliani III, 8, Chron. de hydropse : • Item, inquit, ex arena littoris sole ignita torrenda corpora : hiemis vero tempore igne prætorrenda, etc. • Theod. Prisc. l. II, part. 2, c. 19 de hydropicis :

• Et de arena calida in littore hæc loca ventris sub umbilico detergere, maximum interdum est beneficium, • Cels. III, 21, ubi de aqua inter cutem : • Evocandus est sudor, non exercitatione tantummodo, sed etiam in arena calida, vel laconico, vel clibano, etc. • Græci hanc curationem παρόπτησιν et φοινηγμὸν appellant : de qua abunde idem Cæli. Aureliani edisserit, Chron. II, 1, de paralysis. HARD.

XXXIX. 1. *Sal.* Sal omnis, inquit, aut natus est, aut factitius. Nativus vel in terra, vel extra terram reperitur. Qui in terra est, aut in montibus cæditur, aut foditur in campis, aut ab eorumdem arenis extrahitur. Sal vero qui gignitur extra terram, fontibus, fluviis, mari, lacubusque continetur. H.

2. *Aut fit.* Aut factitius est, aut natus. Cf. not. 1. HARD.

3. *Coacto.* Densato humore sub terra, unde effoditur, cæditurve, ut mox dicitur. HARD.

Stagnum in salem abit, modicum alioquin, altitudine a non excedens. Item in Sicilia in lacu qui⁴ Cocanivocatur, et alio juxta Gelam. Horum extremitates in inarescunt, sicut in Phrygia, Cappadocia, Aspendi, largius coquitur, et usque ad medium lacum. Aliud in in eo mirabile⁵, quod tantumdem nocte subvenit, tum die auferas. Omnis est talis sal minutus, atque gleba est. Aliud genus ex aquis maris sponte gignitur, a in extremis littoribus ac scopulis relicta. Hic omnis densatur: et est acrior qui in scopulis invenitur. Sunt innum naturales differentiarum tres. Namque in Bactris lacus vasti, alter ad Scythas versus, alter ad Arios, exæstuant: sicut ad Citium in Cypro, et circa Mem-, extrahunt e lacu, dein sole siccant. Sed et summa inum⁶ densantur in salem, amne reliquo veluti subfluente, ut apud Caspiae portas, quæ salis flumina llantur. Item circa Mardos et Armenios. Præterea apud ros amnes Ochus et Oxus, ex appositis montibus deat salis ramenta. Sunt et in Africa lacus⁷, et quidem idi, salem ferentes. Ferunt quidem et calidi⁸ fontes, Pagasæi. Et hactenus habent se genera ex aquis sponte

Qui Cocanicus vocatur. Stagnum vicum haud procul ostio Diminnis, latere Sicilia meridionafzellus, Decad. I, lib. V, c. 119. HARD.

Aliud etiam in eo mir. Spuma salis, seu spuma maris arida ἄλς ἀγνή dicta Diosc. lib. V, 7, ramentum videlicet, purgumve maris spumosum, quod libus petris reperitur, ejusdem sale facultatis, ἐπίψημα ἄλς ἔως ἐπισκόμενον ἐπὶ τῶν πετρῶν etc. Vide Agricola, de nat. lib. III, pag. 208. H.—Non t ille sal a reliquo: nec mi-

rum, si quotidie aliquid salis formetur in lacubus, qui amnium multorum aquas accipiunt, nec exitum præbent. Pars tunc abit in vapores, pars in salem. AS.

6. *Sed et summa fluminum.* Amnium, lacuum, fontiumque saliorum elenchum vide apud Agricola, de natura eorum, quæ effluunt e terra, lib. I, pag. 99. HARD.

7. *Sunt et in Africa lacus.* Est et prope Carcassonem, vulgo *Marsonnette*. DALEC.

8. *Calidi fontes.* Talis et fons in vico Monspessuli vicino, quem incolæ vocant *Balerve*. DALEC.

3 provenientia. Sunt⁹ et montes nativi salis, ut in Indis Oromenus, in quo lapidinarum¹⁰ modo cæditur renascens: majusque regum vectigal ex eo¹¹, quam ex auro est atque margaritis. Effoditur¹² et e terra, ut palam est, humore densato, in Cappadocia. Ibi quidem cæditur specularium lapidum modo. Ponderus magnum glebis, quas micæ vulgus appellat. Gerrhis¹³ Arabiæ oppido muros domosque massis salis faciunt, aqua ferruminantes¹⁴. Invenit et juxta Pelusium Ptolemæus rex, quum castra faceret. Quo exemplo

9. *Sunt et montes, etc.* Exscripsit hunc locum Isidorus, Origg. lib. XVI, cap. 2. Cæditur hodieque copiosus in Carpatho Hungariæ monte, aliisque quos Agricola recenset de nat. Foss. III, p. 207. H.

10. *Lapidinarum modo cæditur.* *Lapidinarum*, in vetusto exemplari, non *lapidinarum*. ΠΙΝΤ.

11. *Majusque regum vectigal ex eo est quam ex auro atque.* Vossian. et Chiffletian. *quam ex auro est atque.* Scribe: « majusque regum vectigal ex eo quam ex auro est atque margaritis. » GRONOV.

12. *Effoditur.* Etiamnum ad secundum a Cracovia Poloniæ lapidem, aliisque in locis, effodi salem, Agricola refert, loc. cit. H. — Celeberrimæ omnium salifodinæ Wielicza eadem in Polonia. ΑΖ.

13. *Gerrhis.* Libri omnes hactenus editi habent, *Carrhis Arabiæ*, quæ urbs illa est videlicet Crassi clade nobilis. In Reg. 1, *Garrhis*. Nos *Gerrhis* rescripsimus, quod oppidi nomen in littore Arabiæ Felicis, qua soli oriente obvertitur, alluiturque Persico sinu. Qua emendatione certior esse nulla potest. Auctor enim Strabo, lib. XVI, p. 166 : Γέρρηξ Ἰαδαιῶν φυγάδων ἐκ

Βαβυλωνος εὐκούντων τὴν ἀλμυρίδα, καὶ ἰγόντων ἀλίνας τὰς οὐρίας, ἃς ἐπιπέδων λεπίδες τῶν ἄλιων ἀφισαμῆναι κατὰ τὴν ἐκίνασον τὴν ἐκ τῶν ἡλίων, συνεχεῖς ἀποπίπτουσι, καταρραίνοντες ὕδασι πυκνὰ τοῦς τοίχους συνέχουσι. Δίχρη δὲ τῆς θαλάττης διακοσῆσεως σταδίους ἢ πῆλιν, etc. • Gerrhis, quam Chaldæi tenent Babylonia extorres, loca salsa et domos ex sale factas habitantes: has quum salis squamæ propter solis ardorem abscedentes continuo cadant, crebro aquis adspurgunt, atque eo pacto continuitatem parietum tutantur. Hæc urbs stadiis cc a mari distat. • Plinius ipse in Geograph. lib. VI, cap. 32: « Sinus Gerraicus Gorra quinque mill. pass. amplitudine, turres habet ex salis quadratis molibus. » Quin et tota hodie insula, quæ *Ormus* dicitur, nec abest longissime ab eo littore, nihil est præter durum candidumque salem, ex quo ipsæ conficiuntur ædes, ut diximus lib. II, cap. 104. Isidor. Origg. lib. XVI, c. 2, hunc Plinii locum exscribens, oppidi nomen prætermisit. HARD.

14. *Ferruminantes.* Conglutinantes adspersione aquæ, quæ mox in salem concresecat. HARD.

postea inter Ægyptum et Arabiam, etiam squalentibus locis, coeptus est inveniri, detractis arenis: qualiter et per Africæ sitientia¹⁵ usque ad Hammonis oraculum. Is quidem crescens¹⁶ cum luna noctibus. Nam Cyrenaici tractus nobilitantur Hammoniaco¹⁷ et ipso, quia sub arenis invenitur, appellato. Similis est colore alumini, quod schiston vocant, longis glebis, neque perlucidis, ingratus sapore, sed medicinæ utilis. Probatur¹⁸ quam maxime perspicuus, 5 rectis scissuris. Insigne de eo proditur, quod levissimus intra specus suos, in lucem universam prolatus, vix credibili pondere ingravescat. Causa evidens, cuniculorum spiritu madido sic adjuvante molientes, ut adjuvant¹⁹ aquæ. Adulteratur Siculo, quem Cocanicum appellavimus, nec non et Cyprio mire simili. In Hispania quoque²⁰ citeriore Egelastæ cæditur, glebis pæne translucens, cui jam pridem palma a plerisque medicis inter omnia salis genera perhibetur. Omnis locus in quo reperitur sal, sterilis est, nihilque gignit: et in totum sponte nascens intra hæc²¹ est.

15. *Qualiter et per Africæ sitientia.* Iisdem verbis Isidorus, Origg. lib. XVI, cap. 2. Plinius ipse, V, 5: « Domos sale montibus suis exciso, ceu lapide, construunt. » H.

16. *Crescens.* Ex humore spissato, quem interdum fervidus sol non absumpsit. DALEC.

17. *Hammoniaco.* Deprehendis h. l. originem veram nobilissimi salis qui nunc apud omnes Europæ gentes audit ammoniacæ. AS.

18. *Probatur.* Dioscorid. lib. V, cap. 126: Ἀμμωνιακὸν τῷ γένει, εὐσχιζόν τι καὶ εὐθείας τὰς διαφύσεις ἔχον. « Hammoniacum natione, quod quidem et findi facile potest, et rectis est scissuris. » HARD.

19. *Ut adjuvant aquæ.* Quæ injecta pondera gestitant, et nobis ea

moveere conantibus levia præbent. HARD.

20. *In Hispania quoque citeriore.* Solinus, cap. XXIII, pag. 43, de Hispania: « non coquunt ibi sales, sed effodiunt. » Gellius, lib. II, cap. 22, ex Catone: « Est in his regionibus mons ex sale mero magnus: quantum demas, tantum adcrecit. » Sic etiam Isid. Origg. lib. XVI, cap. 2. Huc lepide Sidonius allusit, lib. IX, ep. 12: « Venit in nostras a te profecta pagina manus, quæ trahit multam similitudinem de sale hispano, in jugis cæso Tarraconensibus; nam recensenti lucida et salsa est. » HARD.

21. *Et in totum sponte nascens inter hæc est.* Scribe, intra hæc est, ex antiquo codice. ΠΙΤΤ. — Et in

- 6 Factitii varia genera. Vulgaris plurimusque in salinis, mari adfuso, non sine aquæ dulcis riguis²², sed imbre maxime juvante, ac super omnia sole multo, non aliter inarescens. Africa circa Uticam construit acervos salis ad collium speciem: qui ubi sole lunaque induruere, nullo humore
7 liquescunt, vixque etiam ferro cæduntur. Fit tamen et in Creta sine riguis²³, in salinas mare infundentibus: et circa Ægyptum, ipso mari influente²⁴ in solum (ut credo) Nilo²⁵ succosum. Fit et e puteis in salinas ingestis. Prima densatio²⁶ Babylone in bitumen liquidum cogitur, oleo simile, quo et in lucernis utuntur: hoc detracto subest sal. Et in Cappadocia e puteis ac fonte aquam in salinas ingerunt. In Chaonia²⁷ excoquunt aquam ex fonte, refrigerandoque salem faciunt inertem, nec candidum. Galliæ Germaniæque ardentibus²⁸ lignis aquam salsam²⁹ infundunt.
- 1 XL. Hispaniæ quadam sui parte e puteis¹ hauriunt,

totum, etc. Et omnino hæc sunt nativi salis genera. HARD.

22. *Non sine aquæ dulcis riguis.* Monspensuli ex sola maris aqua conficitur, sed imbre cadente citius spissatur, dum imber non abluat diutius, sic enim liquatur. DALEC.

23. *Sine riguis.* Sine mixtura aquæ dulcis, sola marina aqua adfusa in salina. HARD.

24. *Ipsa mari influente.* Ipsum mare, inquit, sua vi influens in Ægypti solum, abit in salem. H.

25. *Nilo.* Nilo aquis nitrosis irrigatum. HARD.

26. *Prima densatio.* Aqua e puteis Babylone hausta et in salinas ingesta primum densatur in bitumen, etc. HARD.

27. *In Chaonia.* Sic libri omnes etiam manu exarati, quos vidimus. Dalecampius tamen ex nescio quo

veteri exemplari, affert, *sed candidum*, contraria plane sententia non modo menti scriptoris, sed et Philosophi, a quo is accepit, Meteor. lib. II, pag. 558, ubi de Chaonio illo sale disputans, εἰσι δὲ τὴν δύναμιν, inquit, ἀσθενέστεροι τῶν ἄλλων, καὶ πλείους ἠδύνουσιν ἐμβληθέντες, καὶ τὴν χροῶν εὐχ. ὁμοίως λευκοί. « Hoc genus satis imbecilliorum quam cætera virtutem obtinet largiusque adhibitum gustum ingerit suavem: colore item non æque candido existit. » HARD.

28. *Ardentibus.* Salis ita conficiendi rationem Agricola edocet de re met. lib. XII, pag. 450. HARD.

29. *Aquam salsam infundunt.* Maris, ut nitrosos et salsos cineres eluant. DALEC.

XL. 1. *E puteis.* Aquam salsam, quam lignis infundant. HARD.

am appellant² : et illi quidem etiam lignum referre-
rantur. Quercus optima, ut quæ per se cinere sincero
alis reddat : alibi corylus laudatur : ita infuso liquore
, carbo etiam in salem vertitur. Quicumque ligno
t sal, niger est. Apud Theophrastum invenio, Um-
arundinis et junci cinerem decoquere aqua solitos,
c exiguum superesset humoris⁴. Quin⁵ et e muria
mentororum recoquitur, iterumque consumpto liquore
aturam suam redit : vulgo⁶ e mænis jucundissimus.
LI. Marinorum¹ maxime laudatur Cyprius a Sala-
: de stagnis Tarentinus, ac Phrygius², qui Tattæus
tur³. Hi duo oculis utiles. A Cappadocia vero qui in
culis affertur⁴, cutis nitorem dicitur facere. Magis

Muriam appellant. Vulgo sp.
nos, *mure* et *murette*. DAL.

Umbros. Sane *Umbros* ve-
omnia exemplaria referunt,
e fatetur Hermolaus, Reg. 1,
lb. etc. ut mirari subeat cur
mnes editi, *Imbros* vel *Imbrios*
ant, ut de *Imbro* Thraciæ
id intelligatur, quod de Um-
Italiæ populis accipiendum
estis Aristot. Meteorolog. II,
558 : Τοιοῦτον δ' ἕτερον γίνεται
Ὀμβρικοῖς ἔστι γὰρ τις τόπος
πεφύκασι κάλαμος καὶ σχοῖνος.
οὐδὲν κατακαίουσι, καὶ τὴν τέ-
μβαλλόντες εἰς ὕδωρ ἀπέψουσιν.
ὃς λίπωσί τι τοῦ ὕδατος, τοῦτο
, ἄλῶν γίνεται πλῆθος. « Aliud
rei proximum Umbri molium-
quemdam enim locum habent,
o arundines et junci enascun-
quorum cinerem decoquere
soliti sunt, donec exiguum
sit humoris : qui ubi refrigit,
is copiam solet evadere. » H.
onjicit gallicus interpres de
ris Indicis sermonem esse (de

quibus jam supra lib. VI, cap. 20,
verba fecit), seu de accolis insulæ
Ombrios (de qua sup. eod. lib. cap.
32). AJ.

4. *Humoris.* Quem longiore co-
ctura in salem densarent. DAL.

5. *Quin et e muria.* Muria sal-
sugo est, in qua salsamenta inna-
tant, hoc est, pisces cæteraque id
genus, quæ sale condiuntur, ad
diurnum usum; *la saumire*. H.

6. *Vulgo.* E mænis sale conditis,
salsugine seu muria decocta, ju-
cundissimus sal eximitur. HARD.

XLI. 1. *Marinorum.* Dioscorides,
lib. V, cap. 126. HARD.

2. *Ac Phrygius.* Diosc. loc. cit.
Ἐν τοῖς λεγομένοις δὲ καὶ τὰ λιμναῖα
προκρίτεον ὑπόνοιατον δὲ αὐτοῦ ἔστι
τὸ Φρύγιον, καλούμενον δὲ Τατταῖον.
HARD.

3. *Qui Tattæus vocatur.* Straboni
lib. XII, post Galatiam Austrum
versus lacus est nomine Tatta, Cap-
padociæ majori vicinus, juxta Mo-
rimenos in Phrygia majori. DAL.

4. *Qui in laterculis affertur.* Mi-

tamen extendit is, quem Citieum⁵ appellavimus. Itaque a partu ventrem eo cum melanthio illinunt⁶. Salsissimus sal qui siccissimus : suavissimus omnium Tarentinus atque candidissimus : et de cætero fragilis, qui maxime candidus. Pluvia dulcescit omnis. Suaviorem tamen rores faciunt ; sed copiosum Aquilonis flatus. Austro non nascitur. Flos⁷ salis non fit, nisi Aquilonibus. In igne nec crepitat, nec exsilit⁸ Tragasæus⁹, neque Acanthius¹⁰ ab oppido appellatus : nec ullius spuma, aut tamentum¹¹, aut tenuis.

nutus, qui in lacu siccatur. DAL. — *Qui in laterculis, etc.* Tubulis e laterculo coctili, aut simili vase. Ita MSS. omnes. HARD.

5. *Citieum.* Cap. 39. HARD.

6. *Itaque a partu ventrem eo cum melanthio illinunt.* De melanthio supra dictum est, lib. XX, cap. 17. Sed pessime hanc plantam iussere umbilico applicari puerperarum ; namque habetur ἐμμηναγωγός, et γαλακτοποιός ; eo vero tempore nec menstrua provocanda sunt, nec lactis abundantia. AJ.

7. *Flos.* Sic appellabant tenuissimum, favillæ instar, levissimum candidissimumque salem : de eo inferius, cap. 42. Neque is porro, neque omnino ullus sal minutatim dissolutus in igne crepitat, aut exsilit. Vide Agricola de nat. Foss. lib. III, pag. 209. HARD.

8. *In igne nec crepitat, nec exsilit.* Legendum : « In igne nec crepitat Tragasæus, neque Acanthius ab oppido appellatus : nec ullius spuma, aut ad ramenta tenuis. » At quid aliud salis ramentum, nisi sal tæneæ? SALM. — *In igne, etc.* Isid. Origg. lib. XVI, cap. 2. Sali Tragasæo in Troade tributum impositum scribit Athen. lib. III, cap. 73.

Strabo, lib. XIII, p. 605, eodem in tractu, haud procul Hamaxito, de quo lib. V, cap. 33 diximus, salinas Tragasæas locat: Τὸ Τραγασαίων ἀλοπήγιον αὐτόματον τοῖς ἰτησίαις πηγόμενον πρὸς Ἀμαξίτῳ, « ubi sal sponte sua cogitur spirantibus Etesiiis. » Consentit etiam Galenus de fac. simpl. Med. lib. XI, cap. 2, pag. 316. In Reg. 1, *Tragasæus.* In Reg. 2, *Tragasæus.* Errat Stephanus, qui Tragasas, et Tragasæum salem in Epiro locat. HARD.

9. *Tragasæus.* A Tragasæ Epiri, Acanthius ab Acantho, Macedoniae urbibus. Tragasæ, Stephano in Epiro locus, ab Tragasæo dictus, cuius Neptunus fecit mentionem, ut ibi in Halio campo sal nasceretur. Est et apud Athenæum in Troade sal Tragasæus, cui quum vectigal Lysimachus imposuisset, evanuit, et vectigali mox sublato succrevit rursum. Rhodigin. lib. IX, cap. 12. Hadrian. Junius, lib. III, cap. 9, eandem historiam recitat, et multas præterea ejusdem argumenti. DALB.

10. *Acanthius.* Ab Acantho, Macedoniae oppido, de quo dictum est lib. IV, cap. 17. HARD.

11. *Nec ullius spuma, aut ramentum.*

gentinus¹² ignium patiens¹³, ex aqua exsilit. Sunt et
um differentia. Ruber¹⁴ Memphi, rufus est circa
n. Centuripis¹⁵ purpureus. Circa Gelam¹⁶ in eadem
a tanti splendoris, ut imaginem recipiat¹⁷. In Cap-
cia¹⁸ croceus effoditur, translucidus et odoratis-
s. Ad medicinae usus, antiqui Tarentinum maxime
abant. Ab hoc quemcumque e marinis : ex eo ge-
spumeum¹⁹ praecipue. Jumentorum²⁰ vero et boum 3

« Nec ullus ex spuma aut ra-
», » in vetere codice. PIR. r.
« ullius spuma, etc. Subintel-
salis. Vide Agricola loco
ne citato. HARD.

« Agrigentinus. Solini para-
is, cap. v, pag. 20 : « Salem
entinum si igni junxeris, dis-
ur ustione : cui si liquor aquae
maverit, crepitat veluti tor-
». « Futilis Meursii conjectura
stigonum, pag. 188, ut inde
igitur, qui legi suadet, *Agrig-
entus ignium impatiens*. Ignium
is dicitur, qui in igne non
tat, nec exsilit. Augustin. de
Dei, lib. XXI, cap. 5 et 7 :
« Agrigentinum salem ait, quum
admotus igni, velut in aqua
ere : quum vero aquae, velut
re crepitare. » HARD.

« *Ignium patiens*. In igne non
tans. Cur sal crepitet, vide
Aristot. Problem. 42 et 43,
II. DALEG.

« *Ruber*. Isid. Origg. lib. XVI,
2. HARD.

« *Centuripis*. Isidorus, loco ci-
HARD.

« *Circa Gelam*. Isidorus, loco
HARD.

« *Tanti splendoris, ut imaginem
at*. Sic Voss. sic Academicus,

sic Gudianus, sic Menapius, non
plus minusve littera. Itaque malle
temperasse Salmasium ad Solinum,
pag. 116, scribere, corrupte in
omnibus libris Plinianis legi, *uti
magnitudinem recipiat* : temperasse
inde conicere, *ut imaginem simili-
tudinem recipiat*. Sane in Andegav.
et mihi occurrit : *uti magnitudinem
recipiat* : sed id detrahendo, non
addendo erat curandum. Librarius,
qui male acceperat et fecerat *uti*,
ex *maginem*, quod sine sensu erat,
fecit *magnitudinem*. GROS.

18. *In Cappadocia*. Sic Isidorus,
loc. cit. At Solinus, cap. v, pag.
220, « In Pachyno adeo splendidus
et lucidus, ut imagines reddat. »
Quo id auctore prodat, incertum.
In MSS. et apud Isidorum, *croci-
nus*. HARD.

19. *Spumeum*. Levem et veluti
pumicosum, ac fistulosum spongiae
modo, aut marinae spumae. DAL.
— *Spumeum*. Spumam maris intel-
ligit, seu spumam salis, ut junio-
res aiunt, de qua Dioscor. lib. II,
cap. 127. HARD.

20. *Jumentorum*. Et hominum si-
militer oculis Plin. Val. adhibet,
lib. I, cap. 18 : « Sal frixum, in-
quit, tritum, admixto melle Attico
innunges, et caliginem tollit. » H.

oculis²¹, Tragasæum et Bæticum. Ad obsonium et cibum utilior, quisquis facile liquescit: item humidior: minorem enim amaritudinem habent, ut Atticus et Euboicus. Servandis carnibus aptior acer et siccus, ut Megaricus. Conditur etiam odoribus additis, et pulmentarii vicem implet, excitans²² aviditatem, invitansque in omnibus cibus, ita ut sit peculiaris²³ ex eo intellectus inter innumera condimenta²⁴. Ita est in mandendo²⁵ quæsitus garo. Quin et pecudes armentaque et jumenta sale maxime sollicitantur ad pastum²⁶, multo largiore lacte²⁷, multoque gratiore etiam in caseo dote. Ergo hercule vita humanior sine sale non quit degere²⁸: adeoque necessarium elementum est,

21. *Oculis*. Caligantibus, maculosis, ungue impeditis. DALÉC.

22. *Excitans*. Expressit hoc ipsum carmine Huetius in poematio de sale: «Pulsa fames, et amor salibus revocatur edendi, Obtusoque abeunt fastidia longa palato.» H.

23. *Ita ut sit peculiaris*. Ita ut in omnibus condimentis vis ejus peculiariter sentiatur. Idcirco et in gari esu inprimis quæritur. H.

24. *Inter innumera condimenta*. Plutarchus condimentum condimentorum vocat, ut mox dicitur. DALÉC.

25. *Ita est in mandendo*. MSS. Reg. 2, et Chifflet. iterum in mandendo. HARD.

26. *Quin et pecudes armentaque et jumenta sale maxime sollicitantur ad pastum*, etc. Vide quæ dictari sumus inferius, sub finem cap. 44. HARD. — *Quin et pecudes*, etc. Hoc notissimum est; unde non satis dolendum eo pretii annonam salis in Gallia nostra devenisse, ut vix eo satis utantur agricolæ, quum nec in præsepi saccos salis plenos toties

offerre possent, quoties utilis res futura sit; nec egena prata spargere sale. Multa quidem prata jam particulas salinas continent, et hæc exquisitissima; sed non hæc dos aut felicitas omnibus contigit. AZ.

27. *Multo largiore lacte*. Aristot. Hist. Anim. lib. VIII, cap. 13, p. 909, et Isidor. Orig. lib. XVI, cap. 2. Neque id Virgilium latuit Georg. III, 394, ita canentem: «At, cui lactis amor, cytisum lotosque frequentes Ipse manu, salasque ferat præsepibus herbas. Hinc et amant fluvios magis, ac magis ubera tendunt, Et salis occultum referunt in lacte ssporem.» H.

28. *Ergo hercule vita humanior sine sale nequit degere*. Vossiani tres, hercules; tum Opt. et Andeg. non quit degere. Et profecto sæpe sic maluerunt, lib. VII, cap. 15, «bituminum sequax alioquin ac lenta natura, etc. non quit sibi avelli:» ut correxit Salmasius ad Solinum, pag. 27, et succinunt quatuor nostri lib. XXXI, cap. 10, «quod in terrestribus volucrisque fieri non

ut transierit intellectus ad voluptates animi quoque²⁹. Nam ita sales³⁰ appellantur: omnisque vitæ lepos³¹ et summa hilaritas, laborumque requies non alio magis vocabulo

quit. - Lib. XXXIV, c. 8, de Apoxyomeno: « mire gratum Tiberio principi: non quivit temperare sibi in eo. » Sic Vossianus. At Dalec. quasi tanti sit, corrigat: *qui nequivit*. Eodem cap. de Apollodoro: « crebro perfecta signa frangentem, dum satiari cupiditatem artis non quit; ideo Insanum cognominatum. » Sic iterum Vossianus. Vulgo, *nequit artis et ideo*; sed nec copulativa opus esse ostendit illud Flori lib. II, cap. 7, « an idem temporis liberas gentes, ideo impatientes jugi. » Cicero ad Div. lib. VII, epist. VI: « Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit. » Ubi etiam vitiantur. GRON.

29. *Ut transierit intellectus ad voluptates animi quoque. Nam ita sales appellantur.* Pro tribus illis dictionibus, quoque *nam ita*, substituo *scommata*, audacter quidem, sed forte non infeliciter. PRATT.—*Ut*, etc. Ut id nomen salis intelligamus transisse etiam ad voluptates animi significandas, non ad palati tantum gustum. HARD.

30. *Nam ita sales.* Catullus formosam mulierem habendam non putat, quæ venustate careat, ac sale, id est, lepore et argutia. Plutarchus, Sympos. lib. V: Διὰ τοῦτ' ἴσως, αἰτ, καὶ κάλλος γυναικὸς τὸ μῆτ' ἀργόν, μῆτ' ἀπίθανον, ἀλλὰ μεμιγμένον χάριτι, καὶ κινητικόν, ἀλμυρον καὶ θριμύ κλωσσί. Victorius, lib. XII, cap. 13. Salis usum ante bellum Trojannum multis incognitum fuisse, his versibus Homerus indicat,

Odyss. Δ: οἱ οὐκ ἴσασιν θαλάσσαν Ἀνίρες, οὐδέ τί θ' ἄλσει μεμιγμένον εἶδαν ἴδουσι. Eustath. putat ἀπειραν δηλοῦσθαι ἐκείνων ἀνθρώπων οἱ εὐδαμῶς θαλάσσης οἶδασιν, ὅτι θαλασσίους, εὐτ' ὄρυκτους, εὐτε τοὺς ἄλλοθεν, quod refert et Pausan. in Atticis. Brod. VI, 3. Jocus est Plauti lepidus in Cas. III, 2, 8, de sene fatuo et insulso, « Non ecaster vilis emptu'st modius, qui venit salis: » nempe hic salem carum esse oportet, alioqui emeret sibi hic senex tam insulsus, stolidus, ineptus. DALEC.—*Nam*. Sal enim, vel sales, urbanitas est, jocus, argutia, lepos. Hinc proverbiorum sales, sal humanitatis, protervi urbanive sales, sal dicendi et facetiæ, similiaque, quæ latine periti norunt. Vates idem, qui proxime laudatus a nobis, admodum scite: « Denique non nostros commendat gratia mores, Ni fuerint tincti salibus: frigemus inepti: Nullus honos, nulla ingrato sermone venustas: Aversæ fugiunt Charites, Venus ipsa facessit, Et formosa suum præcludit Nympha cubile. Adde sales verbis, o non indocte poeta, Si quis mansuro speras de carmine famam. » HARD.

31. *Vita lepos.* Homerus salem ideo θεῖον divinum vocat. Plato in Timæo diis charissimum, plerique χάριτι. Rhod. lib. XXVII, cap. 24. Catullus, « Nulla in tam magno corpore mica salis, » id est, gratiæ, et Veneris, non ut Quintilianus putat, lib. VI, cap. 3, ridiculi. Plutarch. in Sympos. κινδυνεύουσι γὰρ οἱ ἀλσι

5 constat. Honoribus etiam militiæque interponitur, salariis³³ inde dictis, magna apud antiquos auctoritate, sicut apparet ex nomine Salaris³³ viæ, quoniam illa salem in Sabinos portari convenerat. Ancus Marcius rex salis modios³⁴ sex mille in congiario³⁵ dedit populo, et salinas primus instituit. Varro etiam pulmentarii vice usos veteres, auctor est: et salem cum pane esitasse³⁶ eos pro-

τῶν ἄλλων ἔθον εἶναι καὶ ἰδύομα· διὰ χάριτας ἔναι προσπεργεῖσθαι αἰτιώε.
Brod. lib. VI, cap. 12. DAL.

32. *Salaris*. Salaris nomine proprie significabatur tribunorum militarium et ducum annona: forte quod nihil victui magis necessarium quam sal: vel quod salaria percipientes, inde se alerent. Joh. de Janua: «Salarium: a sale dicitur, salarium, id est, stipendium, reditus... diarium quotidianum, cibarium victus: unde legitur, quod olim poetas vivebant de communi salario, id est, stipendio.» Idem qui supra Huetius: «Temporibus sale constabant stipendia priscis: Hinc et perpetuum meruere Salaria nomen. Priscæ Romulidum plebi, sanctoque senatu Munera grata salis donavit Marcius Ancus: Primus et instituit populo gaudente salinas.» HARD.

33. *Salaria*. Consentit Verrius Flaccus, qui apud Festum «Salaris viam ait, incipere a porta quæ nunc Collina a colle Quirinali dicitur. Salaria autem, inquit, propterea appellabatur, quod impetratum fuerit, ut ea liceret a mari in Sabinos salem portari.» HARD.

34. *Ancus Marcius rex salis modios*. Brevius in scripto codice: «Ancus Marcius rex modios salis

in congiario dedit populo.» PIET.

35. *In congiario*. Congiarium populus accipiebat, donarium miles. DAL.—*In congiario*. Joh. de Janua: «Congiarium, id est, beneficium, donatio imperatoris, quod quilibet imperator favorem populi captans adjiciebat, ut largior videretur in donis.» Congiarium in nummis Augustorum populo romano datum sæpe occurrit, sed non ante Neronem. Sub Tito occurrunt imprimis duo: prior est exquisitissimus integerrimusque, inquit Mediosbarbes: T. CAESAR. VESPASIANVS. PONT. TR. P. COSS. II. X. COSG. TER. P. R. IMP. MAX. DAT. Titus Cæsar in suggesto sedens, stante dea Liberalitate, dat congiarium: ante suggestum, cive in alterius sinum largiter effundente. Sic interpretare: CONGIarium TERTium Populo Romano IMPensis MAXimis DATum. Alter est ejusdem Titii jam Augusti: IMP. T. CAESAR. VESP. AVG. P. M. TR. P. P. P. COS. VIII.). CONGIAR. TER. P. R. IMP. P. DAT. Æreus est inter Archaianos tab. XXIX, num. 10. Lege: *Congiarium tertium Populo Romano IMPensis Propriis DATum*. H.

36. *Esitasse enim salem cum pane*. Sincerior lectio scripti codicis, «et sales cum pane esitasse eos proverbio apparet.» PIET.—*Esitasse*. Ad

to apparet³⁷. Maxime tamen in sacris intelligitur auras, quando nulla conficiuntur sine mola salsa³⁸.

LII. Salinarum sinceritas summam fecit suam diffenam, quamdam favillam salis, quæ levissima ex eo est candidissima: appellatur¹ et flos salis, in totum diversa humidiorisque naturæ, et crocei coloris, aut rufi, i rubigo salis: odore quoque ingrato, ceu gari, disens a sale, non modo a spuma. Ægyptus² invenit, urque Nilo deferri. Et fontibus³ tamen quibusdam in. Optimum⁴ ex eo, quod olei quamdam pinguitudireddidit. Est enim etiam in sale pinguitudo⁵, quod mur. Adulteratur⁶ autem tingiturque rubrica, aut

norem et ad hoc proverbium esse Horatius videtur, Sat. II, : « Cum sale panis Latrantem chum bene leniet. » HARD.

Ut proverbio apparet. Huc ent proverbium duo. Alterum ἰχθυον, salem lingere. Persius, , vs. 137: « Eheu Baro, reum digito terebrare salinum atus perages, si vivere cum endis; » alterum ἄλα καὶ τραμὴ παραβαίνειν, salem et m ne prætereas. Vide Eras. DALEC.

Mola salsa. Farre tosto et lido, quo hostiæ consperge- . Molam salsam Homerus, . Ἐ, ἀκτὴν ἀλίτου vocat hoc , Καὶ τὰ μὲν ἐν πυρὶ βάλλα πα- ἀλίτου ἀκτῆ. Οὐλοχότην etiam vocant. Varroni in Aborigi- mola simpliciter hordeum. unit, inquit, tepido lacte sa- mla mactatus porcus: » nempe o sagnatus. DALEC. — Sive o salsam vocabant far tostum sale. Ovidius, Fast. I, vera.

137: «Inde vocor Janus: cui quum cereale sacerdos imponit libum mixtaque farræ sali.» Et vs. 337: « Ante, deos homini quod conciliare valeret, Far erat, et puri lucida mica salis.» HARD.

XLII. 1. Appellatur. Quanquam differt omnino a flore salis. Hæc totidem fere verbis Dioscorides, l. V, cap. 129. Hodie nostris pharmacopolis salariisque incognitus. H.

2. Ægyptus. Dioscorides, loco citato. HARD.

3. Et fontibus. Dioscor. Ἐπίσταται δὲ λίμναις τισὶ, stagnis quibusdam innatat. HARD.

4. Optimum. Dioscorides, loco citato, ὑπολίπαρον cæteris similiter anteposit. HARD.

5. Est enim etiam in sale pinguitudo. Ideo lucernæ melius ardent sale injecto. Macrobius, Saturnal. lib. VII; Aristoteles, Problem. c. 23; Platarch. Symp. Quæst. 1. DAL.

6. Adulteratur. Τὸ δὲ ἑμμιλτων ἢ θρόμβους ἔχον, φαῦλον ἡγατέον. « Fucatus rubrica, aut grumosus, im-

plerumque testa trita : qui⁷ fucus aqua deprehenditur, diluente factitium colorem⁸ : quum verus ille non nisi oleo resolvatur, et unguentarii propter colorem⁹ eo maxime utantur. Canitia in vasis¹⁰ summa est : media vero pars humidior, ut diximus¹¹. Floris¹² natura aspera, excaletoria, stomacho inutilis. Sudorem¹³ ciet, alvum¹⁴ solvit in vino et aqua acopis et smegmatis utilis¹⁵. Detrahit et ex palpebris pilos efficacissime. Fæces imæ concutiuntur, ut color croci redeat. Præter hæc etiamnum appellatur in salinis salsugo¹⁶, ab aliis salsilago, tota liquida, marina aqua salsior, vi distans.

XLIII. Aliud etiamnum liquoris exquisiti genus, quod garon¹ vocavere, intestinis piscium cæterisque quæ abji-

probatur. » Dioscorides, loc. cit. H.

7. Qui. Ἐστὶ τὸ ἀκέραιον ἐλαίῳ συναίσταται μόνον τὸ δεδολωμένον δὲ ἐκ μέρους καὶ ὕδατος. « Pruterea verus et sincerus non nisi oleo resolvitur : adulteratus, non nulla ex parte etiam aqua diluitur. » H.

8. Diluente factitium colorem. Deluente in apographo nostro, non diluente, rectius. PINT.

9. Propter colorem. Ad colorem unguentis emplastrisque addendum : μίγνυται καὶ ἐμπλάστοις καὶ μύροις εἰς χρῶσιν, ὡς καὶ τῷ ῥοδίνῳ. Dioscorid. loc. cit. Utitur eo et ad flavum colorem capillis inducendum Alex. Iatros. lib. XI. HARD.

10. Canitia in vasis. Mucidus succus. DALEC. — Canitia. Floris ejus pars summa in vasis cana est : media humidior. HARD.

11. Ut diximus. Hujus rei nunquam alibi mentionem fecit. Obliviosus hic Plinius. DALEC. — Ut diximus. Paulo ante, initio hujus capituli. HARD.

12. Floris. Totidem verbis hæc

Dioscorides, loco citato. HARD.

13. Sudorem. Dioscorides, loco citato. HARD.

14. Alvum solvit. Dioscorid. loc. cit. Καὶ λίαις παρακτικῶν οὖν οἴνω καὶ ὕδατι ληθθῆν, alvum turbat, etc. H.

15. Acopis et smegmaticis utilis. Acopis et smecticis utilis, in scripto codice. Quam lectionem veram esse

nemo græce doctus diffitebitur : confirmatur etiam Pauli Æginetæ auctoritate lib. VII, ubi de smecticis medicamentis agit, et paulo post feces imæ, redundat verbum imæ. PINT. — Acopis. Μίγνυται καὶ ἐκώποισ, καὶ σμήγμασι πρὸς τριχῶν λεπυσμὸν. « Additur et acopis, et smegmatis : quæ extenuandorum pilorum gratia componuntur. » Diosc. loc. cit. HARD.

16. Salsugo. Salsilaginem esse puto maris affusi in areas salinarum humorem, qui sub salis crusta liquidus manet, nec in salis naturam densatur. DALEC.

XLIII. 1. Garon. Latinis liquamen. Cælius Aurelianus, Chronic.

cienda essent, sale maceratis², ut sit illa putrescentium sanies. Hoc olim conficiebatur ex pisce, quem Græci³ Garon vocabant : capite ejus usto, suffitu extrahi secundas monstrantes. (VIII.) Nunc e scombro⁴ pisce laudatissimum in Carthaginis⁵ Spartariæ cetariis : Sociorum id appella-

l. III. Vopiscus in Aureliano. Oxygaron Apicio, liquamen acetosum. Cujacius, Observ. lib. IX, cap. 9. DALEC. — *Quod garon.* Qua id arte pararetur, docet auctor Geop. XX, extr. Γαρῶν ποίησις. Τὰ ἴγκατα τῶν ἰχθύων βάλλεται εἰς σκεῦος, καὶ ἀλίσκεται... καὶ ἐν ἡλίῳ ταριχεύεται πυκνῶς δονεύμενα. Ὅταν δὲ ταριχευῶσι τῆ θέρει, εἰς αὐτῶν γάρος οὕτως αἱρεται. Κοφινὸς μακρὸς πυκνὸς ἐντίθεται εἰς τὸ μιστὸν ἀγγεῖον τῶν προειρημένων ὀφαρίων, καὶ εἰσραῖ τὸ γάρος εἰς τὸν κοφίνον, καὶ οὕτως διὰ τοῦ κοφίνου διηθῆδεν, ἀναιρούνται τὸ καλύμενον λιγυραμέν, τὸ δὲ λοιπὸν πάτημα γίνεται ἀλιξ. « Intestina piscium injiciuntur in vas et saliantur... et in sole inveterantur, frequenterque versantur. Postquam vero per calorem fuerunt inveterati, garum ex ipsis hoc modo tollitur : cophinus longus imponitur in vas plenum prædictorum piscium, influitque garum in cophinum : atque sic per cophinum percolatum liquamen appellatum garum suscipiunt : reliquum vero retrimentum, alex efficitur, et vocatur. » Gari meminit Martial. lib. VIII, epigr. xxvi, vs. 7 : « Sed coquus ingentem piperis consumet acervum, Addet et arcano mixta Falerna garo. » Usus ejus hodieque esse Constantinopoli Bellonius prodidit. HARD.

2. *Quæ abjicienda essent, sale maceratis.* Ut sanguine, branchiis, ca-

pitibus, præsertim garorum et lycostomorum. DALEC.

3. *Græci.* Iterum Plinio, XXXII, 53, *garus.* Pisciculus ignotus. Isid. Origg. lib. XX, cap. 3 : « Garum est liquor piscium salsus, qui olim conficiebatur ex pisce, quem Græci γάρων vocabant. Et quamvis nunc ex infinito genere piscium fiat, nomen tamen pristinum retinet, a quo initium sumpsit. » HARD.

4. *E scombro.* De hoc Strabo, lib. III; Athen. lib. II; Horat. Sat. II, VIII, 45 : « ...his mixtum jus est; oleo, quod prima Venafri Pressit cella; garo de succis piscis Iberi. » DAL. — *Nunc e scombro,* etc. Laudatissima hæc muria fuit, propriaque divitum. Martial. lib. XIII, epigram. cii, pag. 721, cui titulus, *Garum scombrorum* : vel, ut habet, Aldina editio, « Garum sociorum. Exspirantis adhuc scombri de sanguine primo Accipe sæcosum, murena cara, garum. » Horat. (vid. init. notæ) *garum* laudat *de succis piscis Iberi*, hoc est, scombri, quem ex Hispania petebant, insulaque Scombraria inde dicta prope Carthaginem. Auctor Strabo, lib. II, pag. 159 : Ἡ τοῦ Ἡρακλείου νῆσος ἦδη πρὸς Καρχηδόνα, ἣν καλοῦσι Σκομβραρίαν, ἀπὸ τῶν ἀλισκομένων σκόμβρων, εἰς ἃν τὸ ἀριστον σκευάζεται γάρων. H.

5. *Carthaginis.* De eo Carthaginis cognomine diximus, lib. XIX, cap. 7. HARD. — *Cetariis.* De ea voce

tur⁶, singulis millibus nummum permutantibus congios fere binos. Nec liquor ullus pæne præter unguenta majore in pretio esse cœpit, nobilitatis etiam gentibus. Scombros quidem, et Mauretania⁷ Bæticaeque Carteia, ex Oceano intrantes capiunt, ad nihil aliud utiles. Laudantur et Clazomenæ garo, Pompeiique et Leptis: sicut muria Antipolis⁸ ac Thurii, jam vero et Dalmatia.

XLIV. Vitium¹ hujus est alex, imperfecta nec colata

egimus, lib. IX, cap. 19. HARD.

6. *Sociorum id appellatur*. Archigenes, lib. II, κατὰ τόπου *Hispanum* vocat, Asclepiades eodem libro *nigrum*, πρῶτον Paulus, lib. III, cap. 59. «Fecosum, Martialis in Xenii, Exspirantis adhuc scombri de sanguine primo Accipe fæcosum, manera prima, garum.» Quamquam ibi *fastosum* quidam legeat malunt, ut ad raritatem et pretium referatur. «Archanium, idem, lib. VII, Sed coquus ingentem piperis consumet acervum, addet et Archano, mixta Falerna garo.» Διμάριον γάρην vocat Constantinus, lib. XX, quasi *sanguiculum* dicas. Ταρτηρόν vocat Pherecrates comicus in Triptolemo. DAL.—*Sociorum*. Cum viris eruditus, Bisciola, Radero, Cæσιο, Aldrovando, cæterisque, existimamus id nominis obtinuisse garum, quod a sociis populi romani nempe Hispanis Romam deferretur: vel a societate publicanorum, qui vectigal garo impositum exigent: quo sensu lib. XXXIII, c. 39, ex adulterato minio *prædam esse societati* dixit. Placuit hæc sententia jam ante Galeni scholiastæ in lib. κατὰ τόπου. HARD.—Priori conjecturæ nos favemus, quamquam non de omnibus Hispanis dictum fuisse censemus τὸ

sociorum, sed de Carthaginis incolis; cf. de hoc garo, præter Horat. lib. II, Sat. VIII, vers. 46, Anson. Epist. XXI; Petron. Satir. cap. 36; Apicius, de arte Coquin. lib. VII, cap. 7 et 13. Annæus, qui declamatorie omnia, epist. xcv: «Quid? illud sociorum garum, pretiosam malorum piscium saniem, non credis upere salsa tabe præcordia?» A.

7. *Et Mauretania, Bæticaque, et Carteia ex Oceano intrantes. Bætica non Bætica*, legendum ex vetusto codice, recte. Nam Carteia Bætica urbs est. ΠΙΝΤ.

8. *Antipolis*. Fuit Galliæ Narbonensis oppidum, ut in geographicis diximus. Meminit Martialis, XIII, disticho 103, de muria: «Antipolitani, fateor, sum filia thynni: Essem si scombri, non tibi missa forem.» Muriam seu garum e thynno inferioris notæ ac pretii fuisse significat: e scombro, pretiosius. H.

XLIV. 1. *Vitium*. Quid sit alex, intelliges non ex h. l. sed etiam ex auctore Geopon. superius laudato. Meminit Martialis, lib. III, epigr. LXXVII: «Et putri cæpas alece natantes.» Horat. Sat. II, IV, 73: «Ego fæcem primus, et allec... Inventor puris circumposuisse catil-

fæx. Cœpit tamen et privatim ex inutili pisciculo², minimoque confici. Apuam³ nostri, aphyen Græci vocant, quoniam is pisciculus e pluvia nascitur⁴. Forojulieneses pisces ex quo faciunt, lupum⁵ appellant. Transiit deinde in luxuriam, creveruntque genera ad infinitum: sicuti garum ad colorem mulsi veteris, adeoque dilutam suavi-

lis. » HARD. — *Alex.* Piscosum sal-samentum a suo liquamine nondum separatum. Plaut. in Pœn. V, 5, 31: «Tunc hic amator audes esse, alex viri?» quasi viri sex, indigne qui vir habeatis. DAL. — *Capit tamen et privatim*, etc. Altera ejus vocis acceptio: ut non fæx gari solum, sed et muria vilior e pisciculis minutis alec sit appellatum. HARD.

2. *Inutili pisciculo, minimoque confici.* « Ex mutilo pisciculo, minutoque confici. » Quidam sic legunt, et iis verbis significari putant garum paratum ex encrasicholis, vulgo *Anchois*. Ii enim sale conditi in optimum garum lique-scunt. At ne garum corrumpatur, semper avulso capite condiuntur: sic enim una cum capite fel, hep-ar, intestina, viscera eximuntur et abjiciuntur. DAL. — *Ex inutili.* Ad nihil aliud utili. Ita MSS. omnes: non ut quibusdam placuisse intelligo, *ex mutilo*. HARD.

3. *Apuam.* Egimus de ea l. IX, cap. 74. De eo genere piscium par-cœmia efficta, apud Athen. l. VII, Zenobium, Suidam, aliosque: ἀφύα ἐς πῦρ. HARD.

4. *E pluvia nascitur.* E spuma imbribus excitata, quum aqua multa e cælo decidit: Aristot. Histor. lib. VI, c. 15, quamobrem ἀφρίτις vocatur. DAL. — Perquam absurdo

etymo, sed ad cujus absurditatem maxime proclives Veteres semper fuerunt. Quid enim a vero longius accedit quam hæc ἀφύα in ἀφ-ύαι divisio? Cæterum aphyas a limo aut pluvia, nullo gignente, nasci opinio olim obtinuit, generationi, ut siunt, spontaneas maxime favente ignorantia, immo et hoc etymi commentita, a privativo a et φύα. Elegantissime hicce error expressus est ab Oppiano, Halieut. I, 766, etc. ὧς δὲ καὶ ἠπισθανῆς ἀφύας ἀλγα-πιλὶς ἔθνος Οὐτινος ἐκχυγᾶσιν ἀφ' αἵματος οὐδὲ τοκῆων. Οὐτὰ γὰρ ἐκ νεφύων Ζηνὸς νόος ὄμβρον ἀφύην Δάβρον ὑπὲρ πόντοιο καὶ ἀσχετον... Ἐκ δὲ φύονται ἀδίσφατοι, ἰκαλοὶ εὐλαίς... Item Cyneget. II, 568. Cæterum memento Clariss. V. CUVIER, vias aphyas nil præter ova piscium majorum, dum τὴν ἰδιότητα in corpore-pisculo minimo jam non agnos-cunt prisci observatores. AL.

5. *Lupum.* Pisces tamen intel-lige, ab eo lupo disparem, de quo actum est lib. IX, cap. 28. Apuis potius, viliorique pisciculorum tur-bæ congenerem: immo apuam ip-sam, quam ab oris scissura λυέσσο-μον Ælianus appellat, Hist. Anim. lib. VIII, c. 18. Ex siluro tamen quoque confectum liquamen, ga-rum appellat Cælius Aurelianus, Chron. lib. II, c. 1, de paralysis. H.

tatem, ut bibi possit. Aliud vero castimoniarum⁶ superstitioni etiam, sacrisque Judæis⁷ dicatum⁸, quod fit e piscibus squama carentibus. Sic alex pervenit ad⁹ ostreas, echinos, urticas, cammaros, mullorum jocinera: innumerisque generibus ad saporem gulæ cœpit sal tabescere¹⁰. Hæc obiter indicata sint desideris vitæ: et ipsa tamen

6. *Ad castimoniarum superstitionem.* In casto Cereris erant, qui Cereri operabantur. Festus in voce *minuitur*. Id autem fiebat summa temperantia et continentia: quam obrem ἀγνίσιν Δημητρί, puriter facere Cereri dicebant. Quamvis iis diebus adeo severa frugalitatis et parsimonie lex esset, tamen permittebatur id gari genus. DAL.

7. *Judæis.* Qui *abdicatum* hoc loco, vel *squamam habentibus* legunt, et vim sententiæ afferunt, et conjecturæ plus quam conditivorum codicum auctoritati tribuunt. Quæ sint tamen ea Judæa sacra, cærimonieque ad castimoniam institutæ, nondum est nobis sane compertum. Scimus Levitici cap. xi vetitum Judæis piscium esum qui squamis carerent: non tamen omnium, sed eorum qui cartilaginei (σιλάχη hæc Græci nominant) quique molles: non eorum etiam qui contacti crustis tenuibus, aut testis conclusi duris, quales sunt ostreae, cammarique, hic appellati. Auctor Porphyrius, lib. IV de Abstinentia, pag. 163: Πᾶσι γὰρ μὴν ἀπηγόρευτο ὡς ἐσθίειν, ἢ ἰχθύων τῶν ἀρόλιωτων ἢ σιλάχη καλεῖσιν Ἕλληνες. Legendum haud dubie, *sacrisque Idæis*. HARD.

8. *Dicatum.* Legend. *abdicatum*. Judæi namque piscibus squama ca-

rentibus abstinent. Garum id fortassis est, quod voce a garo detorta, nos caviari quasi gaviarii nuncupamus. Paratur ex ovis acipenserum (vulgo *esturgeons*) sale conditis in cetariis Borysthenis, Phasidis, Tanais. Ejus loco Judæi nunc ovis Cyprinorum, conditis eodem modo, vescuntur. DAL.

9. *Sic alex pervenit ad ostreas.* Plautus apud Festum in Narita, Νηρίαις, καμμάριος, τεγαυστάς, echinos saginatos in vivariis, conchas in piscinia. SCALIG.—*Sic.* Sic muria, inquit, vel murie faece condita ostrea, echini, urticae, etc. Sic vero condita, a Plauto *muratica*, Festo teste, nuncupantur: «Nerita, inquit, est genus piscis minuti. Plautus: Muriatica autem video in vasis stanneis: Bonam neritam, et cammarum, et tagenia, Echinos fartos, conchas piscinarias.» Nam quæ Plinio ostrea, Plauto neritæ sunt, ostrei genus: echinos deinde fartos, sive saginatos in vivariis, conchas in piscinis, uterque laudat. Pro tagenia vero, quæ vox a Scalligero in Varrone maxime hic probatur, forte *cnidia* legi satius fuerit: κνίδη enim urticam sonat: quo de piscium genere diximus lib. IX, cap. 68. HARD.

10. *Tabescere.* Putrescere in mulvel alece. HARD.

nonnullius usus in medendo : namque et alece scabies pecoris sanatur, infusa per cutem incisam : et contra canis morsus draconisque marini prodest. In linteolis autem conceptis imponitur. Et garo ambusta recentia sanantur, si quis infundat ac non nomet garum. Contra¹¹ canum quoque morsum prodest, maximeque crocodili, et hulceribus quæ serpunt, aut sordidis. Oris quoque et aurium³ hulceribus aut doloribus mirifice prodest. Muria¹² quoque, sive illa salsugo, spissat¹³, mordet, extenuat, siccatur. Dysentericis¹⁴ utilis est, etiam si nome intestina corripit. Ischiadicis, cœliacis veteribus, infunditur. Fotu¹⁵ quoque apud mediterraneos aquæ marinæ vicem pensat.

XLV. (IX.) Salis natura est per se ignea, et inimica ignibus, fugiens eos, omnia erodens. Corpora¹ vero astringens, siccans, alligans² : defuncta etiam a putrescendo vindicans,

11. *Contra canum.* Dioscorides, lib. II, cap. 34. HARD.

12. *Muria quoque.* Muriam, sive, ut apud Festum legitur, *muriem*, salem etiam durum appellarunt. Servius : « Virgines tres vestales maxime ex nonis maiis ad pridie idus maius alternis diebus spicas adreas in corbibus messuariis ponunt, easque spicas ipsæ virgines torrent, pinsunt, molunt : atque ita molitum condunt. Ex eo farre virgines ter in anno molam faciunt, lupercalibus, vestalibus, idibus septembribus, adjecto sale cocto et sale duro. » SCALIG. — *Muria.* Muria nempe salsamentorum, de qua diximus cap. 40. Ἄλμη Dioscorides, lib. V, cap. 128. Et illa præterea salsugo, de qua cap. 42. HARD.

13. *Spissat.* Adstringit, et extenuat pariter : quas vires nec Dioscorides ipse a muria abjudicat, quum salis ei effectus adscribit loc. citat. Ἄλμη

τὴν αὐτὴν τοῖς ἄλλοις ἔχει ἐνέργειαν. Sali enim is, c. 126, vim adstringentem extenuantemque attribuit, *σπικτικὴν καὶ ἰσχυρωτικὴν.* Quare quum Dalecampius hoc loco Plinium ineptiarum arguit, suam ipse incertitiam prodit. HARD.

14. *Dysentericis.* Dioscorid. loc. citat. *Δυσεντερικῶς τί ἐστὶ τοῖς κατὰ νομὴν ἔγκλυσμα, καὶ ἰσχυρικῶς χρονοῖς.* « Dysentericis utiliter infunditur, quorum intestina nome (hoc est, *ulcus*), corripuit : itemque ischiadicis jam diuturno dolore vexatis. » Cels. lib. IV, cap. 15, « de torminibus, id est, dysenteria. Themison muria dura quam asperrima utendum memoris prodidit. » HARD.

15. *Fotu.* Totidem verbis Dioscorid. loc. cit. HARD.

XLV. 1. *Corpora.* Locum hunc Isidorus, Origg. XVI, 2, ad verbum excipsit. HARD.

2. *Alligans.* Contrahens, συσπικτικῶς.

ut durent ita per secula. In medendo³ vero mordens, adurens, repurgans, extenuans, dissolvens. Stomacho tantum inutilis, præterquam ad excitandam aviditatem. Adversus⁴ serpentium morsus cum origano, melle, hyssopo. Contra cerasten cum origano, aut cedria, aut pice, aut melle. Auxiliatur contra scolopendras ex aceto potus: adversus scorpionum⁵ ictus, cum quarta parte lini seminis⁶, ex oleo vel aceto illitus: adversus crabrones vero vel vespas, similiaque, ex aceto. Ad heterocraneas⁷, capitisque hulcera, et pusulas⁸, papulasve, et incipientes verrucas, cum sevo vitulino: item oculorum remediis⁹, et ad crescentes ibi carnes, totiusque corporis pterygia: sed in oculis peculiariter: ob id collyriis emplastrisque additur. Ad hæc maxime probatur Tattæus, aut Caunitēs¹⁰. Ex ictu

λεωσα, δινεαμιν εχει κατασταλυτήν.
Diosc. DALBEC.

3. *In medando.* Dioscorides, V, 126: Δίνεαμιν δι ὄχουσι... ρυτιυαίν τε και σπικτυαίν, και ἀκνωθερτυαίν, και διαχυτυαίν, ετι δι κατασταλυτήν, και ισχυτυαίν, και ισχερωτυαίν, etc. « Adstringens, abstergens, repurgans, dissolvens: insuperque reprimens, extenuans et crustas inducens. » HARD.

4. *Adversus.* Dioscorid. totidem verbis, loc. citat. Πρὸς δὲ σκορπίων πληγῆς, σὺν λινοπέτρῳ· πρὸς δὲ ἔχουσι δῆγματα, σὺν ὄργανῳ και μέλιτι, και βοσάνῳ, πρὸς δὲ κερύστου, μετὰ πίστεως ἢ κεδρίας ἢ μέλιτος· πρὸς δὲ σκολοπένδρας δῆγμα, σὺν μέλιτι και ἔλαι· πρὸς δὲ σφαίων πληγῆς... σὺν ζῆατι μοσχέω. HARD.

5. *Adversus scorpionum.* Theod. Prisc. lib. I, c. 22: « Scorpionum vero percussus, sales frixi et cum oleo contriti, loco appositi, curare. » HARD.

6. *Cum quarta parte lini seminis.* Nostrum spographum: cum æqua parte lini seminis; et paulo post, et vespas, non vel vespas. PIET.

7. *Ad heterocraneas.* Dioscorides, loc. cit. Definit versicale τρετραπείαν κεφαλαίων Q. Seren. « Portio si capitis morbo tentetur acuto. » Ημικρανίας alii nuncupant. H.

8. *Pusulas.* Ψεδράκια, Dioscor. Ruellius vertit, *albidas capitis pustulas.* DALBEC.

9. *Item oculorum remediis.* Diosc. loc. cit. Στάλωσι και τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς ἑκπεραχῆς, και κτυρόγια τίκουσι, και τὰς ἄλλας δὲ ἑκπεραχέουσας αἰροῦσι. HARD.

10. *Ad hoc maxime probatur Tattæus aut Caunitæ.* In vetusto codice: « ad hoc maxime probatur et Teus et Caunitæ. » Pato scribend. et Teus et Caunitæ, a duabus civitatibus. Teo Ionis, Anacreontis poetæ natalibus clara, et Cauno Cæcis, quæ est finitima Ionis. Nec

vero fuffusis cruore oculis sugillatisque¹¹, cum myrrha pari pondere ac melle, aut cum hyssopo ex aqua calida, utque foveantur salsugine. Ad hæc Hispaniensis eligitur, contra³ que suffusiones oculorum cum lacte in coticulis teritur. Privatim sugillationibus¹² in linteolo involutus, crebroque ex aqua ferventi impositus. Hulceribus¹³ oris manantibus in linteolo concerpto. Gingivarum¹⁴ tumori infricatus. Et contra scabritiem linguæ fractus comminutusque. Aiunt dentes non erodi¹⁵, nec putrescere, si quis quotidie mane jejunus salem contineat sub lingua, donec liquescat. Lepras¹⁶ idem, et furunculos, et lichenas, et psoras emendat cum passa uva, exempto ejus ligno, et sevo bubulo, atque origano, ac fermento, vel pane, maxime Thebaicus. Hic

me latent quæ hic Hermolaus, et alibi alii de sale Tattæo et Tragasæo tradunt. ΠΙΝΞ. — Qui ergo in sententiam aliam cel. criticus decessit, ni misere παραδοξομανής et novitatis unde unde extricandæ studiosus. Nos de lacu Tatta nulli dubitamus, tum quod Teos salis gloria non palmarium nomen, tum quod Lycaoniæ aridæ quidem et infecundæ solitudines non ea saltem laude orbandæ quod salem præbeant. Antiquissimus testis Strabo, qui lacus multos pronunciat, hac in regione exstitisse, unde sal abunde hauriretur; quorum alter in loco hodie incognito *Orkaoriki*, alter oppidulo vel castello *Pigniso* proximus, longe tamen spatiosior feraciorque Tatta (ἡ Τάττα). Ille in hac Asiæ minoris parte adspectabatur quæ olim Phrygiæ majoris fuit, mox Lycaoniæ (nam Phrygiæ majoris meridionalia in Lycaoniæ provinciæ formam iverunt, sub Galatia, confini Morimene Cappadocum.) Conf. e recen-

tiorum viatorum turba Ροσοκκ, tom. III, pag. 134, et ΤΑΥΕΡΝΗΡ, *Voy.* t. I, lib. I, cap. 7, qui et de campis adjacentibus copiose agit, ac monet DUSLAG his esse nomen indigena lingua, quod latine idem sonat cum salinis campis. ΑΓ.

11. *Sugillatisque*, etc. Faciei sugillationibus, πρὸς ὑπόπια προσώπου. Diosc. Recte hunc locum et feliciter Plinius vertit. DAL.

12. *Privatim sugillationibus*, etc. Sugillata facie tollere cum melle, scribit Diosc. l. c. HARD.

13. *Hulceribus*. Quas ἀφθας vocant: his cum polenta crematæ sal inspergitur. Diosc. l. c. HARD.

14. *Gingivarum*. Sic MSS. omnes. Diosc. l. c. ὀδῶν πλάδων dixit, hoc est, humida gingivarum vitia, diffuentes humore gingivas. H.

15. *Aiunt dentes non erodi*. Plin. Val. I, 36, et Marcell. Emp. XII, pag. 93. HARD.

16. *Lepras*. Dioscor. ad verbum fere, l. c. HARD.

4 et ad pruritus eligitur¹⁷. Tonsillis et uvis¹⁸ cum melle prodest. Quicumque ad anginas¹⁹: hoc amplius, cum oleo et aceto eodem tempore extra faucibus illitus cum pice liquida. Emollit et alvum²⁰ in vino mixtus innoxie: et tæniarum²¹ genera pellit in vino potus. Æstus²² balnearum convalescentes ut tolerare possint, linguæ subditus præstat. Nervorum²³ dolorem, maxime²⁴ circa humeros et renes, in saccis aqua ferventi crebro madefactus²⁵ levat. Colum torminaque et coxarum dolores potus, et iisdem saccis impositus candens²⁶. Podagras²⁷ cum farina ex melle et oleo tritus, ibi maxime²⁸ usurpanda observatione, quæ

17. *Hic et ad pruritus eligitur.* Ad sedandos pruritus quemlibet salem ex oleo et aceto infricatum ad ignem Dioscor. adhibet, dum sudor provocetur, l. c. HARD.

18. *Tonsillis et uvis.* Dioscorid. l. c. HARD.

19. *Quicumque ad anginas.* Subintellige utiliter adhibetur. Sic Diosc. l. c. Συναγγικὸς τε κουρίζουσι, σὺν μέλιτι καὶ ὄξει καὶ διαίῳ διακριόμενοι. HARD.

20. *Emollit et alvum,* etc. Sic totidem syllabis apicibusque litterarum MSS. Reg. 2, aliique. In Reg. 1, *innoxia*. In libris hactenus vulgatis interpolata lectio: « Emollit et alvum in vino potus. Idem noxia, et tinearum, etc. » HARD.

21. *Et tæniarum.* Lumbricorum.

22. *Æstus.* Hoc ipsum de aqua frigida superius affirmavit, c. 23: « Æstus in balineis arcetur, si quis ore teneat. » HARD.

23. *Nervorum.* Saccis inditum salem fotu dolores mitigare testatur etiam Diosc. l. c. Πυρία τε ἢ δι' ἀδρῶν ἐν σακκίοις, πρᾶϋντικὴ ἀλγυμάτων. Πυρία est sudatio sicca;

calidarum rerum appositu excitatur. Et Theod. Prisc. II, part. 1, cap. 10, de spasms, « conveniet etiam locis ipsis de salibus calidis adhibere sacellos, etc. » HARD.

24. *Maxime usurpanda observatione.* Celsus, lib. II, cap. 17; Aurelianus, lib. V, cap. 1, tard. pass. DALRC.

25. *In saccis aqua ferventi crebro madefactus.* Sic libri omnes editi, et Reg. 2, priore manu. Recentiore, *candefactus*: quam scripturam et Reg. 1 et Chifflet. præ se ferunt, non satis probabiliter: aqua ferventi enim madefieri salem simul et incalescere, naturæ rerum consentaneum est: vel sic candescere, non est intellectu facile. HARD.

26. *Candens.* Fervidus. Observa: nisi ferrum latum et candens intelligat, sacco impressum, quale describit Aurelianus. DAL.

27. *Podagras.* Diosc. l. c. H.

28. *Ibi maxime observanda usurpatione, qua quidem totis.* Scribendum ex Chifflet. « usurpanda observatione: et hæc duo vocabula eodem et Voss. et Pintiani

totis corporibus nihil esse utilius²⁹ sale et sole dixit. Itaque cornea videmus corpora³⁰ piscatorum. Sed hoc præcipuum 5 dicatur in podagris. Tollit et clavos pedum; item per-niones. Ambustis³¹ ex oleo imponitur, aut commanducatus, pusulasque reprimat. Ignibus³² vero sacris, hulceribusque quæ serpunt, ex aceto aut hyssopo. Carcinomatis cum uva taminia. Phagedænis hulcerum³³, tostum cum farina hordei, superimposito linteolo madente vino. Morbo regio³⁴ laborantes, donec sudent ad ignem, contra pruritus quos sentiunt, ex oleo et aceto infricatus juvat: et fati- 6 gatos ex oleo. Multi et hydropicos³⁵ sale curavere, fervo- resque febrium cum oleo perunxere, et tussim veterem linctu ejus discussere. Clysteribus infudere ischia-

libro auctoribus delenda versu altero præcedenti, ubi particula maxime male iis inculcandis occasionem dedit. Deinde Voss. « quæ totis »: item, « dixistique cornea videmus. » Lego, « ibi maxime usurpanda observatione, quæ totis corporibus nihil esse utilius sale et sole dixit. Itaque cornea videmus corpora piscatorum. » Quatuor nostri, « quæ totis corporibus nihil esse utilius dixit. » GROX.

29. *Nihil esse utilius.* Isidorus, XVI, 2. HARD.

30. *Itaque cornea videmus corpora.* Arida, sicca, non mollia. Catull. carm. xxiii, vs. 12: « Atqui corpora sicciora cornu, Aut, si quid magis aridum est, habetis, Sole, et frigore, et esuritione. » HARD.

31. *Ambustis.* Dioscor. loc. cit. Πρὸς πυρίκυστα δὲ σὺν ἐλαίῳ ἐπιτεθίντες, οὐκ ἴωσι φλυκταινοῦσθαι. « Ambustis igni cum oleo impositus, pusulas erumpere non patitur. » H.

32. *Ignibus.* Dioscorid. loc. cit.

Ἐρσοπέλατα δὲ καὶ ἑρπητας ἰσχυροὶ, μετ' ὄζου καταχρισθίντες, ἢ καταπλασθίντες σὺν ὑσσώπῳ. Sic libri omnes. Et Pliniani MSS. editique codices, *hyssopo*, non *asypto*. H.

33. *Phagedænis hulcerum*, etc. Sic restituimus ex fide codicum Reg. 2, in quo *tostus*, et ex vestigiis Reg. 1 et Colb. 3, in quibus *totus* legitur: non ut in editis, *tritus*. Favet Diosc. V, 126, similiter præcipiens inspergi phagedænis tostum salem cum polenta: Καὶ πρὸς φαγεδαίνας σὺν ἀλίτῳ κικαυμίνοι καταπλάσσονται. HARD.

34. *Morbo regio.* Dioscorid. loc. cit. HARD.

35. *Multi et hydropicos*, etc. Diosc. l. c. Καὶ πρὸς τὰ οἰδήματα τῶν ὑδρωπικῶν. Theod. Prisc. II, part. 11, cap. 19, de hydropicis: « Si vero multus humor ex putrefactis eorum cornibus aggregatus ventrem satis adimpleverit, saccellos ex tostis salibus sub umbilico locis admoveo. » HARD.

dicis. Hulcerum excrescentibus vel putrescentibus imponere. Crocodilorum morsibus³⁶ ex aceto in linteolis, ita ut paverentur ante³⁷ hic hulcera. Bibitur³⁸ et contra opium ex aceto mulso. Luxatis³⁹ imponitur cum farina et melle: 7 item extuberationibus⁴⁰. Dentium dolori cum aceto lotus, et illitus cum resina prodest. Ad omnia autem⁴¹ spuma salis jucundior utiliorque. Sed quicumque sal acopis⁴² additur ad excafactiones: item smegmatis ad extenuandam cutem⁴³ levandamque, Pecorum quoque scabiem et boum illitus tollit: daturque lingendus⁴⁴: et oculis jumentorum inspuitur. Hæc et de sale dicta sint.

36. *Crocodilorum morsibus*. Diosc. loc. cit. Καὶ κροκοδείλων δάκτυλοις βοηθοῦσιν, ἐνδεθέντας εἰς ὄθιονον λίθοι, καὶ βαπτόμενοι εἰς ἔξου, στυφομένων τῶν μερῶν τοῖς ἐνδύσμοις. « Crocodilorum morsibus auxiliatur tritus, in linteolo involutus, et in acetum intinctus, fasciis insuper additis, quibus partes affectæ constringantur. » HARD.

37. *Ita ut paverentur ante*, etc. Sententia hujus loci est, a multis olim ita morsibus crocodilorum adhiberi, salem in linteolis ex aceto solitum, ut ante hoc medicinæ genus hic ubi morsus infictus esset, hulcera vehementer paverent. — *Multi*, etc. His postremis verbis ad hunc diem nævus adhæsit, qui crucem Dalecampio cæterisque finxit, dum tollere voluerunt. Legebatur enim, « ita ut batuerentur antehac. » MSS. omnes, « ita ut paverentur ante hic. » Nos levi admodum immutatione, nec infelici plane Minerva, ut remur, « ita ut paverentur ante hic hulcera. » HARD.

38. *Bibitur*. Dioscorides loc. cit. HARD.

39. *Lusatis*. Diosc. l. c. totidem verbis. HARD.

40. *Extuberationibus*. Carnis videlicet supervacuis excrescentiis, ὑπερσπαρώμοις. Diosc. loc. cit. H.

41. *Ad omnia autem spuma*, etc. Ad verbum Aetius, II, 76. Spuma salis est, quam spumam maris aridam alii nuncupant: Dioscor. ἀλάς ἀγνὴν, ejusdem cum sale efficientiæ, V, 127. HARD.

42. *Acopis*. Ad lassitudines discutendas, κόπου λυτήριος. Dioscor. loc. cit. De acopis egimus lib. XXIII, cap. 45. HARD.

43. *Item smegmaticis ad extendendam cutem*. Scribo, « item smegmatis ad extenuandam cutem, » ex scripto codice. De smegmatis vero quæ cuti admota abstergunt, extenuant, et discutiant, Paulus lib. VII. ΠΙΝΤ.

44. *Daturque lingendus*. Vide Plutarch. Quæst. Nat. pag. 912: Διὰ τί παραβάλλουσι τοῖς θρέμμασιν ἄλας οἱ νομαῖς; « Cur pecori pasto-

XLVI. (x.) Non est differenda et nitri natura¹, non multum a sale distans : et eo diligentius dicenda, quia palam est et Medicos, qui de eo scripsere, ignorasse naturam, nec quemquam Theophrasto² diligentius tradidisse. Exiguum fit apud Medos, canescentibus siccitate convallibus, quod vocant halmyrhaga³. Minus etiam in Thracia juxta Philippos, sordidum terra, quod appellant agrium⁴. Nam quercu cremata⁵ numquam multum factitatum est, et jam pridem in totum omissum. Aquæ vero nitrosæ pluribus locis reperiuntur, sed sine viribus densandi⁶. Optimum copiosumque in Litis Macedoniæ⁷, quod vocant Chalastricum, candidum, purumque, proximum sali. Lacus est nitrosus, exsiliente e medio dulci fonticulo. Ibi fit nitrum

res salem proponunt? • Et Arist. Histor. Anim. VI, 19, pag. 773. Vide quæ superius dicta sunt, cap. 41. HARD.

XLVI. 1. *Et nitri natura.* Nitrum nostrum, quod salpætræ nominamus, *le salpêtre*, idem plane est cum Veterum nitro, sed aliquanto tamen inferioris notæ. Non observare Veteres hanc nitri efflorescentiam e muris atque pavimentis, uti nos facimus, quum illi habuerint in agris apertis, quibus caremus. Vide Guil. CLARKÆ Anglum, in opusc. de nomine et natura nitri, cap. 1, pag. 20, et cap. 2, pag. 24. HARD.

2. *Theophrasto.* In aliquo ex iis operibus quæ interciderunt. H.

3. *Halmyrhaga.* ἄλμύραγα, nomine ducto partim ex sapore, quem habet subsalsum, partim ex eo quod erumpit e terra, ac sponte efflorescit. HARD.

4. *Agrium.* ἄγριον, silvestre. H.

5. *Nam quercu cremata.* Ut salem

e quercu pariter cremata fieri dictum est superius, cap. 40. H.

6. *Sed sine viribus densandi.* Sed quæ coctura insolatave in nitrum minime densari possunt. DAL.

7. *Litis Macedoniæ. Clytis.* Vat. Chytas. Geographi collocant in ora sinus Macedonici, ubi est promontorium Chalastræum. DAL. — *In Litis.* Libri omnes ad hunc diem editi, in *Clytis*. Ex veteri nescio quo exemplari, profert Dalecamp. *Clytis*. Neutrum in censu urbium hujusce tractus locum nomen habet, si Geographis omnibus fides. In MSS. Reg. 1, 2, aliisque, in *Clitis*. Nos *Litis* rescripsimus, haud dubia conjectura : est enim *Lete*, sive *Lite*, ut diximus lib. IV, cap. 17, Macedoniæ oppidum semotum a mari, cujus in agro ille nitri ferax, quod veteres scriptores Chalastræum, sive Chalastricum, appellantur, ab oppido Chalastra, quod est in proximo sinu, e quo evehebatur. HARD.

circa canis ortum novenis diebus, totidemque cessat, ac rursus innatat, et deinde cessat. Quo apparet, soli naturam esse quæ gignat: quoniam compertum est, nec soles
 3 proficere quidquam, quum cesset, nec imbres. Mirum est et illud, scatebra fonticuli semper emicante, lacum neque augeri, neque fluere. Is autem diebus, quibus gignitur, si fuere imbres, salsius nitrum faciunt: aquilones deterius, quia validius commovent limum. Et hoc quidem nascitur⁸.

4 In Ægypto autem conficitur multo abundantius, sed deterius. Nam fuscum lapidosumque est. Fit pæne eodem modo quo sal, nisi quod salinis mare infundunt, Nilum autem nitrariis⁹. Hæ, cedente Nilo¹⁰, madent succo nitri XL diebus continuis, non (ut in Macedonia¹¹) statis. Si etiam imbres affuerint, minus de flumine addunt: statimque ut densari est coeptum, rapitur, ne resolvatur in nitrariis. Sic quoque olei¹² natura intervenit, ad scabiem animalium
 5 utilis. Ipsum autem conditum in acervis durat. Mirum, in lacu Ascanio¹³, et quibusdam circa Chalcida fontibus,

8. *Et hoc quidem nascitur.* Hæcenus de nitro nativo. sequitur factitium. HARD.

9. *Nitrum autem nitrariis.* Nili aquis, quæ nitrosæ sunt, in nitrariis infusis, sive derivatis: ibi solis ardore decoctæ vertuntur in nitrum: sicut aqua maris, aut alia salsa, in salinas infusa, calore solis coquitur, et mutatur in salem. H.

10. *Excedente Nilo siccantur, etc.* Pænciora verba in vetusto codice: • Hæc cedente manant succo nitri •: cætera redundant. PINT.

11. *Ut in Macedonia.* Ut in Litis Macedoniae, quemadmodum paulo antea dictum est: ubi • fit nitrum circa Canis ortum novenis tantum

diebus, totidemque cessat, ac rursus innatat, et deinde cessat. • HARD.

12. *Sic quoque olei, etc.* Ita MSS. Forte rectius. *Hic quoque*, hoc est, etiam in nitro, ut in sale dictum est, cap. 42, est olei quædam pinguitudo. Hanc certe detrahunt a nitro, qui pulverem igniarium ad bellica tormenta ex eo parant: idque suo more aiunt, *dégraisser le salpêtre*. HARD.

13. *Mirum in lacu Ascanio.* Aristoteles sic ejus aquas nitrosas esse tradit, ut vestes demersas abstergant, earumque maculas et sordes eluant. Is autem lacus Prusiarum est, lib. V, cap. 31, ultim. DAL.

summas aquas dulces esse potarique, inferiores¹⁴ nitrosas. In nitro optimum, quod tenuissimum: et ideo spuma melior¹⁵. Ad aliqua tamen sordidum¹⁶, tamquam ad inficiendas purpuras tincturasque omnes. Magnus et vitro usus¹⁷, qui dicitur suo loco.

Nitrariæ¹⁸ Ægypti circa Naucraticum et Memphim tantum solebant esse, circa Memphim deteriores. Nam et lapidescit ibi in acervis: multique sunt cumuli¹⁹ ea de

14. *Inferiores.* MSS. quidam, *interiores*, eadem sententia. H.

15. *Et ideo spuma melior.* Albert. M. Mineral. V, 7: « Nitri spuma, seu flos, inquit, subtilioris est substantiæ et virtutis, quam ipsum nitrum, etc. » Ut in salinis, sic etiam in nitrariis, tenuissimum, et levisimum, spuma, sive flos appellatur: sed multo frequentius spuma. Græci ἀπὸν βίτρου plerumque vocant: aliquandoque et ἀπὸ βίτρου. HARD.

16. *Ad aliqua tamen sordidum.* Subiitellige, optimum est, vel eligitur, ac vel ipsi spumæ, seu flori anteponitur. HARD.

17. *Magnus et nitro usus.* Lego, « Magnus et vitro usus, qui dicitur suo loco. » Id est, ad vitrum; quod enim promittit suo loco dicitur, id lib. XXXVI, cap. 16, in mentione vitri dicit. GELÉN. — *Magnus*, etc. Ad conficiendum vitrum: cui nitri admixtio utilis, ut dicitur lib. XXXVI, cap. 65, sq.

18. *Nitrariæ egregiæ Ægyptiis*, etc. Brevius in vetusto exemplari, « Nitrariæ Ægypti circa Naucraticum et Memphim solebant esse. » PINT. — Jam ab apto commentatore, supra, lib. V, de Ægypti nitrariis aliquid delibatum est, quæ et urbi,

et monti, et præfecturæ, vel nomo nomen dedere. Oppidulum (nam diminutivo, ut aiunt, vocabulo fas videtur h. l. uti) Nitria audit in D. Hieronymi opp. Unde Palæ-Coptica, h. e. Ægyptiaca lingua, dicitur *Phapihosem* suspicatus est vir ingenio et eruditione in his princeps CHAMPOLLION n. m. alioquin fassus non a se repertum id nominis in Neocopticiis voluminibus quæ ab illo nocturna versata manu, versata diurna, nemo nescit. Mons autem nuncupabatur *Plôu-Ampihosem* (Πρόου Ἀμπιώσιμα); nec de eo silet Socrates, Hist. Eccl. aut Nicephor. Callixt. Nomo vero, ut id græcæ appellationis contigit, Νιτρίωτις (vid. not. ad lib. V), ita præterea id Autochthonum lingua impositum fuit *Pmampihosem*. Hæc præfectura, si e Strabone decreveris, qui videtur diligentia Secundum præstitisse, supra Momemphim (non Memphi) fuit. Nitrum vero e lacubus colligebatur, qui in longa valle ac angusta frequentes cernuntur. Cf. præsertim inter multos ANDREOSI, *Mém. sur la vallée des lacs de natron*, in rarissima eademque eruditissima sylloge *Décade égyptienne*, tom. II, p. 93, sqq. AR.

19. *Multique sunt cumuli.* In libris

causa saxei. Faciunt ex his vasa²⁰, nec non frequenter liquatum cum sulphure²¹ coquentes in carbonibus. Ad ea quoque²², quæ inveterari volunt²³, illo nitro utuntur. Sunt ibi nitrariæ, in quibus et rufum exit a colore terræ. Spumam nitri²⁴, quæ maxime laudatur, antiqui negabant fieri, nisi quum ros cecidisset, prægnantibus nitrariis, sed nondum parientibus. Itaque non fieri incitatis²⁵, etiamsi caderet. Alii²⁶ acervorum fermento gigni existimavere. Proxima²⁷ ætas Medicorum aphronitrum tradidit in Asia colligi, in speluncis²⁸ mobilibus distillans.

hactenus editis, *tumuli*. In Reg. 2, *cumiculi*. Reg. 1 et Chifflet. *cumuli*. Recte: nam et antecedit, "Lapidescit in acervis": et sequitur statim, "faciunt ex his vasa", ex cumulis utique saxeis nitri, non ex tumulis, nisi tumulos colles intelligis, *βουβός*. HARD.

20. *Faciunt ex his vasa*. Ut apud nos fit e soda, quæ nihil aliud est, quam nitrum factitium, impurum, grave, fuscum, lapidosum, quale Ægyptium fuisse paulo ante dixit. DALÉC.

21. *Liquatum cum sulphure*. Ut vasa pingant, quemadmodum figuli nostri solent soda et lithargyro simul fuis sua fictilia obtinere. DAL.

22. *Ad ea quoque*, etc. Ad ea quæ in diuturnum usum asservare lubet, ut ea quæ sale condiuntur: pro sale utuntur nitro. Sic defunctorum corpora condiebant, teste Herodoto, Euterpe II, p. 121, ut carnibus nitro absumptis, cutis sola cum ossibus superasset. HARD.

23. *Quæ inveterari volunt*. Ut mortuorum corpora. Herodot. illo nitro utuntur; nempe in tumulis congesto et durato. DAL.

24. *Spumam nitri*. Ἄρρον νίτρον, ab ea differt ἀρρόντρον, nempe nitrum cum spuma sua adhuc confusum ac commixtum. DAL.

25. *Incitatis*. Sic MSS. omnes: hoc est, proximis partui: quas et incientes Veteres appellarunt. Vide quæ de ea voce egimus lib. XI, cap. 84. HARD.

26. *Alii*. Alii ex acervis fermentescentibus gigni spumam eam existimavere. Sic MSS. Reg. 2 et Ch. recte. Alii, *operimentorum*: qua sententia, non satis intelligo. H.

27. *Proxima*. Exscripsit hunc locum Isidor. Orig. XVI, 2. H.

28. *In speluncis*. Leg. in *speluncarum molibus*, id est, saxosis crepidinibus et antris. Quidam legunt, *mollibus*, id est, tophaceis, quod tophus longe sit mollior et saxo et lapide. In structurarum et ædificiorum cameratis fornicibus, præsertim subterraneis, ex humore in cemento cum calce mixto, stillat succus nitrosus, oblongis striis, friabilis, aridus, gustu salsus, et fervidus, ab Asiatico nitro parum, vel nihil discrepans. Nostri vocant *salpêtre*. DAL. — Ex his persuasum

us²⁹ eos colycas vocant: dein siccant sole. ³⁰Optimum tur Lydium; probatio, ut sit minime ponderosum, maxime friabile, colore pæne purpureo. Hoc in pastillis tur. Ægyptium in vasis picatis, ne liquescat³¹. Vasa que ea sole inarescentia perficiuntur. Nitri³² probatio, ut sit tenuissimum et quam maxime ⁸

hoc habent spumam nitri et nitrum apud Veteres minime qui solere. Favet Dioscorid., cap. 131. Nec diligentior alis, dum lib. XIV, epigr. : « Rusticus es? nescis quid nomine dicar, Spuma vocor Græcus es? aphonitrum (vel, aliis libris, ἀφρόνιτρον) ». Sed quis vult, de Simpl. lib. IX, am nitri quod et florem nitri, νίτρον, appellat simillimam albæ et triticæ farinæ; τρον vero coactum et comm., ubi nihil vides quod farinæ se speciem ferat. Ex his colligendum apud vulgus symyiam duarum vocum existi non apud peritiores, tum a vel spumam nitri esse nomen hydro-carbonatem e sodio (carbonate de soude), vulg. i (quem raro admodum investat ἀλλώδη, sæpe vero in mii pulveris formas lapsum), at nitron non abesse ab hac is potassici (nitrate de potasse), nitre, vel salpêtre, varietate acicularem cognominant. ut scis, sæpissime in muris, us calcariis, arenis, etc. occ. Nec tamen inficias iverim indo etiam de potassico nitro κρυσταλλώδη cogitatum, sed s, quum has vel in prismatum drorum, vel in rectangularum

tabularum symmetriam euntes formas non natura obtulerit, sed humani ingenii pertinacia extorsit. Az.

29. *Specus eos colycas vocant.* Leg. « specus eos cochlacas » vocant. Cochlac, sive cochlas, sive κάλαξ, nunc testudo est, fornix, camera: nunc lapis, silex, glareæ, flumine congesta et attrita. Testudinatos eos incolæ cochlas vocabant. DAL.—Colycas. In MSS. Reg. 1 et 2 colligas. Credo colligas scribi oportere: nomenque duci a rotunda forma molium saxearum, unde succus nitrosus in iis specubus manat. Nam et κόλλικας et κόλικας panes rotundos Græci vocarunt: Hesych. et Jul. Pollux, lib. VI, cap. 11, pag. 286. HARD.

30. *Optimum.* Dioscor. V, 131: Ἀφρόδης δὲ νίτρον, ἀριστος μὲν εἶναι δοκᾷ ὁ κούφοτατος καὶ πλακώδης, εὐθρυπτός τε καὶ ἐμπόρφυρος..... οἷός ἐστιν ὁ ἐκ Φιλαδέλφειας κομιζόμενος τῆς ἐν Αὐδίᾳ δευτεράου δὲ ὁ Αἰγυπτίος. HARD.

31. *Liquescat.* Humoris contactu, vel aeris occursu. DAL.—Ne liquescat. Terre vasis et humidæ figlini contactu. HARD.

32. *Nitri.* Sic V, 130, nitrum illud cæteris anteponit, quod leve, κοῦρον, et rosaceo colore aut candido, perforatumque, et quasi spongiosum, fistulosumve quiddam,

spongiosum fistulosumque. Adulteratur in Ægypto calce: deprehenditur gustu. Sincerum enim facile resolvitur; adulteratum pungit. Calce aspersum reddit odorem vehementem. Uritur in testa opertum, ne exsultet: alias igni non exsilit nitrum; nihilque gignit aut alit, quum in salinis herbæ gignantur³³, et in mari tot animalia, tantum algæ³⁴. Sed majorem esse acrimoniam nitri apparet, non hoc tantum argumento, sed in illo, quod nitrariæ calceamenta protinus consumunt; alias salubres, oculorumque claritati utiles. In nitrariis non lippunt. Hulcera allata eo celerrime sanantur: ibi facta, tarde. Ciet et sudores cum oleo perunctis, corpusque emollit. In pane salis vice utuntur Chalastræo³⁵: ad raphanos Ægyptio³⁶: teneriores eos facit: sed obsonia alba et deteriora, olera³⁷ viridiora. In medicina autem calfacit, extenuat, mordet, spissat, siccatur, exulcerat. Utile³⁸ his, quæ evocanda sint, aut discutienda, et lenius mordenda atque extenuanda, sicut in papulis pusulisque. Quidam in hoc usu accensum vino austero restinguunt, atque ita trito in balineis utuntur sine

κατατηρημένον, εἰσὶν ἀπεργασίαι τι.

33. *Quum in salinis herbæ gignantur.* Ælian. Hist. Anim. lib. XIII, cap. 3, has recenset, brya, phycia, vites, uvæ, brassicas, inea, quæ et capillos, sive trichas vocant. Iis pisces vescuntur. DAL.

34. *Tantum algæ.* Non gignatur, subaudi. DALEC. — *Tantum algæ.* Ex variis herbarum generibus tantum algæ in mari nascuntur: quum tot illud pariat animalia: tot herbas salinæ ferant. HARD.

35. *Chalastræo.* Omnium præstantissimo, iudicio Platon. et Plutarchi. DAL.

36. *Ad raphanos Ægyptio.* Ad brassicas. Illas enim viridiores fa-

cit, quod paulo post ait, et teneriores, coctuque faciliores: nec tantum eas, sed et carnes, si apponantur. Plutarch. Symp. lib. VI, Quæst. 19; Theophrast. de Caus. lib. VI, cap. 14. DAL.

37. *Olera.* Brassicam, ut dictum est lib. XIX, cap. 41. Apicius, III, 1: « Omne olus smaragdinum fiet, si cum nitro coquatur. » De raphanis nitro sparsis dictum est lib. XIX, cap. 26. HARD.

38. *Utile.* Dioscorid. V, 131, misceri pariter ait emplastris discutientibus, extrahentibus, extenuantibusque: Μίγνεται καὶ διαφρορητικαῖς, καὶ ἐπισπαστικαῖς... ἐμπλάστρῳ, καὶ λεπτοντικαῖς. HARD.

oleo. Sudores nimios inhibet cum arida iride, adjecto oleo viridi. Extenuat et cicatrices oculorum, et scabritias genarum³⁹ cum fico illitum, aut decoctum, in passo ad dimidias partes: item contra argema oculorum⁴⁰. Ungues⁴¹ decoctum cum passo in mali⁴² punici calyce adjuvat: claritatem⁴³ visus cum melle inunctum. Prodest dentium dolori ex vino, si cum pipere colluantur: item cum porro decoctum⁴⁴. Nigrescentes⁴⁵ dentes crematum dentifricio ad colorem reducit. Capitis⁴⁶ animalia et lendes necat,

39. *Genarum*. Palpebrarum. H.

40. *Item contra argema oculorum*.

Ungues decoctum cum passo. Chiff. et quatuor nostri, *argemas*. Voss. *argemam*. Potest excusari, ut cum *seroili schema*, et *imperatae schemæ*. Ipse, lib. XXIX, 6: « Item in gallinacei felle ad argenam et albugines. » Sic Vossianus et ex parte Chifflet. Mox: « Argema ex melle omnibus, quæ supra scripta sunt, sanantur. » Scribe *sanant*. Refert enim hæc ex opinione quorundam: ut paulo ante *sudent*, *promittitur*, unde *supplicor et extenuare* scribendum. Gud. quoque et Acad. *sanantur*: Acad. *Argema et ex melle*. Posterior ætas multo in his fuit licentior. Marculphus, lib. I, form. 1, « et sanctum chrisma singulis, si voluerint postulare, pro reverentia loci sine pretio concedat. » Sic edidit Cl. Bignonius. Sed in membranæ antiquissimis legi, *sanctam chrismam*. Vossianus etiam nescit *tò cum*, habet autem, *adjuvat ad claritatem*, sine *tò nitrum*, quod nec in Chiff. est. Fortasse: « item contra argemas oculorum, albugines, decoctum passo in mali punici calyce. Adjuvat ad claritatem visus cum melle inunctum. » Sic lib. XX, 5: « Succo et

cicatrices oculorum et albugines, et argema inunxere. » Lib. XXII, 25: « Hoc ad venerem stimulandam et ad oculorum argema, albugines. » Pari et hic *asyndeto* Voss. lib. XXVIII, 6: « contra oculorum albugines, obscuritates, cicatrices, argema. » Nisi malis *inunges*, pro *ungues*. Nec frustra adicitur *præpositio*, quam et Acad. manu secunda invenio adscriptam. Vide ad Livium, lib. XXIX, 1. GROS.

41. *Ungues*. Pterygia oculorum; *la maille en l'œil*. EN.

42. *In mali punici calyce adjuvat nitrum*, etc. In apographo nostro, « in mali punici calyce adjuvat. Ad claritatem visus cum melle inunctum, » et paulo post, *Creta Cimolia*, non *Cimolia creta*. PIER.

43. *Claritatem*. Diosc. l. c. H.

44. *Item cum porro decoctum*. Certe quidem « ad colorem nitridum reducere dentes nitrum cum porro viridi coctum, et pro dentifricio sumptum, » auctor est Mare. Emp. cap. XIII, pag. 97. HARD.

45. *Nigrescentes*. Marc. l. c. H.

46. *Capitis*. Marc. Emp. cap. IV, pag. 43, ad pedunculos necandos nitrum Alexandrinum inprimis commendat. HARD.

cum Samia terra illitum ex oleo. Auribus⁴⁷ purulentis vino
 11 liquatum infunditur. Sordes⁴⁸ ejusdem partis erodit ex
 aceto. Sonitus et tinnitus discutit siccum additum. Vitili-
 gines albas cum Cimolia creta, æquo pondere ex aceto,
 in sole illitum emendat. Furunculos⁴⁹ admixtum resinæ
 extrahit, aut cum uva alba passa, nucleis ejus simul tritis.
 Testium inflammationi occurrit : item eruptionibus pituitæ
 in toto corpore cum axungia : contraque canis⁵⁰ morsus,
 12 addita et resina initiis cum aceto illinitur. Sic et serpen-
 tium morsibus, phagedænis, et hūlceribus quæ serpunt
 aut putrescunt, cum calce ex aceto. Hydropicis⁵¹ cum fico
 tusum datur illiniturque. Discutit⁵² et tormina, si deco-
 ctum bibatur pondere drachmæ cum ruta, vel anetho, vel
 cumino. Reficit lassitudines cum oleo et aceto peruncto-
 rum : et contra algores horroresque prodest, manibus
 pedibusque confricatis cum oleo. Comprimit et pruritus
 13 suffusorum⁵³ felle, maxime cum aceto⁵⁴ datum. Succurrit⁵⁵
 et venenis fungorum ex posca potum : aut⁵⁶ si buprestis
 pasta sit, ex aqua, vomitionesque evocat. His⁵⁷ qui san-

47. *Auribus*. Dioscor. V. 131 ;
 Plin. Val. I. 9. et Marc. Emp. c.
 IX, p. 79. HARD.

48. *Sordes*. Diosc. et Plin. Val.
 verbis totidem, loc. cit. HARD.

49. *Furunculos*. Plin. Val. III,
 32. Diosc. l. c. Ἀναζουαῖ δὲ καὶ δε-
 θεῖνας. ἀναζουαῖν περιθύνει ἔκρινται.
 • Resina exceptum terebinthina
 furunculos aperit. • HARD.

50. *Contraque canis morsus*. Hoc
 totidem verbis Plin. Val. III, 51.
 Diosc. l. c. pro resina asinioium ad-
 ipem, vel suillum adhibet. H.

51. *Hydropicis*. Diosc. l. c. Μετὰ
 σύκων δὲ, ἄδρωπιῶν ἴσι κατὰ πλάσμα.

52. *Discutit*, etc. Totidem verbis
 Dioscorides loc. laudato, atque ita

Marc. cap. XVIII, p. 201. HARD.

53. *Suffusorum*. Morbu regio,
 sive arquato, laborantium. H.

54. *Cum aceto*. MSS. Reg. I, 2,
 Colb. 3, Ch. alique, cum aceto
insudatum. Forte, *instillatum*. Vel
 quod verius arbitror, *in sudatu*,
 hoc est, in sudatione : subintellige,
 ex antecedente sententia, confrica-
 tum. HARD.

55. *Succurrit*. Diosc. l. cit. tot-
 idem verbis. Galenus item de Fac.
 simpl. med. IX, 3, p. 265. H.

56. *Aut si buprestis*. Hausta, vel
 deglutita. Diosc. loc. cit. πρὸς βου-
 πρεστεις, σὺν ὕδατι. HARD.

57. *His*, etc. Diosc. ad verbum,
 l. c. HARD.

guinem tauri biberint, cum lasere datur. In facie quoque exulcerationes sanat cum melle et lacte bubulo. Ambustis tostum, donec nigrescat, tritumque illinitur. Infunditur⁵⁸ ventris et renium doloribus, aut rigori corporum, nervorumque doloribus. Paralyti⁵⁹ in lingua cum pane imponitur. Suspiriosis in ptisana sumitur. Tussim veterem sanat flore, mixto galbano resinæ terebinthinæ, pari pondere omnium, ita ut fabæ magnitudo devoretur. Coquitur, 14 dilutumque postea cum pice liquida sorbendum in angina datur: flos ejus cum oleo cyprino articulorum doloribus in sole jucundus est. Regium⁶⁰ quoque morbum extenuat in potione vini. Et inflationes discutit: sanguinis profluvium e naribus sistit ex ferventi aqua vapore naribus raptō. Porriginem⁶¹ alumine permixto tollit: alarum virus ex aqua quotidiano fotu: hulcera ex pituita nata cera permixtum; quo genere nervis quoque prodest: cœliacis infunditur; perungi⁶² ante accessiones frigidas nitro et oleo multi præceperē; sicut adversus lepras, lentigines: poda-

58. *Infunditur.* MSS. omnes, *infunditur urceis et renium*, etc. Hoo est, *infunditur ex urceis.* HARD.

59. *Paralyti.* Diosc. l. cit. Μίγνυται καὶ ἄρτω ἀφελίμως ἐπὶ τῶν τῆν γλώτταν παραλυμένων. HARD.

60. *Regium quoque morbum in vino exterminat potum.* In eod. = *Regium quoque morbum extenuat in potione vini.* = PINT.

61. *Porriginem.* Ita rescripsimus admonitu Reg. cod. 1, et si cæteri, librique editi ad hunc diem omnes, *pruriginem* exhibent. Aliud *porrigo*, aliud *prurigo* est. Illa capitis, hæc reliqui corporis vitium est: pruritiui sanando vel leniendo medicinas ex nitro petitas ante recensuit: nunc est sermo de porrigine quæ

caput infestat. Testis Plin. Valer. I, 4, cui titulum inscripsit, de phthiriasis et porriginis curatione. = Nitrum, alumini mixtum, capiti infrietum, porrigines tollit. = Marc. Emp. cap. IV, pag. 40, pruriges capitis, pro porrigine insolentius dixit: = Nitrum alumini admixtum pruriges capitis tollit, si infrequenter fricetur et lavetur. = H. — *Porriginem alumine permixto tollit.*

Emendant favet mire Gronovii cod. Voss. dum partem huj. cap. a verb. = *Aldita et resina initiis cum aceto illinitur* = (p. 450, l. 9), repetitam inserit l. XXXII, c. 5; utroque autem loco habetur, = *Porriginem alumine permixto tollit.* = Ar.

62. *Perungi.* Dioscor. l. c. H.

gricis in balineis uti solio nitri prodest, atrophis, opisthotonis, tetanis : sal⁶³ nitrum sulphuri concoctum in lapidem vertitur.

1 XLVII. (XI.) Spongiarum¹ genera diximus in naturis aquatiliū marinorum. Quidam² eas ita distinguunt. Alias ex his mares existimavere³, tenui fistula, spissioresque,

63. *Sal.* De nitro ipso loquitur, quod et sal nitrum quidam vocabant, quod haud multum a sale distaret, ut dictum est initio hujus capituli. Hoc illud ipsissimum est quod paulo ante Plinius de saxeis nitri acervis dixit, Ægyptiorum artes et laborem describens : « Faciunt ex his vasa, nec non frequenter liquatum cum sulphure coquentes in carbonibus. » HARD. ET DALZG.

XLVII. 1. *Spongiarum.* Lib. IX, 69. HARD.

2. *Quidam eas*, etc. Sequutus est eos auctores Diosc. V, 138 : Τῶν δὲ σπόγγων, inquit, τοὺς μὲν ἄρρηνας ἐξάλεισάν τινες λεπτοτέρας, καὶ πυκνὰς ὄντας, ὧν τὰς ἀκίρρητους, τράγους ἀνόμωσαν· τοὺς δὲ θλίεις, οἱ ἐναντίως τοῖς πρειρημένους διακίενται. « E spongiis alias nonnulli mares appellavere, quæ sunt tenuibus fistulis, ac spissæ, densæve, e quibus rursum duriores tragos nominaverunt: alias vero feminas, quæ contrario atque antedictæ modo se habent. » Nostri contra primum genus, seu mares vocant, *éponge femelle*. HARD. — Non sane veriores. Nam spongiæ, etsi animantibus has annumeraveris (quæ hodie sententia principatam obtinuit), animantium ultimæ sunt, et in albo *entium* vel *scala* (ut aiunt) relegatæ, infra multa quæ

sunt hermaphrodita, immo infra multa quæ plantarum instar gignuntur. Ergo, spongiis virilitatem contigisse, spongiis femininum sexum dicente nunc quopiam, omnes rident. Si quis tamen exactius velit quid de his probe innotescat doceri, necesse fiet ignaros nos et inscios agnosci. Sane Italus zootomista Vico, quem de spongiarum historia optime meritum nullus negaverit, in epist. ad J. STRANON, dum multa de *spongia sua anhelante* narrat, non musculos solum et nervos in illis exstare proclamat, sed et ovaria, sed et seminiferos tubos, etc. Minus luxuriat diligentissimus vir OLIVI in conjecturis et zoomorphica divinatione; quippe qui, dum cum Vico in hoc consentit, quod mucosa eademque gelatinosa pars spongiarum prima gigni soleat, non tamen corpuscula hæc lutea ac spherica accipit temere pro ovis, nec lacteum in vasculis humorem vult sperma esse, quo alantur et explicentur ova. Spongiarum basim quasi pullulare, et ramos quasi sponte separari, non absurde colligunt ex quibusdam visis; et hæc rerum naturæ minime repugnantia speraveris jure tuo clarius perspectum et aliquando demonstratum iri. AJ.

3. *Alias ex his mares existimavere.*

orbentes⁴, quæ et tinguntur in deliciis, aliquando et
ura : alias feminas, majoribus fistulis ac perpetuis.
aribus duriores alias, quas appellant tragos, tenuissi-
fistulis atque densissimis. Candidæ⁵ cura fiunt, e mol-
nis recentes per æstatem tinctæ salis spuma, ad lunam
uinæ⁶ sternuntur inversæ, hoc est, qua parte⁷ adhæ-
re, ut candorem bibant. Animal⁸ esse docuimus, etiam
re inhærente. Aliqui narrant⁹ et auditu regi eas, con-

i duriores, et fistulis minori-
ertusas, mares vocat : mol-
autem, laxiores, et amplio-
cavernis fistulosas, feminas.
— Cæterum cf. not. sup. *Aj.*
Persorbentes. Quæ plus hu-
exsorbent, ob corporis den-
n. *DALÉC.*

Candidæ. Totidem verbis
l. c. Δευκίνονται δὲ αὐτῶν ἐί-
ταται ἐν τοῖς κάμμασι, βρεχό-
τῃ ἐπὶ τῶν πετρῶν συρισμένη
γῆ, καὶ ἡλιαζόμενα. Ἐπιβλε-
δὲ τὸ μὲν κέλον αὐτῶν ἄνω,
δὲ ἡ ἀποτομή. « Candidæ
cura fiunt, quæ sunt inter eas
simæ, si per æstivos ardores
spuma petris adhærescente
tur, et insolentur inversæ: ita
re cava sursum spectent, qua
parte resectæ fuerint, deor-

Dioscoridem, ut solet, Ori-
sequitur, XIII, p. 232. H.

Uuinæ. Rores potius. Æstate
ruina fit. *DALÉC.*

Qua parte. Qua resectæ sunt,
in spectent. *HARD.*

Animal. Lib. IX, 69. II. —
ongiarum sanguine credat
s. Apella.... Sed verisimilli-
st spongiæ bene ad calcem
ntium rejici : quippe quæ
lum, ut Aristoteles et multi

alii senserunt, contrahuntur sub ra-
pientis et cvellentis manu ; sed et
orificiis constant absque contactu
oscillantibus (al. verb. diastolen et
systolen poris efficiunt). Quod
et Italus *MARSIGLI* prius, mox
in Anglia *ELLIS* et *SOLANDER*
enuntiaverant, perspexit posthac
optime nostras *DE JUSSIEU*, et rur-
sus *DE BLAINVILLE*. Cæterum non
animantibus appendendas spon-
gias, sed vegetabilibus, præter
quosdam antiquos *RONDELET*, qui
Aristotelem dixit fabulosum in
spongiis describendis, crediderunt
TOURNEFORT, *LINNEUS*, in *System.*
nat. ed. priorih. *SPALLANZANI* (mox
tamen ejuraturus ille sententiam), et
nuperrime vir in omni aquatiliuum
scientia maxime spectabilis *RAPPI-
NESQUE*. Notandi quoque tum *VICO*,
qui in albo animantium spongiæ
collocare altius multo quam par
est, videtur (cf. supr.), et *DE LA-
MARCK* cum Italo *BIANCHI* : quos si
auctores sequare, dices spongiæ
esse ignotorum polyporum numero
accensendas. *Aj.*

9. *Aliqui narrant et auditu regi*
eas. Plutarchus, lib. de Sol. anim.
spongiæ ab animali, simili araneo,
regi scribit. Spongotherem is vo-
cat, quia monet ac indicat cibum

trahique ad sonum, exprimentes abundantiam humoris, nec avelli petris posse, ideo abscindi ac saniem emittere. 2. Quin et eas quæ ab Aquilone sint genitæ, præferunt cæteris. Nec usquam diutius durare¹⁰ spiritum¹¹ Medici affirmant. Sic et prodesse corporibus, quia nostro suum misceant, et ideo magis¹² recentes magisque humidas: sed minus in calida aqua¹³, minusque¹⁴ unctas, aut unctis corporibus impositas: et spissas minus adhærescere. Mollissimum¹⁵ genus earum penicilli¹⁶: oculorum tumores

aut insidias venantium adesse. DAL. — Plutarchi sententiam de animalculi partibus, industria, utilitate, fide ad regendam spongiam illuc mitte quo echeneida, quo balnearum musculum, quo squali ductorem pisciculum, etc. Quanquam hæc poësin non dedecent; et in nostratis Nep. L. LEKMERCIER comœdia epica *la Panhypocrisiade* miraris quæ squalus enormis, phoca, eschineis (id pisciculo apud poetam nomen), Internum mare invicem colloquuntur. Nec tamen his fide narratis dubites causam, aut ansam exstitisse rem verissimam, nempe in spongiæ poris quædam animalcula adspecta, ut ascidias; nam de polyphis vix credo, etsi polypos a se in spongia visos, avulsos, satis diu servatos publice nuntiavit PRYSSONNEL, ep. ad Soc. Reg. ann. 1757. A3.

10. *Usquam diutius durare.* In aliis maris locis quam Aquiloniis. DAL. — *Durare.* Spiritum illum nativum, quem e mari natalibusque suis conceptum, et fistulis abditum celant, ut recte Dalecampius interpretatus est. HARD.

11. *Spiritum.* Hanc animadver-

sionem a Dalecamp. mutuam in præcedente exhibuit HARD.

12. *Et ideo magis, etc.* Subintellige ex superioribus præferunt cæteris. Diosc. V, 138, novas quoque et recentes, ac minime pingues cæteris anteponit: Ὁ κενός δὲ καὶ διαπύς ... ὁ δὲ παλαιὸς ἄχρηστος. H.

13. *Mimus in aqua calida.* Quæ salsuginem citius diluit, quam frigida. DALEC.

14. *Minusque unctas.* Oleosa enim ac pingua salsuginis vim obtundunt. DALEC.

15. *Mollissimum.* Nostris, *éponge fine.* Sic Reg. 1 codex, et libri hactenus typis impressi. In Reg. 2 non aspernanda lectione, *penicillis*: ut sit sententia, non id ei generi nomen esse, sed penicillis aptandis concinnandisque id genus potissimum dicari. Nam Plinius de hoc ipso genere agens, IX, 69: « Tenue, inquit, densumque, ex quo penicilli, Achilleum. » Nihil tamen moveo, quum extremo hoc capite penicillos in Lycia nasci dicat: ut ea tenuissimi generis appellatio propria esse videatur. H.

16. *Penicilli.* Achillæas Aristot. vocat lib. IX. DALEC.

levant ex mulso impositi. *Idem*¹⁷ abstergendæ lippitudini utilissimi; eosque tenuissimos et mollissimos esse oportet. Imponuntur et spongiæ ipsæ epiphoris ex posca: ex aceto calido ad capitis dolores. De cætero recentes discutunt, inollunt, mitigant: veteres¹⁸ non glutinant vulnera. Usus earum ad abstergenda¹⁹, fovenda, operienda, a fotu, 3 dum²⁰ aliud imponatur. *Hulcera*²¹ quoque humida et se-

17. *Idem*, etc. Crematas ex aceto lippitudini aridæ opitulari ait Diosc. l. c. HARD.

18. *Veteres*. Ita restituumus sequenti codice Reg. 1, 2, Colb. Ch. cæterosque MSS. vulgatam scripturam adspersati, cujus contraria sententia est, *veteres conglutinant vulnera*. Certe Diosc. II, 138, ubi recentes spongas dixit conglutinare vulnera, veteres idem subjungit esse inutiles, ὁ δὲ παλαιὸς ἀχρηστος. HARD.

19. *Ad abstergenda*. Non tantum membra corporis, sed alia quævis, ut mensas καὶ θρόνον περικαλλέα; Homero. Martial. lib. XIV, ep. 144: - Hæc tibi sorte datur tergendis spongia mensis Utilis, expresso quum levis imbre tumet. - Cuj. Obs. XIII. DAL. — Quæ Veteres de hac spongiarum dote jactant vera sunt. Neque enim vel agarico tanta vis inest ad hæmorrhagias inhibendas quantum spongiis inesse constat. Quidquid in profundo vulnere concreverit, sanguis, ichor, sanies, pus, id spongia eluet. Spongia quoque utilissime uteris, si quando, adhibita cautione ne cicatrix fiat hunc sinuosus aut fistulosus, exutorium, fonticulum apertum perstare cupiveris. Cæræ tunc opem ad præparandam spongiam vulgo ad-

sciscunt: non ita feliciter; nam lente, difficile, nec sine multo calore dilatatur. Sed aquis optime spongia sicca immergitur; mox, ubi humor expressus exiit, relapsura in siccitatem suam, colligandaque hinc et illinc funiculis, ita ut in cylindros minutulos abeat. Tum, prout elandæ plagæ, solvito partem vel hanc vel illam spongiæ; libera et sui juris servat tamen captivæ formam habitumque, h. e. rotunditatem; sed ubi saniem auferendam tetigerit, hæc imbibitur, dilatatur; illa in aridam spongiam penetrat; vulnus autem fit mundum. Cf. si vacat, Ch. WHITE, *An account of the topical application of the sponge of the stopping of hæmorrhagies*. Lond. 1762, in-8°; VAN WY, *Heelkundige mengelstoffen*. Amstelod. 1785; SIM. ZELLER, *praktische Bemerkungen über den vorzügl. Nutz des Badeschwamms und des k. W. bey chirurg. oper. Verw. u. Verbl.* Vindob. 1797, in-8°, tum et KRIEGL (Abrah.) *de spongiarum apud veteres usu*, Dissert. inaug. etc. Lips. 1734, in-4°. AJ.

20. *Dum*, etc. Splenium, exempli gratia, vel apparatus, ut vocant, *la bande, ou l'appareil*. HARD.

21. *Hulcera*. Dioscorides loc. cit. HARD.

nilia impositæ siccant : fracturæ et vulnera spongiis utilissime foventur. Sanguis²² rapitur in secundo, ut curatio perspici possit. Et ipsæ vulnerum inflammationibus imponuntur, nunc siccæ, nunc aceto adpersæ, nunc vino, nunc aqua frigida. Ex aqua vero cælesti impositæ²³, secta recentia non patiuntur intumescere. Imponuntur et integris partibus, sed²⁴ fluctione occulta laborantibus, quæ discutienda sit, et iis quæ apostemata vocant, melle decocto perunctis. Item articulis, alias aceto salso madidæ, alias e posca. Si ferveat²⁵ impetus, ex aqua. Eadem²⁶ et callo, e salsa : at contra scorpionum ictus, ex aceto. In vulnerum curatione et succidæ lanæ vicem implent, nunc ex vino et oleo, nunc ex eadem. Differentia hæc, quod lanæ emolliunt, spongiæ coercent, rapiuntque²⁷ vitia hulcerum²⁸. Circumligantur²⁹ et hydropicis siccæ, vel ex aqua tepida poscave, utcumque blandioribus opus est operirive aut siccari cutem. Imponuntur et his morbis, quos vaporari oporteat, ferventi aqua perfusæ, expressæque inter duas

22. *Sanguis.* Sanguis spongia sorbetur, dum fit sectio. HARD.

23. *Ex aqua vero cælesti impositæ,* etc. Siccant in scripto codice, non secta : ut ad præcedentia pertineat. PINT. — *Ex,* etc. Totidem verbis Plin. Val. III, 30. Secta recentia, sunt vulnera recentia, seu recens factæ chirurgorum opera sectiones, a quibus spongiæ arcent tumorem. HARD.

24. *Sed fluctione occulta.* Seu fluxione. Sic libri MSS. Reg. 2, et alii. pro fluxione. Diosc. V, 138 : τὰ δὲ ρευματικὰ, etc. In libris ad hunc diem editis inepte prorsus, fluctuatione occulta. HARD.

25. *Si ferveat.* Inflammatio, tumor, ἐπιφορὰ. HARD.

26. *Eadem.* Hoc est, ex aqua salsa. Ita plane Reg. 2 codex et Colb. 3. Interpolatores sic edi hactenus curaverunt : « eadem et callo salsa madidæ, » obscuro aut penitus nullo sensu : voce *madidæ* ex superiore sententia temere huc iterum revocata. Dioscorides, loco laudato : Καὶ τὸλους διασῶλκει, « callos diducunt ac dirimunt. » HARD.

27. *Rapiuntque.* Attrahunt et combibunt.

28. *Vitia hulcerum.* Pravos succos, sordes, excrementa, sanielem. DALEC.

29. *Circumligantur.* Plin. Val. III, 12, et Scrib. Larg. xxxiii, ad hydropicos, comp. 133. HARD.

tabulas. Sic³⁰ et impositæ stomacho prosunt, et in febris contra nimios ardores. Sed splenicis e posca, ignibus³¹ sacris ex aceto, efficaciores quam aliud. Imponi³² oportet⁵ sic, ut sanas quoque partes spatiosè operiant: sanguinis³³ profluvium sistunt ex aceto, aut frigida. Livorem³⁴ ab ictu recentem ex aqua salsa calida sæpius mutata tollunt, testium³⁵ tumorem doloremque ex posca. Ad³⁶ canum morsus utiliter concisæ imponuntur ex aceto, aut frigida, aut melle, subinde humectandæ. Africanæ³⁷ cinis cum porri sectivi succo sanguinem rejicientibus haustu salis ex frigida prodest. Idem cinis vel cum oleo vel aceto fronti illitus, tertianas tollit. Privatim Africanæ ex posca tumorem discutiunt. Omnium³⁸ autem cinis cum pice crematarum, sanguinem sistit vulnerum. Aliqui³⁹ raras tantum, ad hoc cum pice urunt. Et oculorum⁴⁰ causa comburuntur⁶ in cruda olla figulini operis, plurimum proficiente eo ci-

30. Sic, etc. Aqua ferventi per-
fusa. HARD.

31. Ignibus. Plin. Val. ad ver-
bum, III, 24. HARD.

32. Imponi. Val. Plin. l. c. H.

33. Sanguinis. Diosc. V, p. 138 :
Ἐπίχουσι δὲ καὶ αἰμορροαίαν ὄν
ξῆν. Marc. Emp. cap. XVIII, p. 83 :
« Ad sistendum sanguinem e naribus
erumpentem : Proderit, inquit, et
spongiæ particulam præsectam apte
forfice, et ad amplitudinem narium
figuratam, injicere paulo pressius,
aceto infectam, et interdum eodem
aspersam. » HARD.

34. Livorem. Marc. Emp. cap.
XIX, p. 131 : « Spongia nova cum
aqua salsa calida sæpius imposita,
suggillationes livoresque detergit. »

35. Testium. Ad verbum Marc.
Emp. cap. XXXIII, pag. 227. H.

36. Ad canum morsus. Plin. Val.

III, 51, iisdem verbis, et Theod.
Prisc. III, 19. HARD.

37. Africanæ. Marc. Emp. cap.
XVI, pag. 120 : « Spongiæ Africa-
næ exustæ cinis cum succo porri
sectivi haustus empyicos sanat, »
hoc est, purulentas exscreationes.
Plin. Val. I, 63, cui titulus est,
« ad sanguinem exscreantes, et
phthisicos affectos : Spongiæ Afræ
cinis, inquit, cum porri sectivi
succo sorbetur. » De Africanis
spongiis, IX, 69 HARD. — *Afri-
canæ*. Que generantur in syrtibus.
DALEC.

38. Omnium. Dioscorid. III,
138, totidem verbis. HARD.

39. Aliqui. Hoc est, genus illud
quod rarum Latini, Græci μανόν
vocant, ut diximus IX, 69. H.

40. Et oculorum, etc. Diosc. l. c.
HARD.

458 C. PLINII NAT. HIST. LIB. XXXI.

nere contra scabritias genarum⁴¹, excrescentesque carnes, et quidquid⁴² opus sit ibi destringere⁴³, spissare, explere. Utilius⁴⁴ in eo usu lavare cinerem. Præstant⁴⁵ et strigilum vicem, linteolorumque, affectis corporibus. Et contra solem apte protegunt capita. Medici inscitia ad duo nomina eas redegere: Africanas⁴⁶, quarum firmitus sit robur: Rhodiasque, ad fovendum molliores. Nunc autem molliissinæ circa muros Antiphelli⁴⁷ urbis reperiuntur. Trogus auctor est, circa Lyciam penicillos⁴⁸ mollissimos nasci in alto, unde ablatae sint spongiæ. Polybius super ægrum suspensos, quietiores facere noctes. Nunc revertemur ad marina animalia et aquatilia.

41. *Genarum*. Palpebrarum. H.

42. *Et quidquid*, etc. *Destringere*, abstergere est: *spissare*, adstringere, ut sæpe monuimus. Diosc. l. c. καὶ ἐπὶ δὲ ἀμῆραι τὴν ἢ ζύψαι.

43. *Destringere*. Detergere, adstringere, replere. HARD.

44. *Utilius*. Diosc. loc. cit. H.

45. *Præstant*. Strigili, hoc est, instrumento ferreo, aureo, argenteo, eboreove utebantur Veteres ad radendas corporis sordes, ad sudorem detergendum, præcipueque in frictionibus. Mart. XIV, ep. 51, cujus lemma, *Strigiles*: « Pergamus has misit: curvo destringere ferro; Non tam sæpe teret linteæ fullo tibi. » HARD.

46. *Africanas*. Africanas, Rhodiasque laudat Marc. Emp. cap. xxxvi, pag. 246. Genus utrumque ad podagram commendat Scrib. Larg. 41, comp. 158. HARD.

47. *Antiphelli*. Urbs ea Lyciæ est, ut diximus V, 28. HARD.

48. *Circa Lyciam penicillos*. Hodie a viro doctissimo nuncupatur spongia penicillus, genus a Lyncurio non longissime distans et quod lichenis filiformis speciem propemodum referat. Sed quum id raro admodum et in Devonensibus oris (Anglici comitatus vulg. dict. *Devonshire*) dumtaxat piscati sint, vix credendum de his sermonem Trogo fuisse, immo vix ad ullam spongiarum classem id referas bene. Crediderim potius aliquem alcyonem ab auctoribus rei notatum et visum. Cæterum cf. de tota hac re Gesner. de Aquat. Sed de etymo nescio cujus scioli non curandum, qui penicillum a pene vult derivari, quasi hic aliquid faceret malacostraci genus, id cui nomen inditum « mentula marina. » AJ.

C. PLINII SECUNDI
NATURALIS HISTORIÆ
LIBER XXXII.

I. **V**ENTUM est ad summa naturæ exemplorumque, per rerum ordinem : et ipsum sua sponte occurrit immensum potentiæ occultæ documentum, ut prorsus nec aliud ultra quæri debeat, nec par aut simile possit inveniri, ipsa se vincente natura, et quidem numerosis modis. Quid enim violentius mari ventisve, et turbinibus, et procellis? quo majore hominum ingenio in ulla sui parte adjuncta est, quam velis remisque? Addatur his et reciproci æstus innarrabilis vis, versumque totum mare in flumen. (1.) Tamen omnia hæc, pariterque eodem¹ impellentia, unus ac parvus admodum pisciculus², echeneis³ appellatus, in se tenet⁴. Ruant venti licet, et sæviant procellæ, imperat furori, viresque tantas compescit, et cogit stare navigia: quod non vincula ulla, non ancoræ pondere irrevocabili jactæ. Infrenat impetus, et domat mundi rabiem nullo suo labore; non retinendo, aut alio modo, quam adhærendo. Hoc tantulo⁵ satis est contra tot impetus, ut vetet ire na-

I. 1. *Eodem.* Ad eundem locum æquali vi navigium impellentia. H.

2. *Pisciculus echeneis appellatus in se tenet,* etc. Exemplar nostrum: • *Pisciculus echeneis appellatur, cuncta in se tenuerat. Venti licet sæviant, procellæ, imperat furori.* • Scribendum forte: • *cuncta vi sua temerat. Venti licet sæviant, procellæ, imperat furori.* • ΠΙΣΤ.

3. *De echeneide.* Vide lib. IX,

cap. 25; Fracastorium, lib. de Sympathia, cap. 8; Rondeletium, lib. XV de Piscibus, c. 18; Ælium de Animal. II, 17; Plutarch. Sympos. lib. II, c. 17. DALZG.

4. *In se tenet.* Reg. et Al. *in se tenuerat.* Conj. Pintianus, *vi sua temerat.* Alii dant *ipso remoratur.* H.

5. *Hoc tantulo.* Sic Reg. 2 et Chiff. In editis *perperam, Hac tantilla est satis.* HARD.

vigia. Sed armatæ classes imponunt sibi turrium propugnacula, ut in mari quoque pugnetur, velut e muris. Heu vanitas humana! quum rostra illa ære ferroque ad ictus armata, semipedalis inlibere possit ac tenere devincta pisciculus. Fertur Actiaco Marte tenuisse prætoriam navim Antonii properantis circumire et exhortari suos, donec transiret in aliam: ideoque Cæsariana classis impetu majore protinus venit. Tenuit et nostra memoria Caii⁶ principis ab Astura⁷ Antium⁸ renavigantis: ut res est etiam auspicalis⁹ pisciculus. Siquidem novissime¹⁰ tum in Urbem⁴ reversus ille imperator, suis¹¹ telis confossus est. Nec longa fuit illius moræ admiratio, statim causa intellecta, quum e tota classe quinquere mis sola non proficeret, exsiliantibus protinus qui id quærerent circa navim, invenere adhærentem gubernaculo, ostenderuntque Caio, indignanti hoc fuisse quod se revocaret, quadringentorumque¹² remigum obsequio contra se intercederet. Constat

6. *Caii*. Qui Germanici Cæsaris filius, et idem Augustus fuit. De Astura et Antio, lib. III, 9; et infra vid. Dalec. De hoc Caii reditu in Urbem, et post quartum mensem nece ei illata, Suet. in Caio, XLIX. HARD. et AJ.

7. *Astura*. Flumine et insula Circeiis proxima. DALEC.

8. *Antium*. Antium (quondam Aphrodisium), civitas in rupe sita, maritima, ab Ostia distans stadiis 260, portu carens, romanis imperatoribus ad otium et rerum urbanarum vacationem præcipue selecta, ideoque frequentissimis et ornatissimis ædificiis exulta. Adi Strabonem, lib. V. DALEC.

9. *Auspicalis*. In auspiciis valens plurimum. HARD.

10. *Novissime tum in Urbem rever-*

sus ille imperator. Quis non videt postrema duo verba adjecta esse expositionis causa ab aliquo, ut aiunt, glossatore? ΠΙΝΤ. — Malo antithesin τοῦ ille imperator et suis. Cæterum cf. Harduin. in not. 12. AJ.

11. *Suis telis*. Potentissimorum libertorum suorum telis Præfectorumque Prætorii, inquit Suetonius, LV1, vel Prætorianorum suorum. H.

12. *Quadringentorum*, etc. Quum quadringentos remiges, inquit, in sua classe Caius princeps haberet sibi obsequentes, pisciculus contra illud obsequium intercessit, et omnium studium reddidit emortuum: siquidem illius quinquere mis, qua Princeps vehebatur, progressu inhibito, cæteræ simul detinebantur: quippe comites quinquere mis Principalis. Quod si fuere, ut

uliariter miratum quomodo adhærens tenuisset, nec non polleret in navigium receptus. Qui tunc posteaque ere, eum limaci magnæ similem esse dicunt. Nos plura opinioniones posuimus in natura aquatilium, quum de diceremus¹³. Nec dubitamus¹⁴ idem valere omnia genera, quum celebri et consecrato etiam exemplo apud Gnidiam¹⁵ Venerem conchas quoque ejusdem¹⁶ potentiæ di necesse sit. E nostris quidam latine remoram appavere eum: mirumque e Græcis alii lubricos partusque procidentes contineri ad maturitatem, adalligato eodiximus¹⁷) prodiderunt: alii sale adservatum adalligatque gravidis partus solvere, ob id alio nomine odyntem¹⁸ appellari. Quocumque modo ista se habeant, quis hoc tenendi navigia exemplo de ulla potentia¹⁹ naturæque effectum, in remediis sponte nascentium rerum nitet?

I. Quin et sine hoc exemplo per se satis esset ex eo-

simile est, in ea classe reliquarum mes, et remis singulis quaterni ges attributi, constitit ea triremis omnia triginta duabus. Nec rem eam esse profecto oportu- quum esset ora tantum præ- ganda, ab Astura Antium: l confici spatium unius horæ gatione potuit. Quamobrem τ εἰρωνικῶς vocatur a Plinio, mperator, qui extra navigatio- eam numquam Imperatorem; nec in nummis suis gessit m IMP. nec a Plinio aliter ap- tur, quam Caius Princeps: vis natalium jure præesse exer- as posset, et dici IMP. généra- re né. HARD.

l. Quum de eo diceremus. Lib. IX, HARD.

j. Nec dubitamus. Nec dubita-

mus, quin easdem vires habeant genera echeneidum omnia, quæ suo loco diximus. HARD.

15. Apud Gnidiam. Recitata historia est IX, 41. HARD.

16. Conchas quoque ejusdem. Quod navem detinuerint portantem nuntios a Periandro, ut castrarentur nobiles pueri. Supra lib. IX, 25. DALLER.

17. Ut diximus. Loco mox citato in nota 13. HARD.

18. Odyntem. Ὀδυνώτην, παρὰ τὸ λύειν τὰς ὀδύνας, a solvendis doloribus gravidarum quibus opitulari in partu echeneis putabatur. Sic MSS. Reg. Colb. aliique: non ut editi odyntem. HARD.

19. De ulla potentia naturæ atque effectum. Voss. naturæ ut quæ et effectu. Lege: de ulla potentia naturæ

dem mari torpedo¹ : etiam procul, et e longinquo, vel si hasta virgave attingatur, quamvis prævalidos lacertos torpescere, quamlibet ad cursum veloces alligari pedes. Quod si necesse habemus fateri hoc exemplo esse vim aliquam, quæ odore tantum et quadam aura sui corporis afficiat² membra, quid non de remediorum omnium momenti sperandum est?

III. Non sunt minus mira, quæ de lepore¹ marino traduntur. Venenum est aliis in potu², aut in cibo datus, aliis etiam visus. Siquidem gravidæ si omnino adspexerint feminam³, ex eo genere dumtaxat, statim nausea et redun-

vique et effectu. Andegav. *natura utque effectu.* GR.

II. 1. *Torpedo.* Pauca jam attigimus de ea IX, 67. AJ.

2. *Esse vim aliquam, quæ odore tantum et quadam aura sui corporis afficiat, etc.* Quid obscuritatis τῷ *aura*, quid falsitatis τῷ *odore*, nunc omnes norunt, postquam experientias multas de torpedinis vi congressit WAHL et juris publici fecit in comment. non sordido: *Of the electric property of the torpedo*, Lond. 1774. Jam tamen clarissimo BANCROFF, in hanc torpedinis vim inquirenti de electrico principio suspicio inciderat. Postea res clarius quoque demonstrata, electricam scintillam assequuta acie observatorum, sive noctu (GUISAN), sive microscopii ope (GALVANI). Sed de his omnibus vide Exc. V, p. 630, ad calcem voluminis. AJ.

III. 1. *De lepore.* Lib. IX, 72.

2. *Venenum est aliis in potu.* Titogradante quo genere mortis obiturus esset, fati responsum, Ulyssis modo periturum ἐκ τῆς θαλάσσης, nani pestinacæ ictu exanimatus est:

Titus vero marini leporis veneno, Domitiani fratris fraude dato. Rhod. lib. XXVI, cap. 30. DAL.

3. *Siquidem gravidæ si omnino adspexerint feminam, etc.* Commentarii loco sit GESSNER de Aquatilib. p. 563: - Quum ego piscium naturæ varietatisque cognoscendæ studiosissimus piscatorium forum studiosissime inspicerem, quumque piscatores proposito præmio allecti certatim ad me, si quid rari aut novi in mari caperent, vel in littus ejectum reperirent, ad me deferrent; ecce piscator leporem marinum cum aphis et loliginibus in faucibus Malgurianis captum, nunquam a se alias ante visum, adspectu fædo, odore tetro, betæ foliis involutum mihi offert. Quem quum diligentius contemplerer, mihi multisque qui mecum una erant nauseam movit. Sed ne hac quidem a piscis inspectione revocatus dissecabam partesque omnes internas sedulo rimabar: quum intervenit mulier quædam de mariti morbo me consultura, cui quum ad dissectionem attentior non responderem, odor

datione stomachi vitium fatentur, ac deinde abortum faciunt. Remedio est mas, ob id induratus sale, ut in brachialibus⁴ habeant. Eadem res in mari et tactu quidem nocet⁵. Vescitur eo unum tantum animalium⁶ ut non intereat, nullus piscis: tenerescit⁷ tantum, et ingrator, viliorque fit. Homines quibus⁸ impactus est, piscem⁹ olent, hoc primo argumento veneficium¹⁰ id deprehenditur. Cætero moriuntur totidem diebus¹¹, quot vixerit lepus. Incertique temporis veneficium id esse, auctor est Licinus Macer. In India affirmant non capi viventem; invicemque ibi hominem illi pro veneno esse, ac vel digito omnino in

piscisque conspectus vomitum dissolutionemque ventriculi protinus creavit, et de ventris dolore (erat autem gravida) queri cœpit, ut jam abortus timendus foret. Quem adstringentibus emplastris ad retinendum fœtum ventri lumbisque admotis prohibui, et ut aliquot diebus cancris vesceretur consului. Per multi sunt hujusce rei locupletissimi testes viri boni et studiosi qui ea quæ dixi symptomata et in se et in gravida muliere experti sunt et viderunt: ut omnino ex his quæ de lepore marino Veterum litteris prodita sunt, huic nostro competere experientia docuerit, a qua ita sum confirmatus, ut ab ea sententia deduci nunquam possim vel debeam. Post menses aliquot alius ad me delatus est, sed lingula illa carnosâ . . . carebat; os in dorso nullum erat; cæteris omnibus partibus internis et externis omnino similis. Hunc de quo nunc loquor marem esse judico, alterum feminam, quod in ea simile quid polyporum ovis repperim, etc. » Hæc quam incauta aut credula expe-

rientia rimatus GRESSNER, monere vix est opus. *As.*

4. *In brachialibus.* Brachialia, sive armillæ, des brassalets. *HARD.*

5. *Eadem res in mari et tactu quidem nocet.* In scripto exemplari: « Eadem res in mari. Nam et tactu quidem nocet. » *PINT.*—*Eudem.* *Ex Reg. 1 et 2, rectius, in marina:* ut in ipsos pisces exeroere vim eandem intelligatur, quam in hominum genus, vel ipso tactu. *H.*

6. *Vescitur eo unum tantum animalium.* *Athensæus*, lib. VIII, etiam scarum lepores marinos venari, iisque pasci tradit. *DALÆC.*

7. *Tenerescit tantum.* In nullorum carne maxime durities commendatur. *DALÆC.*

8. *Quibus.* Quibus vel in cibo vel in potu oblati. *HARD.*

9. *Piscem.* Vide *Diosc.* in *Alex. c. 30.* *HARD.*

10. *Veneficium.* Venenum. *H.*

11. *Cætero moriuntur totidem diebus.* Sic apud *Theophrast.* *Hist. IX, 16*, sumpto aconito par spatium interitus est temporis intervallo, post quod id effossum fuit. *DALÆC.*

mari tactum mori. Esse autem ampliorem multo, sicut reliqua animalia.

- 1 IV. Juba in his voluminibus quæ scripsit ad Caium Cæsarem Augusti filium, de Arabia, tradit mitulos¹ marinos ternas heminas capere. Cetos² sexcentorum pedum longitudinis, et trecentorum sexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intrasse, pinguique³ ejus mercatores⁴ negotiatos et omnium piscium adipe camelos perungi in eo situ, ut asilos⁵ ab his fugent odore.
- 1 V. (II.) Mihi videntur mira et quæ Ovidius prodidit piscium ingenia, in eo volumine, quod Halieuticon¹ in-

IV. 1. *Mitulos*. Inepte quidam legebant, *vitulos*. Rondeletius, sed parum feliciter, cap. de phoca, reponendum censuit, *lepores marinos*. DALEC. — *Mitulos*. Libri omnes manu exarati *vitulos* exhibent. Reg. 2 addit et *marinos*. Sed *mitulos* haud dubie, ut editi præferunt, scribi par est, quos in Arabia portentosæ molis esse Juba ait, quoniam ibi sunt omnia multo ampliora. Hemina mensura quum dicitur, significat cyathos sex, pondus vero drachmarum quindecim, ut diximus XXI, 109. HARD.

2. *Cetos*. Ita MSS. omnes Reg. Colb. alique. Singulari numero, ut Græci τὸ κῆτος. Sequitur enim, *pinguique ejus*. Flumen autem Arabiæ, ipsum est flumen *Salsum* a Plinio memoratum, VI, 32, et idem Mosis *Gehon*, in Genesi 2, 13. HARD.

3. *Pinguique ejus negotiatores et omnium piscium*. Voss. • pingit qua ejus mercatores negotiatio et omnium. • Men. et Gud. • pinguique ejus mercatores negotiator et omnium. • Academ. • pinguique ejus mercatores negotiantur et om-

nium. • Andegav. • pinguique ejus mercatores negotiator omnium. • Scribe : • pinguique ejus mercatores negotiatos et horum piscium adipe camelos perungi. • Nam ad hæc omnia ex superioribus intelligimus, *Juba tradit*. Quod autem constanter hic legitur, *pinguique ejus*, ex eo noscas licet *cetos* supra dixisse Plinium non numero plurali (ut existimarunt etiam accuratissimi viri), sed singulari, ut Græci τὸ κῆτος. Frustra quoque subjiciunt *cetum*: nam *cetos* tuentur optimi codices. Adde huc, quæ ad lib. XXI, 13 diximus. GRON.

4. *Mercatores negotiatos*. Sic edidimus, quum in Reg. 2 legatur, *mercatores negotiatio*. In editis, *negotiatores tantum*. HARD.

5. *Ut asilos*. Insecti genus, de quo XI, 34. HARD.

V. I. *Halieuticon*. Ἀλιευτικὸν volumen, sive commentatio de piscatu. Non modo hoc loco, sed et inferius c. 54, *Halieuticon* opus Ovidio Plinius asserit; nihilominus quod nunc exstat sub eo titulo opus, plurimi Ovidio nunc illud abjudi-

scribitur. Scarum inclusum nassis², non fronte erumpere, nec infestis viminibus caput inserere: sed aversum caudæ ictibus crebris laxare fores, atque ita retrorsum erumpere. Quem luctatum³ ejus si forte alius scarus extrinsecus videat, apprehensa mordicus cauda adjuvare nîsus erumpentis. Lupum⁴ rete circumdatum arenas arare⁵ cauda, atque⁶ ita condi dum transeat rete. ⁷Murænam⁸ maculas appetere ipsas, consciam teretis ac lubrici tergi, tum

cant, Gratio vindicare moliuntur.
HARD.

2. *Scarum inclusum nassis.* Ælian. *Histor. Anim.* lib. I, cap. 4; *Plutarch. lib. de Solert. Animalium.* DALEC. — *Scarum inclusum nassis.* Oppianus quoque hæc totidem verbis refert, *Halieut.* IV, 44, sqq. Ovidii verba hæc sunt in *Halieut.* vs. 7: «..... timor, omnibus hostem, Præsidiumque datum sentire, et noscere teli Vimque modumque sui: sic et Scarus arte sub undis ... Non audet radiis obnixa occurrere fronte; Aversus crebro vimen, sed verberare caudæ Laxans subsequitur, tutumque evadit in æquor.» HARD.

3. *Quem luctatum.* Adnotavit et hoc *Plutarchus*, in lib. de *Solert. Anim.* p. 977. *Ovid.* in *Halieut.* vs. 14: «Quin etiam si forte aliquis, dum pone nataret, Mitis luctantem Scarus hunc in vimine vidit, Aversam caudam morsu tenet; atque trahendo Captivum texto socium de carcere solvit.» Vide et Ælian. *Hist. Animal.* lib. , cap. 4. HARD.

4. *Lupum rete.* Ob eam causam apud Athenæum λάβραξ ὁ πάντων ἰχθύων σφώτατος. DALEC. — *Lupum*, etc. *Oppianus* ad verbum hæc quo-

que cecinit, *Halieut.* III, 121. *Ovid.* vs. 22: «Clausus rete lupus, quamvis immanis et acer, Dimotis cauda submissus sidit arenis.» *Cassiod.* XI, ep. 40: «Piscis lupus arenis se mollibus, ut plumbati lini insidias evadat, immergit: cujus ut superducta retia ejus terga frustra diraserint, alacer, in undas exsilit, et vitati periculi gaudia liberatus agnoscit.» HARD.

5. *Arenas arare cauda.* Mallem legeres: *arenam sulcare cauda.* PINT.

6. *Atque ita conditum transire rete.* In veteri exemplari, «atque ita conditum transeat rete.» *Scribo*, «atque ita condi, dum transeat rete.» *PINT.* — *Atque*, etc. Sic restituimus ex vestigiis codicis *Reg.* 2, in quo legitur, «atque ita condi, dum transeat rete.» In libris vulgatis vitiose, obscuraque sententia, «atque ita conditum transire rete.» HARD.

7. *Murænam.* *Oppian.* *Halieut.* III, vs. 127; Ælian. *H. A.* I, 33. *Ovid.* vs. 26: «Et muræna ferox, teretis sibi conscia tergi, Ad laxata magis conversa foramina retis, Tandem per multos evadit lubrica flexus.» HARD.

8. *Maculas.* Foramina retis. H.

multiplici flexu laxare, donec evadat. Polypum⁹ hamos appetere, brachiisque complecti, non morsu : nec prius dimittere, quam escam circumroserit, aut¹⁰ arundine levatum extra aquam. Scit¹¹ et mugil esse in esca hamum, insidiasque non ignorat : aviditas tamen tanta est, ut cauda
 3 verberando excutiat cibum. Minus in providendo lupo solertiæ habet, sed magnum robur in poenitendo. Nam¹² ut hæsit in hamo, tumultuoso discursu laxat vulnera, donec excidant insidiæ. Murænæ¹³ amplius devorant, quam hamum, admoventque dentibus lineas, atque ita erodunt. Anthiam¹⁴ tradit idem infixam hamo invertere se, quoniam

9. *Polypum*. Ovid. vs. 30 : « At contra scopulis crinali corpore se-
 gnis Polypus hæret. . . atque ubi
 prædam Pendentem setis avidus
 rapit, hic quoque fallit Elato cala-
 mo, quam demum emersus in auras
 Brachia dissolvit, populatumque
 exspuit hamum. » HARD.

10. *Aut arundine levatum*, etc.
 Quum lino piscatorio attollitur extra
 aquam, brachia tum laxat, dimittit-
 que hamum. HARD.

11. *Scit*. Eleganter hæc, Oppia-
 nus, ut cætera, Halieut. III, 482,
 sqq. iterumque vs. 520. Ovid.
 vs. 37 : « At mugil cauda pen-
 dentem everberat escam Excussam-
 que legit. » HARD.

12. *Nam*. Plutarch. lib. de So-
 lert. Anim. p. 977. Ovid. vs. 38 :
 « lupo acri concitus ira, Discursu
 fertur vario, fluctusque ferentes
 Prosequitur, quassatque caput, dum
 vulnere sævus Laxato cadat hamus,
 et ora potentia linguat. » HARD.

13. *Muræna*. Ovid. vs. 42. H.

14. *Anthiam*. In libris hactenus
 editis : « Pytheas id tradit. Idem
 infixam hamo, etc. » Quod inter-

polatoris manum sepit, qui ad mu-
 rænâ, de qua proxime antea ac-
 mo fait, id pertinere rati, *infixam*
 scripsere, quum *infixam* scribi de-
 buisset, quod de muræna numero
 multitudinis oratio tota texatur. At
 MSS. Reg. 2, alique, « *Pithiasma*
 tradit idem infixo hamo. » Neque
 vero ad murænâ hæc spectare,
 sed ad anthiam piscem, quem in
 scriptorem Massiliensem Pytheam,
 et amanuenses, et editores transfor-
 marunt, plane pseudo-Ovidii ora-
 tio contestatur, libro videlicet Ha-
 lieuticon, vs. 45, ubi postquam
 de muræna egit, transit ad anthiam
 statim, quod Plinii scilicet vestigiis
 insistens facit : « Anthias his, tergo
 quæ non videt, utitur armis, Vim
 spinæ novitque suæ, versoque su-
 pinus Corpore lina secat, fixumque
 intercipit hamum. » Quod vero sibi
 ipsi præstare anthiam hoc loco vates
 pronuntiat, hanc officii vicem a
 sociis accipere, alios sequutus au-
 ctore ipse jam Plinius asseve-
 rat, lib. IX, cap. 85. Irritus Al-
 drovandi conatus, qui de piscibus,
 lib. III, cap. 27, pag. 362, vul-

sit dorso cultellato¹⁵ ei spina eaque lineam præsecare. Licinius¹⁶ Macer murænas tantum feminini sexus esse tradit, et concipere e serpentibus, ut diximus¹⁷: ob id sibilo a piscatoribus, tamquam serpentibus, evocari et capi: pinguescere jactatu¹⁸, fuste non interimi, easdem¹⁹ ferula protinus. Animam in cauda habere certum est, eaque icta celerrime exanimari: at capitis ictu difficulter. Novacula²⁰ pisce quæ tacta sunt, ferrum olent. Durissimum esse piscium constat, qui orbis vocetur²¹: rotundus est, et sine squamis, totusque capite constat²².

VI. *Milvago*¹ quoties cernatur extra aquam volitans, tempestates mutari, Trebius Niger auctor est. *Xiphiam*², id est, gladium, rostro mucronato esse: ab hoc³ naves

gatam scripturam defendere omni ope nititur. HARD.

15. *Quoniam sit dorso cultellato*, etc. *Lego*, « quoniam sit in dorso cultellata ei spina, eaque, etc. » ex vetere exemplari. DALÆC.

16. *Licinius*. Aliter sentire Aristotelem vidimus, IX, 39. H.

17. *Ut diximus*. Lib. IX, 39. H.

18. *Jactatu*. Agitatione aquæ. Ita MSS. Reg. 1, 2, aliique, Chiff. *luctatu*: editi, *lactatu*. Utrique male. HARD.

19. *Easdem*. Plinius ipse, XX, 98: « Natura ferularum murænis infestissima est: tactæ siquidem ea moriuntur. » HARD.

20. *Novacula*. Rhodi frequens hic piscis, et Melitæ: in Majoricæ quoque, Minoricæque littore. Gallis, Hispanisque, *rason* appellari, Rondeletius ait, qui visum a se testatur, V, 17. Veterum, præter Plinium, nemo novit. HARD.

21. *Qui orbis vocetur*. Describitur is a Rondeletio, XV, 2. Venetis *pesce columbo* appellari ait: cum-

demque in ostiis Nili capi subscribit Hippol. Salvianus lib. de Hist. Aquat. fol. 209. Soli Plinio e Veteribus nominatus. HARD.

22. *Totusque capite constat*. Immo potius ventre. DALÆC.

VI. 1. *Milvago*. Sive milvus, de quo IX, 43. Quod porro de milvagine Trebius hoc loco affirmat, illud ipsum de loligine Plinius, XVIII, 87. HARD.

2. *Xiphiam*. De quo Ovid. in Halieut. vs. 97: « At durus Xiphias, ictu non mitior ensis. » Græcis ξίφιας. Narbonensibus, *emperador*: Massiliensibus et Italis, *pesce spada*. Maxilla superior quæ ad duorum cubitorum longitudinem accedit, ossea duritie, gladii formam refert, quem ξίφος Græci vocant: unde pisci nomen. Sic Aristot. ipse apud Athen. VII, p. 314. Vide Rondel. VIII, 15. HARD.

3. *Ab hoc naves perfossas mergi*. De hac re vide historiam apud Ælianum, Hist. Animal. lib. XIV, cap. 23. DALÆC.

perfossas mergi in Oceano ad locum Mauretaniæ⁴, qui⁵ Cotta vocetur, non procul Lixo flumine. Idem loligines evolare ex aqua tradit, tanta multitudine ut navigia demergant.

VII. E manu vescuntur pisces in pluribus quidem Cæsaris¹ villis: sed quæ veteres prodidere in stagnis, non piscinis, admirati, in Eloro² Siciliae castello, non procul Syracusis: item in Labrandei Jovis³ fonte anguillas⁴: hæ

4. *Ad locum Mauretaniæ, qui Cotta vocetur.* Lege: « ad locum Mauritaniæ, qui Cota vocetur. » Notandum vero ita vocari, et promontorium, et ipsum sinum. Alibi Plinius, lib. XIX, cap. 4, simpliciter æstuarium vocat, non addito nomine. Is. Voss. in Melam, 18.

5. *Qui.* Sic lib. V, 1. HARD.

VII. 1. *Cæsaris.* Qualis Baiana fuit, de qua Martial. IV, ep. 30, vs. 1 sqq. « Baiano procul a lacu monemus, Piscator, fuge, ne nocens recedas. Sacris piscibus hæ natantur undæ, Qui norunt dominum, manumque lambunt Illam, qua nihil est in orbe majus. Quid quod nomen habent, et ad magistri Vocem quisque sui venit citatus? etc. » HARD.

2. *In Eloro.* Ἐλώρον πόλις, prope Pachynum et Syracusas, teste Scylace in Periplo, pag. 4. Ælianus in H. A. XII, 30: Ἐν Χλωρῷ δὲ τῆς Σικελίας, ὅπερ ἦν πάλαι Συρακουσίων προύριον, lege ἐν Ἐλώρῳ. Stephanus, Ἐλώρος, πόλις Σικελίας, ἀπὸ Ἐλώρου ποταμοῦ, τοῦ κατὰ Πάγκων, ὃς λέγεται τιθασσοῦς ἰχθύς εἶναι, ἀπὸ γειρὸς ἐσθίουτας, etc. Et Apollodorum ejus rei laudat auctorem. Adde et Nymphodorum Syracusium apud Athen. VIII, p. 331.

3. *In Labrandei Jovis fonte. Lego, Labrandii, non Labradii; quum ex vetusto exemplari, tum ex Stephano, cui Labranda vicus est Cariæ.* Confirmat id quoque Strabo quarto decimo, qui et mentionem facit templi Jovis ΠΙΝΤΙΑΝ. — Certe, ut e Pintiani nota perspicere est, prius in *Labradii* legebatur. In Reg. 2, *Labrandii.* Ælianus, Histor. Animalium lib. XII, cap. 30, inter ea stagna lacusve qui pisces cicures alant, hunc recenset: Καὶ ἐν τῷ ἱερῷ δὲ τοῦ Λαβράνδεω Διὸς ἐστὶ κρήνη διαιθεῦς νάματος, καὶ ἔχουσιν ὀρμίσκους χρυσοῦς, καὶ ἀλλότρια χρυσᾶ μίγνται καὶ ταῦτα. Herodotus in Terpsichore: Εἰς Λάβρανδα ἐς Διὸς Στρατίου ἱερόν. Stephanus: Λάβρανδα, κώμη Καρίας· τὸ ἐθνικὸν, Λαβράνδιος. Sic etiam Strabo, a quo Stephanus accepit. Ælianus ait hoc templum LXX stadiis ab urbe Mylasiorum distare, τῆς Μυλάσων πόλιος. Plutarch. tamen in Quæsi. Græcis, p. 301, Λαβραδίως Διὸς ἐν Καρίᾳ simulacrum laudat: et pag. 302, ipsum Jovem Λαβραδίᾳ τὸν θεόν. HARD.

4. *Anguillas.* In Arethusa Siciliae cicures et sacras fuisse Ælianus tradit, Histor. Animal. lib. VIII, cap. 4. DALEC.

et inaures additas gerunt⁵. Similiter in Chio⁶ juxta Senum delubrum : in Mesopotamiæ quoque fonte Chabura, de quo diximus⁷.

VIII. Nam in Lyciæ¹ Myris in fonte² Apollinis,

5. *Hæ et inaures additas gerunt.* Idem traditur de muræna Crassi, quam mortuam is flevit, et sepelivit. DALEC. — *Hæ et inaures additas gerunt.* Ælianus, H. A. XII, 30. Talis fuit et M. Crassi muræna, teste eodem Æliano, H. A. VIII, 4. Anguillas ejusmodi vidisse se in Chalcidii Arethusa, testatur Athenæus, VIII, pag. 331. HARD.

6. *In Chio.* Ita libri omnes, etiam manu exarati. Num legi tamen in *Ceo* satius fuerit, peritiores judicent. Nam de sacrificio a senibus fieri solito apud Ceos, Κείους, in templo utique, fanoque aliquo, antequam cicutam biberint, meminit Ælian. Var. Hist. III, 37. H.

7. *De quo diximus.* Lib. XXXI, cap. 22. HARD.

VIII. 1. *Nam in Lyciæ.* Varro, lib. III, cap. 17 : « Nam ut Pausias, et cæteri pictores ejusdem artis, loculatas magnas habent arculas, ubi discolores sint cæræ, sic hi loculatas habent piscinas, ubi dispares disclusos habeant pisces, quos proinde ac sacri sint ac sanctiores quam illi in Lycia, quos sacrificanti tibi, Varro, ad tibicinem græcum gregatim venisse dicebas ad extremum littus atque oram, quod eos capere auderet nemo, quum eodem tempore offulas ludionum ibi corrosas vidisses, sic hos pisces nemo coquus in jus vocare audet, etc. » Apud Athen. lib. XI, in Lycia fons est mari pro-

pinquus, Apollini sacer, δῖνα Polycharmo, δῖνος Artemidoro, in quo piscibus e mari adstantibus, qui oraculum adeunt, hostiarum primitias verubus ligneis transfixas offerunt, assidente sacerdote auguria captantes. Vide locum. DAL. — *Nam in Lyciæ.* Ita libri omnes, conditivi, ac publici. Quid si nihilominus in Lyciæ Syrrhis legatur? Nam hoc ipsum de pago, cui Syrrha nomen, referunt Ælianus, Hist. Anim. VIII, 5, et Plutarch. de Solert. Anim. pag. 976. Situm ejus in Lycia esse, Myram inter et Phellum. Πίπυσμα δὲ, inquit Ælianus, κόμην τινὰ Λυκικὴν μεταξὺ Μύρων καὶ Φελλοῦ, Σύρρα ὄνομα, ἐν ἧ μαντεύονται τινες ἐπ' ἰχθύσι καθήμενοι, etc. Et Plutarch. Ἐπι καὶ περὶ Σύρραν πυνθάνομαι κόμην ἐν τῇ Λυκίᾳ Φελλοῦ μεταξὺ καὶ Μύρων, καθεζομένους ἐπ' ἰχθύσιν, ὥσπερ οἰωνοῖς, διαμαντεύσασθαι τέχνη τινί, etc. Hæ Lyciæ sortes Maroni sunt, Æn. IV, 344 et 377. Similis est locus alter portusve in Lycia, ubi ex piscibus augurium petebatur: δῖνος ei portui nomen fuit, teste Polycharmo Lyciacorum II, apud Athenæum, VIII, pag. 334. Similes et in Lydia (nisi Lycia scribendum sit) ex Varrone sortes, de Re Rust. III, 17, pag. 113. (Vid. init. notæ.) H.

2. *Myris in fonte.* Supra lib. XXXI, cap. 2, fontis Limyræ meminit. Straboni, lib. XIV, et Myra in excelso monte sita, et Limyra.

quem³ Curium appellant, ter fistula evocati veniunt ad augurium. Diripere eos carnes objectas, lætum est consultantibus⁴: caudis abigere, dirum. Hierapoli⁵ Syriæ in lacu Veneris ædituorum vocibus parent vocati: exornati auro veniunt: adulantes scalpuntur: ora hiantia manibus inserendis præbent. In Stabiano Campaniæ ad Herculis petram, melanuri in mari panem abjectum rapiunt: iidem ad nullum cibum, in quo hamus sit, accedunt.

IX. Nec illa in novissimis mira, amaros esse pisces ad Pelen¹ insulam, et ad Clazomenas. Contra, ad² scopulum Siciliae, ac Leptin Africae, et Eubœam, et Dyrrachium. Rursus ita salsos, ut possint salsamenta existimari, circa Cephaleniam et Ampelon³, et Paron, et Deli petras: in portu ejusdem insulæ, dulces. Quam differentiam pabulo constare non est dubium. Apion maximum piscium esse tradit porcum⁴, quem Lacedæmonii orthragoricum⁵ vocant: grunnire eum, quum capiatur. Esse⁶ vero illam

ciatissima sunt Lyciæ oppida. Ælianus, Hist. An. lib. VIII, cap. 5. Lyciæ pagum eum Syrrham vocat, positumque esse inter Myra et Puellum tradit. DAL.

3. *Quem*, etc. Κούριον, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, a cæsarie: ob quam et ἀρχορῆτις, intonsus, idem cognominatus est. Ita MSS. omnes. Ludit operam Alciatus, qui *Dirum* pro *Curium* hic reponit. HARD.

4. *Consultantibus*. Sic MSS. nostri. Chiffi. *consultentibus*. HARD.

5. *Hierapoli*. Narrat hanc rem Iucianus prolixè, libro de Syria Dea. p. 1073. HARD.

IX. 1. *Ad Pelen*. De Pele, seu Pela. dictum est ad V, 38. HARD.

2. *Ad scopulum*. Scopulum intelligit, qui in freto Siciliae est. qua dimittitur ab Italia: quo de

scopulo, III, 14: • In eo freto est scopulus Scylla. • HARD.

3. *Et Ampelon*. Macedoniae oppidum. de quo IV, 17, Cretæne, de quo IV, 20, intelligendus hic locus sit, obscurum est. H. — *Ampelon*. Sami promontorium. DAL.

4. *Porcum*. Rondel. lib. XV, cap. 7. HARD.

5. *Orthragoricum*. Ὀρθραγορικόν. Vocis ejus originationem discce ex Aristocie. aliisque apud Athen. IV, pag. 140. Describitur a Rondeletio, XV, 7. Massilienses *mole* vocant; Hispani, *bout*. Narbonensium nonnulli, qui Hispaniam Provinciamque frequentarunt, utraque conjuncta appellatione *molebout*. Diversus hic a marino porcocalo, de quo IX, 17. HARD.

6. *Esse*. Quod porro pisces alibi

naturæ accidentiam, quod magis miremur, etiam in locis quibusdam, apposito occurrit exemplo. Siquidem salsamenta omnium generum in Italia Beneventi refici⁷ constat.

X. Pisces marinos in usu fuisse protinus a condita Roma, auctor est Cassius Hemina; cujus verba de ea re hic subjiciam: « Numa constituit, ut pisces qui squamosi non essent, ni polluerent¹: parcimonia² commentus, ut convivia publica et privata, cœnæque ad pulvinaria³ facilius compararentur: ni qui⁴ ad polluctum emerent, pretio minus parcerent, eaque præmercarentur. »

dolces, alibi sint amari, sive salsi, contingere id naturæ ex differentia soli, cælive, aut pabuli, affini etiam monstratur exemplo. H.

7. *Refici.* Iterum sale condiri, « evanescente priore conditura, ob mutationem cali. » Sic MSS. Reg. 2, Ch. Interpolatorum manu prius legebatur *recentia effici constat.* H. — *Recentia effici constat.* Sic evanescente sale, ut eo condita nunquam fuisse videantur. DAL.

X. 1. *Ni polluerent patrimonium.* Vertrianus apud Varronem hic legit, « Numa constituit, ut pisces qui squamosi non essent, non polluerentur, commentus, etc. » Sextus Pompeius scribit pisces omnes squamosos polluceri præter scarum. Lego, *polluerentur sacris cæramoniis.* Vide Scalig. in Festum voce *Pollucere.* DALIC. — *Ni polluerent parcimonia.* Ne coemerent ad opulas sacras deorum: parcimonia viam excogitavit, qua cœnæ deorum facilius compararentur. Usus hac voce Festus: « Pollucere merces quas liceat, sunt far, polenta . . . pisces quibus est squama, præter scarum. » Quæ si cum

Plinianis componas, conceptam his verbis legem a Numa intelligas: PISCES. QUI. SQVAMOSI. NON. SVNT. NEI. POLLVCETO. SQVAMOSOS. OMNIBUS. PRÆTER. SCARVM. POLLVCETO. HARD.

2. *Parcimonia.* Libri ad hunc diem editi, quibus et conditivi favent, sed hac parte vitiiati, « ni polluerent patrimonium: commentus, etc. » Ridicule. Certissima nostra conjectura est, quam Servius egregie stabilit, ad eum versus Maronis, « pauperque Senatus Thura dabant, » Æn. VIII: « Re vera pauper, inquit, per quod ostenditur parcimonia pro laude tunc habita. Et libri Veterum tradunt a majoribus sacrificando parcimoniam observatam esse. » Itaque est ea Numæ lex lata, ut sumptibus parceretur; ejusmodi enim pisces, ob raritatem, magno veniebant. HARD.

3. *Ad pulvinaria.* Pulvinar, lectus qui in templis sterni consuevit, numini dicatus. HARD.

4. *Ni qui.* Dictum prisco more, pro *ne qui.* Qua de re Vossium vide in Anthol. ne actum agam. HARD.

XI. Quantum apud nos Indicis margaritis pretium est, de quibus¹ suo loco satis diximus, tantum² apud Indos in curalio³: namque ista persuasione gentium constant. Gignitur quidem et in Rubro mari, sed nigrius: item in Persico vocatur lace: laudatissimum⁴ in Gallico sinu

— *Polluctum*. Alexander ab Alex. *pollinctum* legit, et funebrem conam interpretatur a pollinciendo. Budæus *polluctum* restituit. *Pollucere* ad sacra pertinet, libare, diis offerre, votivum epulam facere. *Polluctum* cœna lauta, opipara, et splendida, qualis esse solet in sacris epulis. DAL. — *Pretio minus parcerent, eaque premercarentur*. Pretium pecuniamve largius darent. Ne pecuniæ non parcerent, ne pretio majore ultro oblato, annonam, ut dicitur, calcarent, incenderentque. HARD.

XI. 1. *De quibus*. Lib. IX, 54, sqq. HARD.

2. *Tantum*. Etiam Isidoro, teste Origg. XVI, 8, Curalium, sic etiam libri omnes prisci habent, sive ut recentiores, corallium, et corallum, nomen retinet, *du corail*. HARD.

3. *In curalio*. Corallium inter gemmas recenset Theophr. libro *περί λίθων*, rubrum, rotundum, simile radici, ac cum eo comparat Indicam arundinem in saxum duratam. De corallio multa Orpheus libro *περί λίθων*. DALEG. — Sane hæc olim opinio obtinuit. Sciebant tamen (vide et ipsum Nostrum infra corallium vivere: atqui nullus lapis vivit; crescit tantum, nil amplius. Saltem igitur vegetabilium numero accensendum fuit corallium; quod GESSNER, BAUHIN, TOURNE-

FORT, DONATI, vel jusserant, vel siverunt fieri: nec enim distat hocce corporis a forma arborum, dum in altitudinem surgit gracile et teres sesquipedalem et in ramusculos luxuriat. Linnæi ed. priores madreporis annumeravere: præstantissimus PALLAS Isidibus; nec multo post *Isis nobilis* vocatum est a GARNIER et SOLANDER: sed nuperrime et merito ab Isidum gente amoveri jussit DELAMARCK, approbavitque omnibus fere rerum naturalium peritis alio referenda corallia. Ergo nunc a coralliis principium ordini primo polypiferorum corticiferorum, si non tam polypi ratio habeatur quam polypiferæ arboris; Actinozoarius compositus, si secus. Jam laudato DELAMARCK et LAMOUROUX prior ordinatio placet, nec abludit CUVIER; posterior vero ex ingeniosissimo DE BLAINVILLE profecta est. AJ.

4. *Gignitur ... laudatissimum*, etc. Optime hæc: nec Indico aut Erythræo mari tantum inesse corallia scito, sed toti Pacifico, qua Polynesia insulas et Aulonas præbet. Unde huic Oceano nomen quidam voluere dari *corallicum mare*; non inepte, modo de coralli pulchritudine conticuerint, quod his locis subfuscum et livens. Laudatissimum certe e Mediterranei freti, ut mox Noster ait, partibus variis, quarum præcipuas bene congerit, culpan-

circa⁵ Stœchadas insulas, et in Siculo circa⁶ Æolias, ac Drepanum⁷. Nascitur et apud Graviscas, et ante Neapolim Campaniæ; maximeque rubens, sed molle, et⁸ ideo vilissimum Erythris. Forma⁹ est ei fruticis, colos viridis. Baccæ¹⁰ ejus candidæ sub aqua ac molles: exemptæ confestim durantur et rubescunt¹¹, quasi corna sativa specie

2
 dus in hoc tamen quod Ægei maris oblitus sit et Messanici freti. Sed vid. inf. not. 11. AÏ.

5. Circa. Nec ibi solum, sed etiam tota Provinciæ ora Stœchadibus apposita, probatissimum colligi scribit Hon. BOUCHE, Hist. Prov. I, 8, pag. 49. HARD.

6. Et in Siculo circa Æolias. Cuius, non Helian, in scripto codice. PINX. — Circa. Ita Ch. codex. In Reg. I, circa Eulias. In editis insulse, circa Helium. HARD.

7. In Siculo circa Æolias, ac Drepanum. Vere: potuisset adjicere, quoniam de Siculo mari sermo erat, celeberrimo omnium et pulcherrimo corallio hoc fretum nobilitari. Id maris vulgo vocatur ager corallicus, ac velut silvestris vastitas, in tousiles partes divisum est, quarum quæque totius campi decima pars est; nam decem annis videtur ad maximum pervenisse arbor corallica. Testatur tamen celeb. v. SPALLANZANI, vidisse se coralliferas arbores ex inexplorato hucusque loco avulsas, quas crassiora vulgaribus graua commendarent, sed non pulchriora, neque vividius gratiusve rubentia. AÏ.

8. Et ideo. Ita Reg. 2, recte. Vilissimum, non quia rubens, sed quia molle. Prius utilissimum legatur. Male. HARD.

9. Forma. Hæc quoque Solinus,

cap. 11, pag. 16, et Isidorus, l. c. HARD.

10. Baccæ. Sic etiam loquitur Isidorus, l. c. Ex quo palam fit curalium olim quum ex aquis extraheretur, sectum in frusta, seu baccas, corni specie ac magnitudine, etiam tum quum sub aquis foret ac mollius crederetur, ne postquam attigisset auras, frangendo durities obstitisset. Cf. n. 11.

11. Exemptæ confestim durantur et rubescunt. Passim ab antiquis creditum proditumque est, corallium herbaceam mollitiem habere sub aqua: experimento compertum vel tum saxeam ei inesse duritiem. Quare comminisci ausi sunt alii, vivere sub aquis corallium, tactu lapidescere: quas nugas dum Plinius recitat, non probat. • Aiunt, inquit, tactu lapidescere, etc. • Unde Petr. Quiquer. de laud. Prov. II, f. 57. Ovidius: • Sic et corallium, quo primum contigit auras Tempore, durescit: mollis fuit herba sub undis. • Marbodæus item lib. de Lapid. pret. cap. 20, de corallio: et quod in medico magis, quam in vatibus mirum, Diosc. quoque, V, 139, qui id asseverate pronuntiat. HARD. — Monendus hic de pluribus lector. Non homœomeria constat arbor corallica, sed duabus præcipue partibus, scilicet axe et cortice. Axis durus et lapidi,

atque magnitudine. Aiunt tactu protinus lapidescere, si vivat. Itaque occupari, evellique retibus, aut acri ferramento præcidi. Qua de causa curalium¹² vocitatum interpretantur. Probatissimum¹³ quam maxime rubens, et quam ramosissimum, nec scabiosum, aut lapideum, aut rursus inane, et concavum. Auctoritas baccarum ejus non minus Indorum viris quoque pretiosa est, quam feminis nostris
 3 uniones Indici. Aruspices eorum vatesque inprimis religiosum¹⁴ id gestamen amoliendis periculis arbitrantur. Itaque et decore et religione gaudent. Prius quam hoc

etiam sub aqua, simillimus totusque calcaris; nam totus solvitur, si acido nitrico injeceris; at iste cortex seu albus, seu pallidus, quem sibi axis circumdedit, ut mollis ac fere gelatinosus dum vita perstat, sic aridus et friabilis post mortem, h. e. postquam ex aquis avulsus est axis. Atqui corallio vendibili abest iste cortex. Unde vides quam facile error ignaras mentes invaserit! Quid, si reputaveris et ipsius axis extremo cuique ramusculo mollitudinem quamdam competere. Cæterum cave ne hunc arboris corallicæ corticem eundem putes cum cortice vero, omnibus sane πολύποσι communi, qui arborem creant et incolunt. Mollis hic quoque, nec colore absimilis; sed canales cylindricos habet, qui ab extremo ramusculo ad pedem arboris in longitudinem porrecti eunt, et luteo quodam succo distenti sunt, quos vir doctiss. DE BLAINVILLE extremo animalculorum ordini aggregandos esse censet. A 1.

12. Qua de causa curalium vocitatum. Ὅτι ἐν αἰὶ κορυφαῖαι, quoniam in mari tondetur. DALERC.

13. Probatissimum. Hæc totidem verbis Dioscorides loco laudato, et post eum Oribas. lib. XIII, pag. 228. HARD.

14. Religiosum. Solin. cap. II, pag. 16, de curalii ramulis: « Excuduntur ex illis multa gestamina. Habet enim, ut Zoroastres ait, materia hæc quamdam potestatem: ac propterea quidquid inde fit, ducitur inter salutaria. Curalium alias dicunt: nam Metrodorus Gorgiam nominat. Idem quod resistat typhonibus, et fulminibus, affirmat. » Hoc carmine Marbodæus expressit, loc. cit. de corallio: « Ex quo fiuntur gestamina commoda multis: Quippe salutaris gestantibus ipse probatur: Illius, ut dixit Zoroastres, mira potestas. Et sicut scribit Metrodorus, maximus auctor, Fulmina, typhonas, tempestatesque repellit A rate vel tecto. . . . Umbras dæmonicas ac Thessala monstra repellit. Collo suspensus pellit de ventre dolorem. » Adde Geopon. auctorem, lib. XV, esp. I, pag. 406. HARD. — Meræ fabellæ, et Scheherazadicis historiis appendendæ. A 1.

notesceret, Galli gladios, scuta, galeas adornabant eo. Nunc tanta penuria est vendibili merce, ut perquam raro cernatur in suo orbe. Surculi infantiae adalligati, tutelam¹⁵ habere creduntur: contraque¹⁶ torminum ac vesicæ et calculorum mala in pulverem igne redacti, potique cum aqua auxiliantur. Simili modo ex vino poti, aut si febris sit, ex aqua, somnum afferunt. Ignibus diu repugnant. Sed¹⁷ eodem medicamine sæpius potio tradunt lienem quoque absumi. Sanguinem¹⁸ rejicientibus exscreantibusve medentur. Cinis¹⁹ eorum miscetur oculorum medicamentis. Spissat enim ac refrigerat: hūlcerum cava explet: cicatrices extenuat.

XII. Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathiam vocant, nihil est usquam venenatius, quam in mari pastinaca, utpote quum radio ejus arbores necari dixerimus¹. Hanc tamen persequitur galeos². Idem et alios quidem pisces, sed pastinacas præcipue, sicut in terra serpentes mustela. Tanta est aviditas ipsius veneni. Percussis vero ab ea medetur et hic³ quidem, sed et nullus, ac laser.

XIII. (III.) Spectabilis naturæ potentia in his quoque, r

15. *Tutelam*. Adversus veneficia. HARD.

16. *Contraque*. Subscribit Plinio Diosc. V, 139. Petr. Quiqueranus loc. ante cit. fol. 58, a Galeno id vere proditum, multisque recentiore ævo experimentis comprobatum ait: neque in eo solo genere morbi, sed et in plurimis aliis, sive appensum, sive tritum in pollinem, bibitumque, sive alio modo, valere plurimum. HARD.

17. *Sed*, etc. Dioscorid. l. c. H.

18. *Sanguinem*. Diosc. l. c. Marc. Emp. cap. XVI, pag. 121, et cap. XVII, pag. 125. HARD.

19. *Cinis*. Diosc. l. c. Στόμα δι τῆ δυνάμει, καὶ φύχει ἐπιουκῶς. Κατασφίλει δὲ τὰ ὑπερέχοντα, καὶ οὐλὰς σμύχει τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς· πληροὶ δὲ καὶ κοιλώματα καὶ οὐλὰς. Quæ Plinius totidem pæne verbis. H.

XII. 1. *Dixerimus*. Lib. IX, cap. 72. HARD.

2. *Galeos*. Egimus de hoc galeo cené IX, 70. Quod pari odio adversus pastinacas, atque mustelas terrestres, quas Græci γαλέας vocant, adversus serpentes feratur, galei nomen inditum ei Plinius credidit. HARD.

3. *Et hic* Impositus plagæ. H.

quibus et in terris et in aqua victus est, sicut¹ et fibris, quos castores vocant², et castorea³ testes eorum. Amputari hos ab ipsis, quum⁴ capiantur, negat Sextius⁵ diligentissimus medicinæ. Quin immo parvos esse substrictosque, et adhærentes spinæ⁶, nec adimi sine vita animalis posse. Adulterari autem renibus ejusdem, qui sint grandes, quum veri testes parvi admodum reperiantur. Præterea ne vesicas quidem esse⁷, quum sint geminæ, quod nulli animalium. In his folliculis⁸ inveniri liquo-

XIII. 1. *Sicut.* De his egimus VIII, 47. HARD.

2. *Quos castores vocant.* Arist. Histor. Animal. lib. VIII, cap. 5; Ælian. Histor. Animal. lib. VI, cap. 24. DAL.

3. *Et castorea.* De quibus Virg. Georg. I, *Virosaque Pontus castorea*, hoc est, graveolentia, βρομώδη, qualia maxime probantur a medicis. HARD.

4. *Quum capiantur.* Quidam, quum captantur. Sed nihil mutandum. HARD.

5. *Negat Sextius diligentissimus.* Credidit Apuleius, qui lib. I Asini, Thessalam veneficam scribit, amatorem suum, quoniam alterius mulieris consuetudine usus fuisset, in castorem mutasse, ut amputaret sibi genitalia, si quando venatores insequerentur. DAL. — Negat et Diosc. II, 26. Vide quæ diximus VIII, 47. HARD.

6. *Quin immo parvos esse substrictosque, et adhærentes spinæ,* etc. Hæc observatorem arguunt: nam fibro re quidem vera tam intime sub cauda totus latet apparatus genitalis, ut vix credideris posse a conjugio coitum exerceri. Retroflexum

veretrum; testium duplex tumor intra inguinum vaginam conditus. Cæterum memento false persuasum quibusdam antiquis in testiculis jacere castoreum. Et in feminis hanc substantiam reperire est. Nempe, quo cavo, inter caudæ originem et geminum femur sito, genitale extremum, h. e. præputium in maribus, in feminis clitoris et anus latent, in eodem glans duplex membranosa et pyriformis, quarum in altera fit secretio castorei. Has certe glandes infra designat vox folliculi; nec in ambiguo jam res potest remanere, quum abesse vesicam miratur; mirum sane, si de testiculis veris ageretur. A.

7. *Præterea ne vesicas quidem esse.* Vide not. supra. Cf. et hanc quæ sequitur. A.

8. *In his folliculis.* Non in ambo- bus. Nam in altero secretio fit humoris cujusdam fusci, unctuosi, a castoreo longe abeuntis; in alterius cellulis castoreum exstat. Structuræ quoque differunt. Nam prior nil nisi vesica simplex vel sacculus; posterior cellulosa reticulataque quodammodo est. Illa a pube proxime abest; hæc longius paulo

et asservari sale. Itaque inter probationes falsi¹⁰, esse a
 illos geminos ex uno nexu dependentes, quod ipsum
 mpi fraude¹¹ conjicientium¹² gummi cum sanguine,
 lammoniicum¹³: quoniam Hammoniici coloris esse
 nt, tunicis circumdati¹⁴, liquore¹⁵ veluti mellis cerosi,

Utriusque liquor canalibus
 genitalia decurrit, lubrifi-
 sive glandem, sive murton.
 quoque utilitatis his subesse
 vero simillima; sed quid,
 piti est. A.

iquorem. Pinguem et oleo-
 DALXC.

Itaque inter probationes falsi.
 ut probetur castoreum ve-
 secernatur a falso, eligendi
 illiculi seu testes gemini ex
 xu pendentes: atque hoc
 fraude corruptitur ab iis
 mmi conjiciunt, etc. Diosc.

i: Ἐκλέγου δὲ αἰεὶ τοὺς συνε-
 οὺς ἔρχεις ἐκ μιᾶς ἀρχῆς...

δέ τινες αὐτὸ, ἀμμωνιακὸν ἢ
 συμπεφυμένον αἵματι καὶ κα-
 γγέοντες εἰς φύσσαν καὶ ξηραί-
 « Porro testes semper eli-
 qui sint ex uno ortu connexi
 sum quoque fraude corrup-
 ionnulli, Hammoniicum,
 mmi cum sanguine et casto-
 ractum in folliculum infun-
 , et ita exsiccentes. » H.

Corrumpi fraude conjicientibus
 cum sale Hammoniaco. Her-
 Barbarus veterem lectio-
 ise monuerat non cum sale,
 sanguine: et eam se probare
 scoride, qui hæc ipsa fere
 bum tradat. Ecce alius sive
 campius est, qui ad margi-
 orrigit: corruptitur fraude
 ntium, hoc ex Pint. cod. et

Chifflet. « gummi aut hammonia-
 cum cum sanguine et castoreo,
 quoniam... » Voss. « conjicientium
 cummim cum sanguine aut hammo-
 niicum. » Scribe: « quod ipsum
 corrumpi fraude conjicientium
 gummim cum sanguine aut ammo-
 niicum. » Nam *corrumpi* mutandum
 non est; quum intelligatur, « tra-
 dit Sextius diligentissimus medici-
 næ. » GROH.

12. *Conjicientium.* Hæc cod. Reg.
 a sincerissima lectio, quam fide
 summa totidem litterarum apicibus
 representamus, abdicata vetere,
 quam interpolatores sic concinna-
 rant. « Quod ipsum corrumpi frau-
 de, conjicientibus gummi cum sale
 Hammoniaco. » Favet Dioscorid.
 emendationi, ut in prioribus notis
 ostendimus. HARD.

13. *Cum sang. aut Hammoniicum.*
 Hammoniicum cum sanguine et
 castoreo subactum, ex Dioscoride.
 Vid. sup. not. 10.

14. *Tunicis circumdati.* Naturali-
 bus suis tunicis circumdati. Diosc.
 id est, elytroeide, quæ utrique
 testi sua et peculiaris est. DALXC.
 — *Tunicis.* « Qui naturalibus tuni-
 cis perpetuo distinguantur, » inquit
 Diosc. loc. citat. διαφρασσόμενόν τε
 συνεχῶς φυσικαῖς ὑμέσι. HARD.

15. *Liquore.* Diosc. l. c. Καὶ τὸ
 ἐντὸς ἔχον κηροειδές, βαρύσμον, βρο-
 μωδες, δριμύ, δηκτικόν, εὐτριπτον.
 « Liquore intus veluti ceroso, odo-

odore graves¹⁶, gustu amaro et acri, friabiles. Efficacissimi e Ponto¹⁷, Galatiaque, mox Africa. Sternumenta¹⁸ olfactu movent. Somnum conciliant, cum rosaceo et peucedano peruncto capite; et per se poti in aqua: ob id phreneticis utiles. Item lethargicos¹⁹ odoris suffitu excitant; vulvarumque exanimationes vel subditi. Et²⁰ menses ac secundas cient, duabus drachmis ex aqua cum pulegio poti. Medentur²¹ et vertigini, opisthotonis, tremulis, spasticis, nervorum vitiiis, ischiadicis, stomachicis, paralyticis, perunctis omnibus: vel triti ad crassitudinem mellis cum semine viticis, ex aceto aut rosaceo. Sic et contra

ris gravis, ac viroso gustu, acri, et mordaci, friabili. » H. — Revera castoreo, quale apud vivum animal constat hoc inesse, aut quale de modo exanimi colligitur, lutea, mellea vel siruposa soliditas, et odor gravissimus, qui multo minuitur, sed non evanescit, postquam exaruit; quo tempore in resinæ formam naturamque componitur, solidescit et fit subfuscum. Quod ad compositionem spectat, quanquam aliquantulum variatur in enarranda chymica analysi, potes tamen e collatis disquisitionibus clarissimorum viro-
rum HILDEBRANDT, LAUGIER, BOUILLON DE LAGRANGE, THOUVENEL (*Mém. sur les substances animales médicamentieuses*, qui quidem codex præmio donatus est Burdigalæ, ann. 1778), HAAS (*Wolfgangii Ad. Chr. Analys. castorei chymica, Diss. Erlangæ 1795, in-8°*) conjicere id substantiæ constare e resina, corpore adipoceroso, oleo volatili, materia extractiva tinctoria, gelatina, salibus quibusdam acidoque benzoico. AJ.

16. *Odoris gravis. Qua de causa virosa castorea Virgilius appellat.*
DALÉC.

17. *Efficacissimi e Ponto Galatia, mox Africa. Scribe cum Voas. » e Ponto Galatiaque, mox Africa. » Statum Vossiani duo, et his eadem verba referens melior sternumenta.*
GROX.

18. *Sternumenta. Sic Dioscorid.*
I. c. HARD.

19. *Item lethargicos. Cels. III, 20, cujus verba retulimus XXVIII, 67; Pliu. Val. III, 7, et Diosc. I. c. Solo castoreo lethargicos esse curatos, vidit Jos. Schenkus, ipso prodente Obs. med. lib. I, pag. 67. HARD.*

20. *Et menses. Totidem verbis Diosc. I. c. H. — Ex omnibus quidem, sive experientis, sive disputationibus compertum est antispasmodicam vim castoreo contigisse. AJ.*

21. *Medentur et vertigini, opisthotonis, etc. Iisdem fere morbis mederi scribit Dioscorid. loco citato. HARD.*

comitiales sumpti : poti²² vero contra inflationes, tormina, venena. Differentia tantum contra²³ genera est mixtura. Quippe²⁴ adversus scorpiones ex vino bibuntur : adversus phalangia et araneos, ex mulso, ita ut vomitione reddantur : aut ut retineantur, cum ruta : adversus²⁵ chalcidas cum myrtilite : adversus cerasten et presteras²⁶, cum panace, aut ruta, ex vino : adversus cæteras serpentes, cum vino. Dari²⁷ binas drachmas satis est : eorum²⁸ quæ 4 adjiciantur singulas. Auxiliantur²⁹ privatim contra viscum ex aceto : adversus aconitum ex lacte, aut aqua : adversum elleborum album, ex aqua mulsa nitroque. Medentur et dentibus, infusi cum oleo triti in aurem, a cujus parte doleant : aurium doloribus melius, si cum meconio. Claritatem visus faciunt cum melle Attico inuncti. Cohibent³⁰ singultus ex aceto. Urina quoque fibri resistit venenis, et ob id in antidota additur. Adservatur autem optime in sua vesica, ut aliqui existimant.

XIV. (iv.) Geminus similiter victus in aquis¹ terraque

22. *Poti.* Ex aceto Diosc. propinat l. c. Πίνεται δὲ σὺν ἔξει καὶ πρὸς ἐμπνευματώσεως, σφόδρους, λυγμούς, θανάσιμα φάρμακα, « contra inflationes, tormina, singultus, exitiabilia venena. » HARD.

23. *Contra.* Contra diversa venenorum genera diversa mixtura est. HARD.

24. *Quippe.* Nicander in Theriac. p. 41. HARD.

25. *Adversus chalcidas.* De hoc lactis genere diximus XXIX, 32. H.

26. *Et presteras.* Πρηστὴρ serpentis seu viperæ genus ita appellatum ob inextinctæ sitis ardorem, quem morsu creat. HARD.

27. *Dari.* Castorei. Ita Scrib. Larg. comp. 192 : « Ad ixiam,

quam quidem chamsleonta vocant : item castorei. * P. 2 (hoc est, denarios pondo duos, sive drachmas binas), dato ex vino cyathis quatuor, etc. » HARD.

28. *Eorum,* etc. Rutæ exempli gratia, vel panacis. HARD.

29. *Auxiliantur.* Diosc. l. c. Πίνεται δὲ σὺν ἔξει καὶ πρὸς ἰξίαν. H.

30. *Cohibent.* Dioscorides loco citato. HARD.

XIV. 1. *Geminus similiter victus in aquis terraque,* etc. Vide Salmas. pag. 1122. — Olim legebatur, « effectus quoque pari honore habendi. » — In apographo nostro, « effectusque par honore habendo » ; sicut fere habent Romana et Parmensia exemplaria. ΠΙΝΤ.

testudinum, effectusque par honore habendo, vel propter excellens in usu pretium², naturæque³ proprietatem. Sunt ergo testudinum genera⁴, terrestres, marinæ, lutariæ, et quæ in dulci aqua vivunt. Has quidam e Græcis emydas⁵ appellant. Terrestrium carnes suffitionibus propriæ, Magicisque artibus refutandis, et contra venena

2. *Pretium.* Ad intestina variæ supellectilis opera. Earum cortices sive putamina secabuntur in laminas, quibus lecti vestirentur et repositoria, lib. IX, cap. 11. DAL.

3. *Naturæque.* In Reg. 2, figuræque proprietatem. Rectius, ut opinor. De forma testudinum diximus IX, 12. Hoc tamen et hic obiter adjicimus ex Pausania, in Attica, p. 43, marinas testudines a terrestribus magnitudine tantum ac pedibus differre: pedes enim iis esse, quales marino vitulo: Εἰσὶ δὲ αἱ θαλάσσιαι, πλὴν μεγέθους καὶ ποδῶν, ὁμοίαι ταῖς χερσαίαις· πόδας δὲ ἰοικότες ἔχουσι ταῖς βοῦκας. HARD.

4. *Sunt ergo test. genera, terrestres, marinæ, lutariæ, etc.* Hodie patet, vel silentibus nostris his notis, talium nomenclaturarum usum jam nullum esse, nec posse aliquid veræ et commodæ divisionis ex animalium patria efflorescere. Ergo testudines vulgo in quincuplex genus distribuunt, nempe testudinum propriarum, emydum, chelydum: cujus tamen divisionis, si quis dichotomiarum studiosior fuerit, ratio sic se habet:

Herpeton ordo II: Chelonii.

A. Quibus digiti facile visibiles et veri pedes.

a. Osseo tegumento, duro et corneo.

α) In convexitatem magis arcua-

ta carapace, pedumque parum distincta (*testudines*, quod genus primum).

β) Minus convexa carapace, pedibus distinctis, sed

β¹ Modo ita magno tegumento, ut corpus totum, et caput, et pedes recipiat (*emydes*, quod genus secundum).

β² Modo non ita magno tegumento, ut hæc recipiat (*chelydes*, quod genus tertium).

b. Non osseo et corneo tegumento, sed molli et ea crassissima cute (*trionyches*, quod genus quartum).

B. Quibus digiti non distincti membrana una adalligantur, et in pinnæ formam eunt (*chelonides*, quod genus quintum).

Ex his tamen hoc nota, non a rerum natura longissime Plinianam divisionem abire: nam quas marinas vocat, hæc chelonides sunt, quas terrestres, testudines; quas lutarias et dulcium aquarum accolas emydes trionychesque: nam de chelydum genere silendum videtur, quum una hucusque in hoc genere species innotuerit (nempe *testudo fimbriata* Gmel. vel *matamata* quæ in Guianicis omnibus degit). A.

5. *Emydas.* Ἐμύδας. Arist. et Phavorinus: ἄμύδας Archigenes apud Galenum vocat κατὰ τὸ π. II, 2, p. 381. HARD.

salutares produntur. Plurimæ in Africa. Hæ ibi amputato capite pedibusque, pro antidoto dari dicuntur : et ex jure in cibo sumptæ, strumas discutere, lienes tollere : item comitiales morbos⁶. Sanguis⁷ earum claritatem visus⁸ facit, suffusionesque oculorum tollit. Et contra serpentium omnium et araneorum ac similibum venena auxiliatur, servato sanguine in farina pilulis factis, et quum opus sit in vino datis. Felle⁸ testudinum cum Attico melle glaucomata inungi prodest ; et scorpionum plagæ instillari. Tegumenti⁹ cinis vino et oleo subactus pedum rimas hulceraque sanat. Squamæ e summa parte derasæ, et in potu datæ, Venerem cohibent. Eo magis hoc mirum, quoniam totius tegumenti farina accendere traditur libidinem. Uri-³ nam earum aliter quam in vesicis dissectarum, inveniri posse non arbitror : et inter ea hoc quoque esse, quæ portentosa Magi demonstrant, adversus aspidum ictus singulare, efficaciore tamen, ut aiunt, cimicibus admixtis. Ova durata illinuntur strumis, et hulceribus frigore aut adustione factis. Sorbentur in stomachi doloribus. Mari-⁴ narum¹⁰ carnes admixtæ ranarum carnibus contra salamandras præclare auxiliantur. Neque est testudine aliud salamandræ adversius. Sanguine¹¹ alopeciarum inanitas,

6. *Item comitiales morbos.* Auctor Kiranidum, p. 158 : « Χαλόνης quoque terrestris sanguis potus epilepticos juvat, et ab echidna vel scorpione percussos summe juvat. » Diosc. similiter, II, 97. HARD.

7. *Sanguis.* Plin. Val. I, 10. H.

8. *Felle.* Auctor Kiranidum, 158 : « Fel cicatrices et leucomata cum melle summe juvat. Tota vero combusta, et cum melle sumpta, vetustissima leucomata mundat continuo : et dolorem nubeculasque illita sanat, etc. » HARD.

9. *Tegumenti,* etc. Marc. Empir.

xxiv, p. 232 : « Tegumen concrematur, etc. » HARD.

10. *Marinarum carnes.* Mures marinos prisci appellarunt. Hinc Plautus festive sic piscatores vocat, quod illarum modo, velut animantia quædam, ἀμφίβια, partim in aquis degant, partim in terra : « Salvete mures maritimi, conchitæ atque hamiotæ, Famelica hominum natio. » DALEC.

11. *Sanguine.* Q. Serenus, c. IX, de fluore capillorum, pag. 130 : « Vel testudineo mage permulceto cruore. » Archigenes apud Galen.

et porrigo¹², omniaque capitis hulcera curantur. Inarescere eum oportet, lenteque ablui. Instillatur et dolori aurium cum lacte mulierum. Adversus comitiales morbos manditur cum polline frumenti. Miscetur autem sanguis heminis tribus, aceti hemina, vino addito: his et cum hordeacea farina¹³, aceto quoque admixto, ut sit quod devoretur fabæ magnitudine. Hæc singula et matutina et vespertina dantur¹⁴, dein post aliquot dies bina vespera. Comitialibus instillatur ore diducto, his qui modice corripiantur. Spasmo cum castoreo clystere infunditur. Quod si dentes ter anno colluantur testudinum¹⁵ sanguine, immunes a dolore fiunt. Et anhelitus discutit, quasque orthopnœas¹⁶ vocant: ad has in polenta datur. Fel testudinum claritatem oculorum facit¹⁷: cicatrices extenuat: tonsillas¹⁸ sedat, et anginas, et omnia oris vitia. Privatim nomas ibi: item testium¹⁹. Naribus²⁰ illitum comitiales erigit, attollitque. Idem cum vernatione anguium aceto admixto, unice purulentis auribus prodest. Quidam bubulum fel admiscent, decoctarumque carniū testudinis

κατὰ τόπ. I, 2, pag. 329: ἡ χιλιώ-
νης θαλασσίας αἵματι κατὰ χριε, ἰπαι-
νειται, laudatissimus enim est. H.

12. *Et porrigo.* Quintus Serenus, cap. IV, inter remedia porrigini depellendæ, p. 127: « Prodest et tarda demptus testudine sanguis. » HARD.

13. *His et cum hordeacea farina.* Comitialibus morbis etiam cum farina hordeacea. HARD.

14. *Et vespertina dantur.* Reg. 1, et vespera: ut mox, bina vespera. H.

15. *Quod si dentes per annum colluantur testudinum.* Scribo, « Quod si dentes ter anno colluantur, etc. » ex eodem. ΡΙΝΤ.

16. *Orthopnœas.* Auctor Kirani-

dum, p. 158: « Marinæ testudinis sanguis... cum pulibus conditus, et potus, orthopnœam sanat. » H.

17. *Fel testudinum claritatem oculorum facit.* Dioscorid. II, pag. 96, et Galen. κατὰ τόπ. IV, 8, p. 456. HARD.

18. *Tonsillas.* Diosc. loc. cit. Πρὸς συνάγλας, καὶ τὰς ἐπὶ τῶν παιδῶν νεμὰς ἐν στόματι. HARD.

19. *Item testium.* Subintellige, nomas, hoc est, hulcera quæ pascendo serpunt: vel vitia omnia. H.

20. *Naribus.* Ita MSS. omnes, et Plin. Val. II, 58: « Fel testudinis naribus illitum jacentem erigit. » Dioscor. II, 96, inditum mavult: ἐπιληπτικοῖς ἐνταῖσια ταῖς ρινοῖν. H.

succum, addita æque vernatione anguium. Sed vino testudinem excoquunt²¹. Oculorum utique vitia²² omnia fel inunctum cum melle emendat: suffusiones etiam. Marinæ felle cum fluviatilis²³ sanguine, et lacte, capillus mulierum²⁴ inficitur²⁵. Fel contra salamandras, vel succum decoctæ bibisse satis est. Testudinum est tertium genus in cœno et paludibus viventium. Latitudo in his dorso pectori similis, nec convexo²⁶ curvata calyce, ingrata visu. Ex hac quoque tamen aliqua contingunt auxilia. Tres namque in succensa sarmenta conjectæ, dividibus se tegumentis rapiuntur: tum evulsæ carnes earum coquuntur in aquæ congio, sale modice addito: ita decoctarum ad tertias partes succus, paralyzin et articularios²⁷ morbos sentientibus bibitur. Detrahit item fel pituitas²⁸, sanguinemque vitiatum. Sistitur ab eo remedio²⁹ alvus aquæ frigidæ potu. Ex quarto genere testudinum, quæ sunt in amnibus, di-

21. *Sed diu in vino testudinem excoquunt.* « Sed vino testudine excoquunt, » in eodem: cætera superfluent. Et statim post, *oculorum utique*, non *oculorum quoque*. PINT.

22. *Oculorum quoque vitia.* Voss. « Oculorum utique vitia », ut et Pintiani. GR.

23. *Suffusiones etiam marinæ fel cum fluviatilis.* Duo prima verba ad præcedentia attinent. Reliqua sic legito, « Marinæ felle cum fluviatilis sanguine, et lacte, etc. » ex eod. PINT.

24. *Capillus mulierum.* Duo prima verba superioribus applica, cætera scribe sic: « Fel contra salamandras vel succum decoctæ bibisse, satis est. » Et statim, mutato ordine, lege, « Tertium genus testudinum est, » ex eodem. PINT.

25. *Inficitur felle.* Luteo et aureo

colore, sive flavo tingitur. DALG.

26. *Nec convexo incurva calyce.* Voss. « nec convexo curvata calyce. » Quod est, *curvata*. GR. — *Nec convexo curvata*, etc. Nec convexum habet curvatumque tegumentum. HARD.

27. *Articularios.* Paulo aliter auctor Kiranidum, qui pag. 158: « Χαλῶνης palustris cinerem cum ceroto rosaceo superillitam » ait calidas podagras summe sanare. H.

28. *Pituitas.* Quidam *pituitas* exponunt ἰξανθήματα, pituitæ eruptiones: sanguinem autem vitiatum, in ecchymomata et livores effusum. Alvi dejectionem potius intelligendam puto, quod ostendit proxime sequens oratio; sanguinem vitiatum, in gramos concretum. DAL.

29. *Ab eo remedio.* Post illud remedium. HARD.

vulsarum pingui cum aizoo herba tuso, admixto unguento et semine lili, ante accessiones si perungantur ægri, præter caput, mox convoluti calidam aquam bibant, quartanis liberari dicuntur. Hanc testudinem quinta decima luna capi oportere, ut plus pinguium reperiatur. Verum ægrum sexta decima luna perungi tradunt. Ex eodem genere testudinum sanguis instillatus³⁰ cerebro capitis dolores sedat :
 9 item strumas. Sunt qui testudinum sanguinem cultro æreo supinarum capitibus præcisis, excipi novo fictili jubent : ignem sacrum, cujuscumque³¹ generis sanguine illini : item capitis hulcera manantia, et verrucas. Iidem promittunt testudinum omnium fimo panos discuti. Et licet incredibile dictu sit, aliqui tradunt tardius ire navigia, testudinis pedem dextrum vehentia.

1 XV. Hinc deinde in morbos digeremus aquatilia, non quia ignoremus gratiorem esse universitatem animalium, majorisque miraculi : sed hoc utilius est vitæ, contributa' habere remedia, quum aliud alii prosit, aliud alibi facilius inveniatur.

1 XVI. (v.) Venenatum' mel diximus ubi nasceretur. Auxilio est piscis aurata in cibo. Vel si ex melle sincero fastidium cruditasve, quæ sit gravissima, incidat ; testudinem circumcisis pedibus, capite, cauda, decoctam, antidotum esse, auctor est Pelops, scincumque Apelles.

30. *Instillatus cerebro capitis.*
 In Reg. 2 cod. *crebro* : in libris hæctenus editis, *crebros capitis dolores* : in Ch. *instillatus cerebro*. Posterius magis arridet. Archigenes apud Galen. κατὰ τόπ. II, 2, p. 381, testudinis palustris sive lutariæ sanguinem instillari sincipiti jubet : Καλώνης λιμναίας, ἣν τινες ἀμόδα καλοῦσιν, αἶμα ἐπίραξι ἐπὶ τὸ βρέγμα. HARD.

31. *Cujuscumque.* Cujuscumque testudinum generis. HARD.

XV. 1. *Contributa.* Ad eosdem morbos utilia. Quasi ad eandem tribum classemque pertinentia. Sic contributa oppida, quæ sunt ejusdem jurisdictionis, ut vocant, quæ eodem jura petunt, ut in Geographicis monuimus. HARD.

XVI. 1. *Venenatum.* Lib. XXI, 44. HARD.

esset scincus², diximus : sæpius³ vero, quantum
 ïcii in menstruis mulierum. Contra⁴ omnia ea auxi-
 ; ut diximus, nullus. Item⁵ contra pastinacam et
 iones terrestres marinosque, et dracones, et pha-
 a illitus sumptusve in cibo. Ejusdem recentis e capite
 contra omnia venena, privatim contra fungos. Mala
 camenta inferre negant posse, aut certe nocere, stella
 ia vulpino sanguine illita, et affixa linini superiori,
 lavo æreo janua.

VII. Draconis marini scorpionumque ictus, ¹ carnibus
 n impositis : item araneorum morsus sanantur. In
 ia contra omnia venena, vel potu, vel ictu, vel morsu
 , succus earum e jure decoctarum, efficacissimus
 ur. Sunt et servatis piscibus medicinæ, salsamento-
 ue cibus prodest a serpente² percussis, et contra

uid esset scincus. Ita MSS. De-
 dixit VIII, 38, et XXVIII,
 RD.

sæpius. Subintellige, diximus.
 VII, 13, et XXVIII, 13,
 passim. HARD.

ontra, etc. Lib. XXVIII, 13 :
 us Dyrachenus tradit. . . .
 vim talem resolvi, si nullum
 secum habeant. » HARD.

em contra pastinacam. Diosc.
 , et in Theriac. c. 25, quod
 rimento comprobatum a se
 Rondeletius, VI, 19, ubi
 affert in eam rem egregia.

— Absurde. Sed de his
 tum. AJ.

I. 1. *Carnibus.* Draconis sci-
 scorpionum, quibus quam-
 nunc muliebre genus haud
 ftingat, obscurum est. Sic
 SS. omnes, editique libri. Ad
 marinam certe, de qua paulo
 tremo capite superiore di-

ctum est, pertinere hæc minime
 posse, perspicuum videtur : nam
 et *ejus* dici, non *earum* oportuisset :
 et ex dracone marino, hoc ipso loco
 remedia afferri, inter ea quæ ex
 stella marina, et quæ e salsamentis
 petantur, Index persuadet, consenti-
 entibus exemplaribus omnibus :
 « Ex stella marina, ex dracone
 marino, ex salsamentis, etc. »
 Scorpionis marini ictum appositu
 ipsius hepatis sanasse se auctor est
 Rondeletius VI, 19. HARD.

2. *A serpente.* Ab eo viperæ ge-
 nere, quam pretera vocant, in-
 quit Diosc. II, 33 : Ὁ δὲ ὠμοτάριχος
 λεγόμενος . . . βοηθεῖ δὲ λαμβανόμενος
 τοῖς ὑπὸ ἰχθίνης, τῆς καλουμένης πρη-
 σῆρος, δηχθεῖσι· δει δὲ ὡς ὅτι πλείστον
 προσφέρντας εἶνον ἀναγκάζειν πίνειν
 πολὺν, καὶ ἐμαίν. « Sed oportet vinum
 quam plurimum subinde haurire
 cogantur, ita ut vomitione reddi-
 tur. » HARD.

bestiarum ictus, mero subinde hausto, ita ut ad vesperam
cibus vomitione reddatur. Peculiariter a chalcide, ceraste,
aut quas sepas vocant³, aut elope⁴, dipsadeve percussis.
Contra scorpionem largius sumi, sed non evomi salsamenta
prodest, ita ut sitis toleretur: et imponere eadem plagis
convenit. Contra crocodilorum quidem morsus non aliud
præsentius habetur. Privatim contra presteris morsum
sarda prodest. Imponuntur⁵ salsamenta et contra canis
rabiosi: vel si non sint ferro ustæ plagæ, corporaque
clysteribus exinanita, hoc per se sufficit. Et contra dra-
conem marinum ex aceto imponuntur. Idem et cybio ef-
fectus. Draco⁶ quidem marinus ad spinæ suæ, qua ferit,
venenum, ipse impositus, vel cerebro toto prodest.

XVIII. Ranarum marinarum ex vino et aceto deco-
ctarum succus contra venena bibitur, et contra ranæ ru-
betæ venenum, et contra salamandras. E fluviatilibus¹, si
carnes edantur jusve decoctarum sorbeatur, prosunt et con-
tra leporem marinum, et contra serpentes supra dictas. Con-
tra scorpiones ex vino. Democritus² quidem tradit, si quis
extrahat ranæ viventi linguam, nulla alia³ corporis parte
adhærente, ipsaque dimissa in aquam, imponat supra cordis

3. *Aut quas sepas vocant.* Genus illud serpentis nunc intelligit, de quo diximus XXIII, 29. HARD.

4. *Aut elope.* In Reg. 2, et Ch. *helope.* In editis *elape.* Nicander in Ther. p. 35, inter varia serpentium genera, sed quæ innocua sunt, ελοπας commemorat: et Scholiastes vetus in eum locum, p. 24, ἀσθινύς interpretatur. HARD.

5. *Imponuntur.* Diosc. II, 33: Καταπλάσσειται δὲ καὶ ἐπὶ κυνοδύκτων ὀφθαλμῶς. HARD.

6. *Draco.* Totidem verbis Diosc. lib. II, cap. 15: Ἀρχῶν θωλάσσεις

ἀναπτυχθεὶς, ἐπιτεθεὶς, ἰαμὰ ἐστὶ πρὸς τὴν ἐκ τῆς ἀκάνθης αὐτοῦ κληγὴν. HARD.

XVIII. 1. *E fluviatilibus.* Diosc. iterum cum Nostro facit, lib. II, cap. 28: Βάτραχου ἀντιφάρμακόν εἰσιν ἱρπιδῶν πάντων, ζωμευθέντες ἐν ὕδασι καὶ θαλάσῃ, τοῦ ζωμοῦ λαμβανόμενου ἰμοσίως. HARD.

2. *Democritus.* Simile est, quod de hubone superius retulit, XXIX, 26. HARD.

3. *Nulla alia,* etc. Si nulla alia parte corporis quam lingua, rana adhærescat ei qui extrahit. H.

palpitationem⁴ mulieri dormienti, quæcumque interroga-
verit, vera responsuram. Addunt etiamnum alia Magi,⁵
quæ si vera sunt, multo utiliores vitæ existimentur ranæ,
quam leges⁵. Namque arundine transfixa⁶ natura per
os, si surculus in menstruis defigatur a marito, adulte-
riorum tædium fieri. Carnibus earum in hamum additis,
præcipue purpuras certum est allici. Jecur⁷ ranæ gemi-
num esse dicunt, objicique formicis oportere: eam par-
tem, quam appetant, contra omnia venena esse pro anti-
doto. Sunt quæ in vepribus tantum vivunt⁸, ob id rube-
tarum nomine, ut diximus⁹, quas Græci phrynos¹⁰ vocant,
grandissimæ cunctarum, geminis veluti cornibus¹¹, plenæ
veneficiorum. Mira de his certatim tradunt auctores.
Illatis in populum silentium fieri. Ossiculo, quod sit in³
dextro latere, in aquam ferventem dejecto, refrigerari
vas, nec postea fervere, nisi exempto. Id inveniri ob-
jecta rana formicis, carnibusque erosis: singula in so-
lium addi. Et aliud esse in sinistro latere, quo dejecto

4. *Supra cordis palpitationem.* Ad mammam sinistram, quo cordis motus et pulsatio sentitur. DAL.

5. *Quam leges.* De adulteriis, et de pudicitia: quales ab Augusto latæ, ut refert Tranquillus in ejus vita, cap. xxxiv. HARD.

6. *Namque arundine transfixa.* Nam arundine transfixa per ranæ pudenda; ad os usque, si surculus ille a marito defigatur in menstruis mulierum, futurum est ut mulier adulteria horreat. HARD.

7. *Jecur.* Vide quæ diximus XI, 76. HARD.

8. *Sunt quæ in vepribus tantum vivunt.* Lib. VIII, cap. 31. Rubetis vitam esse et in terra et in humore antea scripsit. DAL.

9. *Ut diximus.* Lib. VIII, 48. H

10. *Quas Græci phrynos vocant.* Bufones quidam vocant, vulgus gallicum *crapauds*. DALÆC. — Diu bufonum et ranarum ἰδίωται; male perspectæ sunt, et ipse CUVIER quasi ægre admiserat distinctionem. Nunc diligentior observatio assequuta est characteras omnes, licetque distinguere. Nimirum utraque gens est batrachidon anuron (quæ urodeli familiæ opponitur); sed prior distat a posteriore, hoc quod crura in ranis longiora sint corpore, minus longa quam corpus in bufonibus. Cæteræ differentie sunt in his lingua (liberior quam in ranis), pustulæ multæ, inprimis parotides, tum anticorum digitorum lævitas plana et inæqualis. AL.

11. *Geminis veluti cornibus.* Ex-

fervere videatur, apocynon vocari. Canum impetus eo cohiberi, amorem concitari, et jurgia, addito in potionem. Venerem adalligatum stimulare. Rursus a dextro latere refrigerari ferventia. Hoc et quartanas sanari adalligato in pellicula agnina recenti, aliasque febres. Amorem inhiberi eo. Item ex his ranis lien contra venena, quæ fiant ex ipsis.

XIX. Auxiliatur¹ vero etiam efficacius colubra in aqua vivens²: hujus adipem et fel habentes³ qui crocodilos venentur, mire adjuvari dicunt, nihil contra bellua audente. Efficacius etiamnum, si herba potamogiton misceatur. Cancri⁴ fluviatiles triti potique ex aqua re-

tuberantibus ossibus, in quibus oculi reconduntur. DALZG.

XIX. 1. *Auxiliatur... colubra.* Sic MSS. omnes, non *coluber*. In Indice hujus loci, et infra, cap. 26, enhydriis appellatur. HARD.

2. *Coluber est in aqua vivens.* Omnes quinque: *Colubra in aqua vivens.* Sed et quod præcedit Voss. *Idem his ranis*; deinde, *auxiliatur vero etiam efficacius est.* Alii quatuor: « Item his ranis lienem, etc. auxiliatur jecur vero etiam efficacius. » Menap. et Gud. quoque *efficacius est*, et Andegav. qui et *auxiliantur.* Lege: « *Idem*, de his ranis lienem contra venena, quæ fiant ex ipsis, auxiliari: cor vero etiam efficacius. Est colubra in aqua vivens. » Malunt autem Veteres sæpe *colubras* quam *colubros*. Sic infra, cap. 7: « *Enhydriis vocatur a Græcis colubra in aqua vivens.* » Sic Pintiani, Chifflet. quatuor nostri. Cap. 9, non aliter, *aquaticæ colubræ. Idem puta tradunt auctores.* GRON.

3. *Hujus adipem et fel habentes.* In

scripto exemplari, « *Hujus adipem et felle habentes, etc.* » Verbum *habentes* putamus falso adjectum.

4. *Cancri.* Nicander in Ther. pag. 43, et Diosc. II, 12, totidem verbis. HARD. — Quæ Noster l. l. congescit de cancriis fluviatilibus, non veteres duntaxat medici docuere, sed et recentiores multo. Quorum præcipui SACHS (Phil. Jac.), in sua *Γαμμαρολογία*, Francof. et Lips. 1665, in-8^o, cui cancerorum usus pro panacea habitus; Laur. ROBERG, *de Astaco fluv. ejusque usu medico*, Upsal. 1715, in-4^o, fig. SCHULZE (Jo. Henr.) *de Cancr. fluv. usu medico*, Halæ, 1735, in-4^o, etc. Cæterum cancri nobiles (astacus marinus, cancer gammarus, cancer locusta, cancer pagurus, etc.) hoc præstant quod multa in se continent gelatinosa, unde jus optimum et aptissimum seu eluendo, seu nutriendo corpori. Quod certe non plane inutile vel in phthisi, vel in denuis affectibus. His Cel. PINET jubebat vesci elephantias laborantes. AZ.

centes, seu cinere adservato, contra venena omnia prosunt, privatim contra scorpionum ictus cum lacte asinino: vel si non sit, caprino, vel quocumque. Addi et vinum oportet. Necant⁵ eos triti cum ocimo admoti. Eadem vis contra venenatorum omnium morsus, privatim⁶ scytalen⁷, et angues, et contra leporem⁸ marinum, ac ranam rubetam. Cinis eorum servatus prodest pavore potus periclitantibus⁹ ex canis rabiosi morsibus. Quidam adjiciunt gentianam¹⁰, et dant in vino. Nam si jam pavor occupaverit, pastillos vino subactos devorandos ita præcipiunt. Decem vero cancris cum ocimi manipulo alligatis, omnes qui ibi sint scorpiones ad eum locum coituros Magi dicunt: et cum ocimo ipsos cineremve eorum percussis imponunt. Minus in omnibus his marini prosunt, ut Thrasyllus auctor³ est. Nihil¹¹ autem æque adversari serpentibus, quam canculos, suesque percussas¹² hoc pabulo sibi mederi. Quum sol sit in Cancro, torqueri serpentes. Ictibus scorpionum et carnes fluviatilium cochlearum resistunt crudæ vel coctæ. Quidam ob id salsas quoque adservant. Imponunt et ipsis plagis. Coracini pisces Nilo quidem peculiares

5. *Necant.* Dioscor. II, 12. H.

6. *Privatim.* Colum. VI, 17, pag. 226: « Musque araneus, quem Græci *αυράλην* appellant, quamvis exiguis dentibus, non exiguam pestem molitur. » Etiam et *μυγάλη* nuncupatur, ut alibi monuimus. H.

7. *Scytalen.* *Σκυτάλη*, *μυγάλη*, seu *μυγάλη*, mus araneus. Columellæ (vide notam proxime præcedentem) serpens exitiosus. Lucan. « Et scytale sparsis etiam nunc sola pruinis Exuvias positura suas. » DALEG.

8. *Et contra leporem.* Plin. Val. III, 54, et Diosc. I. c. HARD.

9. *Periclitantibus.* Quos *ὄδροφῆλοι*;

vocant, ut diximus VIII, 63. Theod. Prisc. II, part. 1, cap. 8: « Hydrophobicis dabo etiam cancrorum fluviatilium pulverem contibustorum. » HARD.

10. *Quidam adjiciunt gentianam.* Quos sequutus est Diosc. II, 12. H.

11. *Nihil.* Plin. IX, 51, de cancris: « Contra serpentium ictus medentur. » HARD.

12. *Suesque percussas.* Et si quando hyoseyamo per imprudentiam depasto posteriores corporis partes resolutæ fuerint. ÆLIANUS, Var. Hist. lib. I, cap. 7. DALEG. — De suisibus agrestibus prodidit hoc ÆLIAN. V. H. 1, 7. HARD.

sunt¹³ : sed et nos¹⁴ hæc omnibus terris demonstramus. Carnes eorum adversus scorpiones valent impositæ¹⁵. Inter venena sunt piscium, porci¹⁶ marini spinæ in dorso, cruciatu magno læsorum : remedio est limus ex reliquo piscium eorum corpore.

XX. Canis rabidi morsu potum expavescentibus, faciem perungunt adipe vituli marini. Efficacius, si medulla hyænæ, et oleo e lentisco, et cera misceatur. Murænæ morsus ipsarum capitis cinere sanantur. Et pastinaca contra suum ictum remedio est, cinere suo ex aceto, illito, vel alterius. Cibi causa extrahi debet e dorso ejus, quidquid simile est croco, caputque totum : et hanc autem, et omnia testacea modice collui in cibus, quia saporis gratia perit. E lepore marino veneficium restinguunt poti³ hippocampi.

13. *Nilo quidem peculiares sunt.* Inter reliquos fluvios. Nam in alios nullos amnes e mari subeunt, quam Nilum : et in alio nullo fluvio sponte gignuntur, quam in Nilo, qui etiam in palude origini suæ vicina multos creat, lib. V, cap. 9. Strabo inter alios pisces Niloticos præcipue coracinum memorat lib. XVII. In Danubio etiam capi, ac vivere, scribit lib. XIV, cap. 23. DALIC.

14. *Sed et nos, etc.* Hæc quæ tractamus, remedia. HARD.

15. *Carnes eorum adversus scorpiones valent impositæ.* Coracinum piscem adversus formicas arborum valere scribit Palladius : quo loco in exemplari vitioso legitur, *coracinam piscem*. Rhod. lib. XII, cap. 5. DAL.

16. *Porci.* In Indice hujus loci, *Porcelli sive porci*. Lib. IX, 17, porculus marinus appellatur : etiam-

num ab Italis, *porcelletto* : nostris *esturgeon*, ut diximus l. e. De sturione marino vide RONDELLET, XIV, 9, pag. 413. Marini porculi meminit et Ambros. in Hexaem. Judæos tradens marinis vesci porcis, quum terrestribus abstineant. HARD.

XX. 1. *Canis.* Plin. Val. III, 50, totidem verbis. HARD.

2. *Si medulla hyænæ.* Vel hyænæ corii particula pano illigata sanari ὑδροφθόκος circulator quidam affirmabat, teste Scribon. Largo, comp. 172. HARD.

3. *Poti hippocampi.* Apud Ælianum, lib. XIV, cap. 20, piscator Cretensis filios a canicula rabiosa morsos, hippocampis, abjectis ventriculo et intestinis, quæ sunt venena perniciosissima, sanavit, partim assis et in cibo datis, partim cum aceto et melle tritis plagæque impositis. DAL.

Contra dorycnium echini maxime prosunt : et iis qui succum Carpathii biberint⁴, præcipue jure sumpto. Et cancri marini⁵ decocti jus contra dorycnium efficax habetur. Peculiariter⁶ vero contra⁷ leporis marini venena.

XXI.(VI.) Et ostrea adversantur iisdem¹. Nec potest videri

4. *Et iis qui succum Carpathii biberint.* Exemplar nostrum *Carphati* præfert, non *Carpathii*: neutra lectio vera: scribendum *Carpasi*, ex Dioscoride sexto, et Paulo Ægineta quinto: qui tamen *Carpesiam* vocat, non *Carpasum*: et statim verbum *ejus* eradendum ex eodem. ΡΗΥΤ. — *Succum.* Diosc. in Alex. cap. 13, *Carpasi* succum vocat, τὸν τῆς Καρπάσου ἄπὸν, inter venena: nec quid sit satis liquet. H.

5. *Et cancri marini.* Diosc. in Alexiph. cap. 6. H. 18 D.

6. *Peculiariter.* Plin. Val. III, 54. Locum hunc miserabiliter depravatum Pintianus agnovit, quum sic legeretur: « contra dorycnium efficax habetur. » Initio deinde facto alterius capitis a verbis proxime sequentibus: « Peculiariter vero contra leporis marini venena et ostrea adversantur. Idem videtur, nec potest videri ... quum palma mensarum diu jam tribuatur illis. » Unde illud, quæso, *videtur* irrepsit, quod nec Reg. 2, nec Ch. codex agnoscit. Cætera planissima sunt, nec egent Pintiani conjectura sic emendantis, « Fidem nepotes vestram! Satis dictum est de his, » ut sit interrogatio ducens ad negationem: quod subtilius certe excogitatum est, quam verius. H.

7. *Contra leporis marini venena et ostrea adversantur. Item videtur.* Verbum ultimum non habent Voss.

Chifflet. Pintiani codex: qui omnes etiam ut et alii nostri quatuor, *idem.* Unde Pintianus: « Fidem, nepotes, vestram satis dictum est de his. » Elegantius quam vere. Me quoque offendebat genus loquendi, *adversari contra venena.* Etsi haud ignorem Plauti in Merc. II, 3, 43: « nolo adversari tuam adversus sententiam. » Sed placet conjungi principium hujus capituli cum fine superioris, hoc modo: « Et cancri marini decocti jus contra dorycnium efficax habetur; peculiariter vero contra leporis marini venena. Et ostrea adversantur iisdem. Nec potest videri satis dictum esse de his. » Gron.

XXI. 1. *Idem videtur, nec potest videri satis dictum,* etc. Locus miserabiliter depravatus. Apographon nostrum, « Id ne potest videri, satis dictum esse de his, etc. » legendum opinor: « Fidem nepotes vestram, satis dictum est de his, etc. » ut sit interrogatio ducens ad negationem. Quintilianus in declamatione, Cæcus in limine: « Fidem vestram judices, ut nobis prosit argumentum criminis vestri. » Et in Mathematico: « Fidem vestram, P. C. ne quid amplius de misera pietate speretis, » et alias subinde. Hoc autem verbo *nepotes et nepotatores*, utitur frequenter Plinius, quum Romanorum mores luxumque incessit, ut paulo post:

satis dictum esse de his, quum palma² mensarum³ divitum attribuat^{ur} illis. Gaudent⁴ dulcibus aquis, et ubi plurimi influunt amnes⁵, pelagia⁶ parva et rara sunt. Gignuntur tamen et in petrosis, carentibusque aquarum dulcium adventu, sicut circa Grynium⁷ et Myrinam. Grandescunt sideris quidem ratione maxime⁸, ut in natura aquatilium diximus: sed privatim circa initia æstatis⁹, multo

• Nec non inter nos nepotis cujusdam nomenclator, etc. • PINT.

2. *Quum palma mensarum diu jam.* Apud Macrobr. lib. III Saturn. in pontificiæ cænæ apparatu primum apponuntur echini, ostreae crudæ, pelorides, sphondyli. DAL.

3. *Mensarum.* Ita Reg. 2, non, ut editi, *diu jam.* Macrobr. Saturn. II, 9, pag. 355, de cænâ Pontificiâ. Confer. notam proxime præcedentem.

4. *Gaudent.* Ibi enim dulciora, ampliora, meliorisque succi sunt. Athen. III, 92. HARD.

5. *Et ubi plurimi influunt amnes.* Videlib. IX, cap. 54; Arist. Hist. lib. I, c. 6, et lib. V, c. 15. DAL.

6. *Pelagia.* Quæ in alto e scopulis petuntur, et pala ferrea inde colliguntur: *que l'on pêche à la drague sur des rochers.* HARD. — Hæc pala ferrea vulgo dicitur *drague*. Sed cave ne ex obscuris et ambiguis Harduini sermonibus hoc colligas, posse, si quæ scopulis adhæserunt, ex iis abstrahi ostrea. Illud « non viribus ullis Vincere, non duro poteris convellere ferro ». Ex alto rapiuntur illa sola quæ passim vagantur et in locis non inviis ambulat. Quod ait Noster, *gaudent dulcibus aquis ac ubi plurimi influunt amnes*, henc ait. Ubi enim in vadis littorum scaturiunt aut in-

fluunt lymphæ dulces, hic ostrea degunt avidissime et optimarum carnum fiunt. Exempla præstant *Niocil* et *Lozières*, pagi gallicæ provinciæ cui nomen *département de la Charente inférieure*. De omnibus his cæteris conf. lexica de Rerum naturalium historiis, hoc inprimis quod e Levraltianis prelis Argentorati et Lutetiæ prodit proditque in dies conficiendum. AZ.

7. *Circa Grynium.* Sic MSS. omnes. Tamen V, 32, *Grynia.* HARD.

8. *Grandescunt sideris quidem ratione maxime.* Luxatus est ordo verborum. Lege, « Grandescunt quidem sideris ratione maxime, » ex vetusto exemplari. PINT. — *Sideris.* Lunæ ratione, ut dictum est lib. IX, cap. 50: HARD.

9. *Circa initia æstatis.* Tum meliora, suaviora, utilioraque ventriculo, prodidit Athen. l. c. H. — *Multo lacte prægnantia.* Humorem intelligit lacti similem, fetificum, quem in ostreariis comperit ex ostreis effluere tradidit, lib. IX, cap. 51. Tum temporis Athenæus suavissima esse scribit, *πληρη*, plena, *θαλασσοζώντα*, mare sapere, non cœnum aut limum. DALBEC. — *Multo.* Plin. IX, 74: « Nuper comperit in ostreariis, humorem iis fetificum lactis effluere. » Mense maio ac junio grandescere ea, ac

lacte pręgnantia, atque ubi sol penetret in vada. Hęc videtur causa¹⁰, quare minora¹¹ in alto reperiantur¹². Opacitas cohibet incrementum, et tristitia minus appetunt¹³ cibos. Variant coloribus, rufa Hispanię, fusca Illyrico, nigra et carne et testa Circeiis¹⁴. Pręcipua vero habentur in qua-

multo lacte pręgnare Plinius docet, quod et experientia constat. HARD. — Pessime. Nam contra his mensibus et duobus qui sequuntur non sine incommodo ostrea deglutiveris, nisi hęc quę dicuntur vulgo *huitrats*, h. e. ostreę parvulę, virgunculę, bimęstres vel trimestres. Nam maiores, æstivo tempore, dum in propaganda gente sunt totę, seminis plenę fiunt, et idcirco macilentę, ac minus sapidę, nec gratę palato, nec stomacho utiles. Ea de causa prohibentur id temporis piscatores ab ostreoso mari. Unde proverbium : « Mensibus erratis (quorum nomini inest littera r) vos ostrea manducatis. » Sed Plinius hic de ostreorum bonitate ne hilum quidem. Hęc ait circa æstatis initia grandescere, non fieri optima. Lac est semen, sperma quo tunc tument; nec nos latet simili vocabulo masculorum piscium seminalein asperginem vocari; quam *lactem* sequiores Latini dicunt; nos *laitance*. A3.

10. *Hęc videtur causa quare minora in aliis locis reperiantur.* In vestito exemplari, non in aliis locis habetur, sed in alto. Nam si grandia reperiantur ubi sol penetret in vada, consequitur ut in alto, quo sol non penetrat, parva reperiantur. PIET.

11. *Quare minora in aliis locis reperiantur. Nusquam tō locis. An-*

deg. Men. Gud. « in alios reperiantur opacitas prohibet. » Acad. « in alio reperiantur opacitas inhibet. » Primatius : « causa ista quare minora in alio reperiantur opacitas cohibet. » Quorum solum *cohibet* ex Chiffi. notarunt. Potest autem edidisse auctor : « Hęc videtur causa, in situ alio quare minora reperiantur. Opacitas cohibet incrementum et tristitia minus appetunt cibos. » Plinianum, ut quod maxime, *in situ alio*. Vide ad lib. XXI, 31. GRON.

12. *In alto reperiantur.* Hęc sincera lectio Reg. cod. 2, quam totidem apicibus summa fide representamus : qua nihil esse Plinianę sententię congruentius potest. Nam si grandia reperiantur ubi sol penetret in vada, consequitur ut in alto quo sol non penetrat, parva pelagia reperiantur. Vidit hoc et Pintianus ex suo pariter exemplari : inde quam vana fluxaque fide in edendo Plinio versati sint priores apparet, qui sic exhibuerunt, « quare minora in aliis locis reperiantur. » HARD.

13. *Et tristitia minus appetunt cibos. Tristitia. non tristitia, scribendum ex eodem.* PIET.

14. *Circeiis.* Laudat id genus Juvenalis infra laudandus. Catius apud Horat. Sat. II, 4, v. 33 : « Ostrea Circeiis, Miseno oriuntur echini. » HARD.

cumque gente spissa, nec saliva sua lubrica, crassitudine potius spectanda, quam latitudine: neque in luto capta, neque in arenosis, sed solido vado, spondylo brevi atque non carnosio¹⁵, nec fibris¹⁶ lacinoso, ac tota in alvo. Ad-
3 dunt peritiores notam, ambiente¹⁷ purpureo¹⁸ crine fibras, eoque argumento generosa interpretantur, calliblephara appellantes¹⁹. Gaudent et peregrinatione transferrique in

15. *Spondylo brevi atque non carnosio, nec fibris lacinoso, ac tota in alvo*, etc. Spondylus in ostreis est τράχλος Græcorum, quem vult brevem et callosum magis esse quam carnosum. *Fibræ* quas ambit crinis purpureus, sunt τὰ μυχώνια. SALM. — *Spondylo brevi*. Interioris carnis solido callo. DAL. — *Spondylo*. Spondylus in ostreis aliter a Græcis τράχλος appellatur, collum scilicet ostreorum exterius, prope dorsum valvarum. HARD. — *Spondylo brevi atque non carnosio*. Debuisset Harduinus (qui sic eam sententiam emendavit quam in priori editione admiserat), monero triplicem esse de spondyli sensu apud doctos opinionem, nempe 1° Dalecampianam, qua pronuntiatur spondylum esse tendinem et crassissimum ostreæ ligamen; 2° Salmasianam, cui nunc favet Harduinus; 3° Venettinam (vid. Plinium Gallic. ed. POINSINET, tom. X, pag. 448, 449, etc. uot.) quæ spondylum vult eundem esse cum ostreæ carne. Hanc nos respuimus, quod caro non carnosam esse nunquam possit; quod quidem absolum sentiens ipse Venet. non arenoso pro non carnosio mutavit, sed perperam. Prima omnium interpretatio in hoc delinquit, quod semper ligamen majus in

ostreis carnosum est, tum quod nunquam lacinosum esse potest. Sed quod de τραχλὸς dicitur, h. e. de ea parte quæ dorsum sequitur, bene habet. Nam brevis trachelus arguit crassam ostream; non carnosus, illæsam (læsa enim caro per foramen ac vulnus emergit); non lacinosus, rupestrem ac volubilem quæ diu in petra versata, quidquid asperum eminebat in valvis amisit. Hæc optima omnimodo est. AZ.

16. *Nec fibris*. Nec sit ostreorum spondylus lacinosus, aut sectus in fibras: et sint ostrea tota in alvo sui operculi. HARD.

17. *Ambiente*. Marginem ambiente circulo purpureo. HARD.

18. *Purpureo*. Cirrum lividum, hoc est, purpurei coloris appellat Martial. VII, ep. xx, 7: « Et ostreorum rapere lividos cirros. » Quid Martialis interpres in hunc locum, quid Salmasius dicat in Solin. pag. 1127, non laboro. HARD.

19. *Calliblephara appellantes*. Sic Hermolaus, quum esset, *callibia parata*. Voss. *callibia pharata*. Andegav. et Gud. *callybie parata*. Acad. *callybia perata*. Menap. *callibia parata*. Scribe: *calliblepharata appellantes*. Nam *calliblepharum* est ipsum ornamentum: quo quæ insignita sunt, merito appellantur

ignotas aquas. Sic Brundisiana in²⁰ Averno compasta, et suum retinere succum, et a Lucrino adoptare creduntur. Hæc sint dicta de corpore. Dicemus et de nationibus, ne⁴ fraudentur gloria sua littora: sed dicemus aliena lingua, quæque peritissima hujus censuræ in nostro ævo fuit. Ergo Muciani verba, quæ subjiciam: «Cyzicena²¹ majora Lucrinis²², dulciora Britannicis²³, suaviora Medulis²⁴, acriora

ostrea *calliblepharata*. Γρομη. — *Calliblephara*. Καλλιβέφαρα, quasi pulchris genis, hoc est, valvis. In Reg. 2, *callipharata*, voce ignota vel corrupta. HARD.

20. In Averno compasta. Usus eo verbo Plin. IX, 79: «Postea visum tanti in extremam Italiam petere Brundisium ostreas: ac nē lis esse inter duos sapes, nuper excogitatum, famem longe advectionis a Brundisio compascere in Lucrino.» Lucrinum lacum Avernūque proximos fuisse, atque adeo fere communibus aquis stagnasse, notissimum est. HARD.

21. *Cyzicena*. A Cyzico, Hellesponti oppido: cujus ora tota ostreis celebratissima fuit. Unde Catullus ad Priapum, Carm. 18, 3: «Nam te præcipue in suis urbibus colit ora Hellespontia, cæteris ostreosior oris.» Ἀβόθωνα ὄστρεα in hoc ipso tractu maris laudat Clem. Alex. Pæd. II, pag. 140. HARD.

22. *Lucrinis*. Lacus Lucrinus, prope Baias, de quo III, 9. Martial. V, 38: «Concha Lucrini delicatior stagni.» Et XIII, 82: «Ebria Baiano veni modo concha Lucrino.» HARD.

23. *Britannicis*. Hæc sunt ostrea, quæ Rutupino edita fundo Juvenalis appellat, Sat. IV, v. 141. Fuit

enim Rutupinum littorale Britannicæ oppidum, ut ex Ptolemæo discimus: «Circeis nata forent, an Lucrinum ad saxum, Rutupinove edita fundo Ostrea, callebat primo deprendere morsu, Et semel adpecti littus dicebat echini.» HARD.

24. *Edulis*. Vetus codex, *Suaviora Adulitis*. In sinu maris Rubri oppidum Aduliton, conditum a servis Ægyptiorum, a dominis profugientibus. Populus Adulitæ, lib. VI, cap. 28. Inveniō, sed nullius auctoris testimonio, et Edulios montes Tarraconensis Hispaniæ, qui hodie *Moncaio* vocentur. DAL.

— *Medulis*. A Medulis, Galliæ Aquitanicæ populis, ad Garamnæ ostia prope Burdegalam. Hodie *Médoc*. — In libris ad hunc diem vulgatis, *Suaviora Edulis*, absurde. Sinceram lectionem obscuris admodum vestigiis retinet Reg. 1 codex: at Colbertinus 3, plane perspicuis, quum in eo legatur, *suaviora Medullis*. Ostrea Medula, sive Medulla, sive Medullica, laudent celebrati viri, quotquot Burdegale commorati sunt. Ausonius, epist. VII, pag. 141: «Ostrea Baianis certantia, quæ Medulorum Dulcibus in stagnis reflui maris æstus opimat.» Eadem Burdegalensia appellata ab ipsomet, ep. cxliiii, 8: «Sed

Lepticis²⁵, pleniora Lucensibus²⁶, sicciora Coryphantenis²⁷, teneriora Istrictis, candidiora Circeiensibus. » Sed his neque dulciora²⁸, neque teneriora esse ulla compertum est. In Indico mari Alexandri rerum auctores pedalia inveniri prodidere. Necnon inter nos nepotis cujusdam²⁹ nomenclator tridacna³⁰ appellavit: tantæ magnitudinis intelligi
5 cupiens, ut ter mordenda essent. Dos eorum medica hoc in loco tota dicitur. Stomachum³¹ unice reficiunt: fastidiis medentur; addiditque luxuria frigus obrutis nive,

mihî præ cunctis ditissima, quæ Medulorum Educat Oceanus, quæ Burdegalensia nomen Usque ad Cæsareas tulit admiratio mensas. Non laudata minus, nostri quam gloria vini... Proxima sint quævis, sed longe proxima multo Ex intervallo, quæ Massiliensia: portu Quæ Narbo ad Veneris nutrit, cultuque carentis Hellespontiaci quæ protegit æquor Abydi, Vel quæ Baianis pendent fluitantia pilis... Sunt et Aremorici qui laudent ostrea Ponti, etc. » Sidonius Apollinaris, VIII, ep. 12, ad Trigetium, pag. 241, quanquam subobscura oratione: « Veni, inquit, ad debellandos subjugandosque istos Medulicæ supellectilis epulones. » Omitto Scaligerum, cæterosque recentiores. Sensit vitium hujus loci, et feliciter emendavit ante annos xxx, quam hæc scriberemus, Camillus PELLERINO in *Campania Felice*, pag. 541. Nunc ea ostrea a Solaco, Medulorum vico prope Garumnæ ostium, Solacensia cognominantur, de *Soulac*. Notat Thuanus de vita sua, II, p. 23, esse ea optimi saporis, gratissimique gustus; adeo ut violarum odorem referre videantur:

reperitque in famulatio suo gulosum puerum, qui centum amplius unus sine nausea deglutiret. HARD.

25. *Lepticis*. A Lepti, Africa civitate. HARD.

26. *Lucensibus*. Lucensis conventus in Hispania citeriore supra, lib. III, cap. 3. Hodie vocari aiunt, *Macarin de Catalogna*. DALÈC. — *Lucensibus*. A Lucento, opinor, Hispaniæ oppido, de quo III, 32. Istricta ab Istria, etc. HARD.

27. *Coryphantenis*. Coryphanta, Bithyniæ oppidum. Coryphas oppidum maritimum, lib. V, cap. 30. DALÈC.

28. *Sed his neque dulciora*. Circeiensibus. Hæc jam Plinii verba, non Muciani sunt. HARD.

29. *Necnon inter nos nepotis cujusdam nomenclator tridacna appellavit*. In veteri codice, « Nec nos inter nos nepotis cujusdam nomen celaturi tridacna appellavit. » PRÆT.

30. *Tridacna appellavit*. Hoc est, quæ edere non potes, nisi triplici morsu. Λίχτω, mordeo, græce sonat. HARD.

31. *Stomachum*. Ita Diphilus apud Athen. III, 90. HARD.

summa³² montium et maris ima miscens. Molliant³³ alvum leniter. Eadem quoque cocta cum mulso, tenesmo, qui sine exulceratione sit, liberant. Vesicarum hulcera quoque repurgant. Cocta³⁴ in conchis suis uti clausa³⁵ venerint, mire distillationibus prosunt³⁶. Testæ³⁷ ostreorum cinis uvam sedat, et tonsillas, admixto melle. Eodem modo parotidas, panos, mammarumque duritias, capitum hulcera ex aqua; cutemque mulierum extendit. Inspergitur et ambustis. Et dentifricio placet. Pruritibus quoque et eruptionibus pituitæ ex aceto medetur. Crudæ si tundantur, strumas sanant, et perniones³⁸ pedum. Purpuræ quoque contra venera prosunt.

XXII. Et algam maris theriacen¹ esse, ²Nicander

32. *Summa.* Nives e summis montium jugis petitas, ut in eis ostrea servant, quæ petuntur ex imo mari: quemadmodum servantur in sale pisces. Pro sale obruuntur ostrea nive, in testis suis, ut frigidiora sorbeantur. H.

33. *Molliant alvum leniter.* Succo suo nitroso: sistunt vero dura carnis suæ pulpa. DALEC. — *Molliant.* Ipsa ostrea esse καιλία; ὑπακτικὰ, jus quo decocta fuerint, παρακτικὸν καὶ ὑπακτικὸν κοιλίας tradit Mnesitheus Athen. lib. de Eduliis, apud Athen. III, pag. 92. HARD.

34. *Cocta.* Abest a libris omnibus hactenus editis vox prior hujus clausulæ, *cocta*, quam ductu codicum Reg. 2 et Ch. restituimus, adstipulantibus inprimis auctoribus geminis, qui hunc Plinii locum de pariculo recitant; Marcello nimirum Emp. cap. x, p. 87: « Ostrea, inquit, ita ut lecta sunt, adhuc testis suis clausa, in carbonibus coquantur, atque in cibo dantur

ei, qui narium gravedinem patitur; » tum et Plin. Val. I, 28: « Ad stillationem narium ex humore: Ostrea cum sua testa, ita ut electæ sunt, in carbonibus coquantur, et in cibo dantur. » HARD.

35. *Uti clausa venerint.* Succo suo madentia, nec disclusis testæ suæ valvis excitata. DALEC.

36. *Distillationibus prosunt.* Tenuibus: succi quem gignunt crescitæ. DALEC.

37. *Testæ.* Quemadmodum et cinerem e cochleis commendat in eum usum Q. Serenus, laudatus a nobis, XX, 74. HARD.

38. *Et perniones.* Sext. Plat. c. 1 de cervo, tit. 21: « ad perniones: Sebum cervinum combustum simul cum ostrea testa minuta et commixta, et factum quasi malagma impone: mire sanat. » HARD.

XXII. 1. *Theriacen.* Hoc est, adversus serpentes prodesse. H.

2. *Nicander.* Loco citato a nobis, XXVI, 66. HARD.

fel cicatrices sanat, et³ carnes oculorum supervacuas consumit⁴. Nulli hoc piscium copiosius⁵, ut existimavit Menander⁶ quoque in Comœdiis. Idem piscis et uranoscopos⁷ vocatur ab oculo, quem in capite habet⁸. Et⁹ coracini

II, cap. 96. HARD. — Partim vere Harduinus; nec enim fides nobis persuadet callionymum eundem esse cum pisce qui discussit Tobiae cæcitatem. Sed nec quis ille piscis fuerit, quæremus, nedum e silurorum gente esse hunc decreverimus (nam in Bibliis non sat exacte describitur); nec de quo callionymo sermonem Noster habuerit, ipse clare hic indicat. DUPRINZ, in vers. suæ gall. margine vult intelligi de pisce quem vulgo dicunt rat, vel tapecon aut borca in easo. Quidam esse putant barbier de mer. Sed hæc confutantur synonymia callionymi et uranoscopi, quam mox expresse effert Plinius. Conf. de hoc Exc. VI, p. 640, ad calcem hujus libri. AJ.

3. Et carnes. Carnes in angulis oculorum excrescentes. HARD.

4. Supervacuas consumit. Supra modum excrescentes, ut cicatrices in hulceribus relictas, pterygia carnosæ. DALEC.

5. Nulli hoc piscium copiosius. Id ipsum tradit Arist. item et Ælianus, Hist. Animal. lib. XIII, cap. 4, quo loco citantur versus Menandri ex Messania: Τίθημι ἔχειν γελίνουσι καλλιωνύμου Πλείου. Et Anaxippi in Epidicazomeno, Ἐὐν μὲ κινῆς, καὶ ποιήσεις τὴν γελίνου ἄπασαν, ὡς περ καλλιωνύμου ζίσου. = Habere censeo te callionymo fel copiosius. = Et, = Si moveris me, feceris statimque fel fervere Totum, more callio-

nyimi. = DALEC. — Nulli. Arist. H. A. II, 18, pag. 265. HARD.

6. Menander. In Messenia scilicet, cujus fabulæ versus huc pertinentes recitantur ab Æliano, H. A. XIII, 4. HARD.

7. Uranoscopos. Οὐρανοσκόπος, quod oculos in superna corporis parte versus cælum habeat. Idem νυκτερίς et ἡμεροκσίτης appellatus. Describitur eleganter ab Oppiano, Hal. II, 202. H.—Sic Oppianus de eo: Φράζει δ' ἀρραδίη προφροσάτατον ἡμεροκσίτην Ἰθύν, ὃν παρὰ πάντας ἀεργότατον τίκειν ἄμην. Τοῦ δ' ἴται κεφαλῆς μὲν ἄνω τέτραπται ὑπερθεῖν ὄμματα, καὶ στόμα λάργων ἐν ὀφθαλμοῖσι μέσοισιν. Αἰεὶ δ' ἐν ψαμάθοισι πανημέριος τετάνυσται Εὐδῶν, νυκτὶ δὲ μῶνον ἀνεργεταὶ ἠδ' ἀλάληται. Τοῦνεκα κίχληται καὶ νυκτερίς. . . . Cf. SALVIANI qui in Hist. aquat. anim. item ROMBLET, qui lib. X, cap. 13, pag. 305, iconem pisciculi exhibet. Vid. et BLOCH. AJ.

8. Ab oculo quem in capite habet. Lego, oculis, quos nisi sit numeri ἐνώλη. Lego præterea, quos in superiori capite: alioqui hoc non foret eximium, quum et alii pisces oculos in capite habeant DAL.

9. Et coracini. Marc. Emp. cap. VIII, pag. 69: = Corvi marini fel inunctione adhibitum caligines tollit, albugines, et cicatrices extenuat, etc. = HARD. — De coracino dictum est supra, in notis ad lib. X. AJ.

fel excitat visum. Et marini¹⁰ scorpionis rufi cum oleo vetere aut melle Attico incipientes suffusiones discutit: inungi ter oportet intermissis diebus. Eadem¹¹ ratio albumines oculorum tollit. Mullorum¹² cibo aciem oculorum hebetari tradunt. Lepus¹³ marinus ipse quidem venenatus est, sed cinis ejus in palpebris pilos inutiles, evulsos cohibet. Et ad hunc usum utilissimi minimi: item¹⁴ pectunculi salsi triti cum cedria: et ranæ, quas¹⁵ diopetes, et calamitas vocant, sanguis earum cum lacryma¹⁶ vitis¹⁷ si

10. *Et marini.* Diosc. II, 14: Τοῦ δὲ θαλασσίου σκορπίου ἡ χολή ἀρμόζει πρὸς τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς ὑποχύσεις, καὶ λευκώματα, καὶ ἀμβλυωπίας. HARD.

11. *Eadem.* Marc. Emp. c. VIII, pag. 67. HARD.

12. *Mullorum.* Diosc. II, 24: Τρίγλα συνεχῶς ἰσθιομίνη ἀμβλυωπίας δοκίη κατασκευαστικὴ ὑπάρχειν. Vide infra cap. 41. HARD.

13. *Lepus.* Marc. Emp. c. VIII, pag. 70, et Diosc. II, 20. H.

14. *Item.* Quod pectunculis Plinius, hoc verbis totidem tellinis Diosc. attribuit, II, 8: Τελλίνας ταριχηραὶ κατεῖσαι καὶ τριβεῖσαι λιταί, καὶ μετὰ κεδρίας ἐπισαζόμεναι, τὰς ἐκτιθείσας τῶν βλεφάρων τρίχας οὐκ ἰῶσιν αὐθις φυῆναι. « Tellinæ sale conditæ ac ustæ, et ad lævorem contritæ, tandemque cum cedria instillatæ, evulsos palpebrarum pilos renasci non patiuntur. » Tellinas a pectunculis mitulisque sejunxit Hippocrates, de diætâ lib. II. HARD.

15. *Quas.* Διοπετής rana vocatur, quam per imbres cælo delapsam, quasi a Jove missam, vulgus arbitratur. Sic Palladium τὸ Διοπετής

καλούμενον ait Clem. Alex. in Protrept. pag. 30. Eademne δρυπετής, vel δρυπετής, quod arbores scandat, ut dicitur c. 29. Καλαμίτας, quæ in arundinetis maxime vivit, omnium viridissima, ut dicitur cap. 42. Diversa duo ranarum genera Diosc. II, 28: Τῶν δὲ χλωρῶν βατράχων τὸ αἷμα ἐπισαζόμενον, κωλύει τὰς ἐκτιθείσας ἀπὸ τῶν βλεφάρων τρίχας φύεσθαι. Tamen hoc Galenus negat esse verum, de Fac. simpl. med. X, pag. 279. HARD. — *Diopetes et calamitas vocant.* Διοπετής aliquas vere esse, hoc est, aliquas a Jove plui ac immitti (quæ olim percubuit) opinionem falsam esse docet Theophr. in fragmento περὶ τῶν ἀθρόων φασινομένων. Alii legunt, *Dryopnitas*, in arboribus nascentes. Διοπετής a quationibus fere autumnalibus gignuntur. DAL.

16. *Cum lacryma.* Apud Galen. lib. IV, κατὰ τόπους, Archigenes remedium hoc ex Papiæ medico Laodicensi refert, sed pro lacryma vitis, chamæleon albus requiritur, et illic scribitur. DAL.

17. *Vitis.* Albæ, ut paulo post, bizonia, Dioscoridi psilothrûm est. DAL.

evulso pilo palpebris illinatur. Oculorum¹⁸ tumorem ruboremque sepiae cortex¹⁹ cum lacte mulierum illitus sedat: et per se scabritias emendat. Invertunt itaque genas²⁰ id agentes, et medicamentum auferunt post paulum, rosaceoque inungunt, et pane imposito mitigant²¹. Eodem cortice et nyctalopes curantur, in farinam trito et ex aceto illito²². Extrahit²³ et squamas²⁴ ejus cinis. Cicatrices oculorum cum melle sanat, pterygia²⁵ cum sale et cadmia singulis drachmis. Emendat²⁶ et albugines oculorum jumentorum. Aiunt et ossiculo ejus genas, si terantur, sanari. Echini ex aceto epinyctidas tollunt. Eundem comburi cum viperinis pellibus ranisque, et cinerem aspergi

18. *Oculorum.* Plin. Val. I, 14 :

• Corticis sepiae farina in epiphoris, ex lacte mulieris oculis circumlinitur. • Marc. Emp. VIII, pag. 69 :

• Sepiae testa interior, quae mollis est, diligentissime trita, et muliebri lacte permixta, atque inunctioni adhibita, supra dictis oculorum causis plurimum prodest. • Diosc. II, 23, de sepia : Τὸ δὲ ἀπ' αὐτῆς ἔσρακον σχηματισθὲν εἰς κολλύρια ἀρμόζει πρὸς παράτριψιν τρυγίων βλεφάρων. • Ipsius vero testa in collyria efformata, scabris genis perfricandis accommodatur. • Os sepiae vocat Plinius, cap. 27, sq. quod in dorso sepiae reperitur : ἔσρακον τὸ ἐν τῷ νότῳ, Athen. VII. H.

19. *Sepiae cortex.* Qui spongiosus et calcaris, facillime conteritur. AJ.

20. *Genas.* Palpebras. HARD.

21. *Imposito mitigant nocte.* Cum lacte. DALHC.

22. *Eadem cortice et nyctalopes curantur in farinam trita et ex aceto illita.* Masculino genere in vetusto codice semper legitur, eodem, trito, illito. PINT.

23. *Extrahit.* Plin. Val. I, 18,

sub finem : • Ad maculas oculorum tollendas, sepiae testam diligenter in mortario Thebaico teres, et pulverem ipsius in oculos mittes. • Ego vero squamas interpretor, non pterygia oculorum, de quibus mox seorsim, ut Dalecampius ; sed festucas, pales, aut quidvis aliud simile, quod in oculos inciderit : his extrahendis dotem esse corticis sepiarum propriam dicit, confirmatque idem inferius, cap. 43, quum vel ipsis telis aculeisque extrahendis hujus corticis cinerem commendat. HARD.

24. *Squamas.* Oculorum. Squamas, vel πτερυγία, vel λευκώματα, apud Diosc. vel furfures capitis πίτυρα. DAL.

25. *Pterygia.* Diosc. II, 23. H.

26. *Emendat.* Dioscor. II, 23 : Ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς λευκώματα κτηνῶν ἐμψυόμενον. • Facit et praeclare jumentis ad oculorum albugines, si insuffletur. • Etiam ad hominum oculos transfert haec vln Plin. Val. I, 20. HARD.

potioni jubent Magi, claritatem visus promittentes. Ichthyocolla²⁷ appellatur piscis, cui glutinosum est corium; idemque nomen glutino ejus. Hoc epinyctidas tollit. Quidam²⁸ ex ventre, non e corio, fieri dicunt ichthyocollam, ut glutinum taurinum. Laudatur Pontica, candida, et carens venis squamisque, et quæ celerrime liquescit. Madescere autem debet concisa in aqua, aut in aceto nocte ac die: mox tundi marinis lapidibus, ut facilius liquescat. Utilem²⁹ eam in capitis doloribus affirmant, et tetano-

27. *Ichthyocolla*. Is est quem in Borysthene capi, nullisque ossibus munitum esse, dixit IX, 17, cui a glutino, quod is præbet, alterum id nomen est inditum. H.—Ille dicitur quoque a Rondeletio exos esse, sed ridicule. Vide inf. not. 28. *As*.

28. *Quidam*. Diosc. III, 102: Ἡ δὲ ἰχθυόκολλα λεγόμενη κοιλία ἐστὶν ἰχθύος κητώου. Διαφέρει δὲ ἢ ἐν Πόντῳ γανωμένη, ὡσαυτὴ λαυκὴ . . . οὐ ψωρώδης, τάχις τε κερμίνη. « *Ichthyocolla*, hoc est, piscium gluten, venter est piscis cetacei. Præstat natione Pontica, candicans . . . minime scabra, et quæ celerrime liquescit. » Tale glutinum hodieque et e Ponto mittitur. Piscis nomen Dioscorides quum reticet, ichthyocollam dici a glutino suo significat. Vide Aldrovand. de Piscibus, V, 4, pag. 565. *HARD.* — *Ichthyocolla* nunc seu piscium gluten fingitur ex acipenserum humanum vesicula natatoria. Ergo hi magis videntur proximi vero fuisse qui κοιλίαν ἰχθύος ichthyocollæ basin esse volunt; nam vesicula hæc pars intestinorum. Quod subjunxerunt ἰχθύος κητώου, noli aut mirari aut nimis severe respuere: non enim

apud Veteres κίτη aut κητόδη cetacea nostra sunt. Κῆτος, non cetaceum solum aut phocæ enorme, sed omnis piscis prægrandis; fortean nullus fere squalus, nullus chondropteryx, non κῆτος. Ergo acipenser, tum ob squammarum raritatem (nam patebat non assimilandos cuti squamosæ clypeos eorum minutos), tum ob magnitudinem κητόδης vere erat. Cæterum nec solum acipenserum genus ichthyocollam præstaret, nec sola vesicula; res est vero simillima ex multorum piscium, et forte omnium, intestinalis et cute, squammis ademptis, posse id glutinis optime confici; nec dubito si quis talibus experientis ædulo incubuerit, quin et ichthyocollæ commercium velocissime mutaturus et opes magnas comparaturus sit. *As*.

29. *Utilem*. Sic Diosc. I. c. ἠψαλεί δὲ εἰς τὰς κεφαλικάς ἐμπλάστρους, καὶ λεπτικάς δυνάμεις, καὶ εἰς τετάνωθρα τῶν προσώπων. « *Utilem* est in emplastris cephalicis, leprarumque medicaminibus, et tetanothris, quæ faciei cutem erugant et extendunt. » Quum emplastris cephalicis utilem esse ait Dioscorides, considerandum

thris³⁰. Ranæ³¹ dexter oculus dextro, sinistro lævus suspensi e collo nativi coloris panno³², lippitudines sanant. Quod si per coitum ranæ eruantur, albuginem quoque, alligati similiter in putamine ovi. Reliquæ carnes impositæ suggillationem rapiunt. Cancri³³ etiam oculos adalligatos collo mederi lippitudini dicunt. Est parva rana³⁴ in arundinetis et herbis maxime vivens, muta ac sine³⁵ voce, viridis, si forte hauriatur, ventres boum distendens. Hujus corporis humorem specillis³⁶ derasum claritatem oculis inunctis narrant afferre; ipsasque carnes doloribus oculorum³⁷ superponunt. Ranas³⁷ etiam quindecim conjectas

amplius videtur, annon ea potius intelligat, quæ peculiariter calvarie fracturis dicata sunt, quam quæ capitis doloribus accommodata. H.

30. *Tetanothris*. Τετανόθρις, sive τετανόμαξα, a τ. τετανόω, sunt quæcumque ad lævigandam et erugandam hominis cutem præsertim in vultu conficiuntur. Tentipellia, a tendenda pelle Latini vocant. Vide Voss. in Etymol. HARD.

31. *Ranæ*. Simile est quod habet Marc. Emp. cap. VIII, pag. 67: « Ranam de lacu prehendes, et spina oculus ei subtiliter erues, atque in panno coccineo ligatos, oculis interius cruentis superpones: cito medeberis. » HARD.

32. *Nativi coloris panno*. Fusco, citra tincturam, lanæ proprio colore. DAL.

33. *Cancri*. Quint. Serenus, cap. de oculorum dolore mitigando: « Viventisque nepæ lumen gestatur aunicum. » Nepa Sereno cancer est. Superstitiosius autem Marc. Emp. VIII, pag. 58: « Cancri oculos subtiliter sublatus, et in phœnicio colligatus, colloque suspensus, lip-

itudinē incipienti medetur, si tamen remedium a casto homine fiat. » HARD.

34. *Est parva rana*. Calamites infra, cap. 10, quoniam inter arundines frutesque vivat. DALEC.

35. *Muta ac sine voce*. De hac vide Rondeletium. Rubetarum modo venenata est. Alia est dryophites viridis, descripta eod. capite. DAL.

36. *Hujus corporis humorem specillis*, etc. Est autem *specillum* instrumentum inungendis oculis aptum: quemadmodum legimus lib. VII, cap. 53: « C. Julius medicus dum inungit, specillum per oculum trahens. » GELEN. — *Specillis*. Scalpellis, ταῖς σμίλαις. Plinius legit, ταῖς μιλαις. DAL. — *Specillis*. Instrumento ferreo, vel cupreo, ut diximus VII, 54. *Acu cuprea* dixit Marc. Emp. VIII, p. 70: « Ranunculum viridem comprehensum, inquit, acu cuprea pungito, et sanguine ejus excepto, etc. » Sanguinem hunc Plinius humorem vocat. HARD.

37. *Ranas*. Ita libri omnes editi.

in fictile novum juncis³⁸ configunt quidam; succoque earum, qui ita effluxerit³⁹, admiscent vitis⁴⁰ albæ lacrymam, atque ita palpebras emendant, inutilibus pilis exemptis, acu instillantes hunc succum in vestigia evulsorum. Me- ges⁴¹ psilothrum palpebrarum faciebat in aceto enecans⁴² putrescentes, et ad hoc utebatur multis variisque per aquationes autumnî nascentibus. Idem præstare sanguisugarum⁴³ cinis ex aceto illitus putatur. Comburi eas oportet in novo vase. Idem tæniæ jecur⁴⁴ siccatum pon-

At MSS. Reg. 2, Ch. cæterique XVI, Colb. 3, in quo *quindecim* sine ullis notarum compendiis. Quin et ipse Plinius inferius, cap. 47: « Eadem mensura, inquit, alii ex quindecim ranis conficiunt psilothrum, sicut in oculis diximus: » hoc nimirum loco quem habemus præ manibus. Quin et ibi non *quindecim*, sed *duodecim* præfert Reg. 2, ut diximus suo loco. Quare non ranarum numerum signari ab eo hoc posteriore loco, sed parandarum modum existimamus. HARD.

38. *Juncis configunt quidam: succum earum qui ita effluxerit, admiscent lacrymæ, quæ ex alba vite manat.* Brevius et magis ex Pliniana dignitate in scripto codice: « Juncis configunt quidam, succoque earum, qui ita effluxerit, admiscent vitis albæ lacrymam. » PINX.

39. *Succumque earum, qui ita effluxerit, admiscent lacrymæ, quæ ex alba vite emanat.* Vossiani duo *succoque*; deinde melior, *admiscent viti salvat lacrymam*. Scribe: « succoque earum, qui ita effluxerit, admiscent vitis albæ lacrymam, atque ita palpebras emendant. » Quod et Pintiano visum. GROS.

40. *Vitis.* Cui *psilothi* quoque ab ea dote nomen est inditum, ut dictum est XXIII, 16. Est enim psilothrum, unguentum depilatorium. Pro albæ vitis lacryma chamæleonis folia Theodorus Priscianus adhibet, I, 10: « Et chamæleonis herbæ folia sicca trita in pulverem et commixta sanguine ranarum viridium, post evulsionem capillorum pro collyrio inungimus. » HARD.

41. *Meges.* Chirurgus is fuit, de quo diximus in Auctorum indice.

42. *Enecans.* Enecans, sinensisque putrescere in aceto. HARD.

43. *Idem præstare sanguisugarum.* Marc. Emp. cap. VIII, pag. 71; Plin. Val. I, 21; Theod. Prisc. l. c. HARD.

44. *Idem tæniæ jecur siccatum pondere X. IV.* Tæniarum hepata anatomici tam facile scilicet ostenderint nobis quam culicum adipem: *thynnorum* volumus. Sic enim cap. 10: « Psilothrum est thynni sanguis, fel, jecur, etc. » Τὸ X nota est χαλοῦ, seu ærei, quam Græci ita figurabant. Vide Reines. var. lect. lib. II, cap. 7, pag. 174. H. — *Item tæniæ jecur siccatum.* Sic Hermolaus aut *channa* pro vulgato

dere⁴⁵ x. iv cum oleo cedrino perunctis pilis novem mensibus.

1. XXV. Auribus utilissimum batia¹ piscis fel recens, sed et inveteratum vino : item bacchi², quem quidam myxona

cheni. Reinesius Var. lect. II, 7, emendat *thygni*. Vere, ut puto : nam Voss. *tenia consiccatum*. Quod est, *thygni jocus siccatum*. Ita enim idem codex sæpe pro *jecur*. Acad. *chieni jecur siccatum*. Acad. Men. et Gud. *theni*. Sed hoc vento projectus idem vir eruditissimus, illustremus etiam, ait Plinium de dosi medicamenti seu pondere, quod non ab omnibus intelligi scimus. Illustrat autem ita, ut τὸ X notam velit esse χαλκοῦ, sive ærei, quam Græci sic figurarint χ, proque ea latinos editores Plinii suæ linguæ X quasi ἰσοδυναμοῦσαν substituissæ : chalcos autem seu æreos quatuor ponderare obolum, seu scrupulum dimidium. Jejune admodum et non pro Reinesio : nam obolus (qui sane dimidiatus est *scripulus*, non *scrupulus*) octo chalcos Athenis habebat. Galen. de Poud. Ὁ γὰρ ὀβολὸς ἔχει X α' η'. Paul. Æg. Ὁ γὰρ ὀβολὸς κεράτια γ' : τὸ δὲ κεράτιον χαλκοῦς δύο δίμειρον, ὃ γὰρ ὀβολὸς ἔχει χαλκοῦς ὀκτώ. Cleopatra : ὀβολὸς ἔχει θέρμον α' ἡμισυ, κεράτια γ', χαλκοῦς η' : τὸ ἡμιωβόλιον ἔχει κεράτιον α' ἡμισυ, χαλκοῦς θ'. Alius : ὃ χαλκοῦς ἔχει ἡμιωβόλιον τὸ τέταρτον, ὡς τοὺς τέτταρας χαλκοῦς ἀγειν τὸ ἡμιωβόλιον. Hæc saltem communis et usitatissima ratio : etsi Plinius decem, alii sex chalcos interdum obolo assignent. Nec vero numerus X est nota chalci, sed X^a. Poterat e Paulo ab Ægina nosse : Πρῶτον μὲν οὖν τὸ χ ροιχιῶν

ἔχον ἐπισημῶν ἀπὸ τὸ ἀρα, χαλκοῦν σημαίνει. Denique Plinii editores, sive Latini, quos ille appellat, sive Galli, sive Germani, noverant, nihil exemplaribus ejus esse vulgarius, quam per X significari -X- denarium vel drachmam : et ita hic quoque *pondere X. IV esse pondere denariorum vel drachmarum quatuor*. ΓΑΧ. — *Item tenia jecur siccatum*. Ταῦτα piscis a Græcia vocatur, cujus meminit Epicharmus apud Athen. VII, pag. 325. Gaza vittam interpretatur : taniam retinere Plinius maluit. A Narbonensis oræ piscatoribus *Flambo* vocari, auctor est Rondeletius, XI, 17, a colore rufo seu flammeo. In Reg. 2 et Colb. 3, *theni* : unde *thygni* rescribi hoc loco quibusdam placet, quibus ægre assentimur. H.

45. *Pondere*. Hoc est, denarium quatuor, sive drachmarum. Reines. Var. lect. II, 7, in hoc loco cæcutit. HARD.

XXV. 1. *Batia*. Ita MSS. Reg. 1, 2, Colb. 3, et Ch. non *bati*, ut in editis. Index quoque hujus loci, *batia*, βάτια, sive *batie*, raia est : a qua si *batia* discrepat, quid ea sit, incempertum nobis fatemur esse. HARD.

2. *Bacchi*. *Lego bacchi*. *Myxona*, bacchum olim nominarunt, vel quia caput ut vino conspersum rubet circa labra et opercula branchiorum, vel quoniam ebriorum modo temere huc illuc natando fertur.

ant : item callionymi cum rosaceo infusum : vel casto-
 m³ cum papaveris succo. Vocant⁴ et in mari pediculos,
 que tritos instillari ex aceto auribus jubent. Et per se
 chylio infecta⁵ lana magnopere prodest. Quidam aceto
 itro madefaciunt. Suntque⁶ qui præcipue contra omnia
 ium vitia laudent gari excellentis cyathum⁷, mellis di-
 io amplius, aceti cyathum in calyce novo lenta pruna
 oquere, subinde spuma pennis deterisa, et postquam
 erit spumare, tepidum infundere. Si tumeant⁸ aures,
 andri succo prius mitigandas iidem præcipiunt. Ra-
 um⁹ adeps instillatus, statim dolores tollit. Cancrorum
 iatiliium succus cum farina hordeacea aurium vulne-
 is efficacissime prodest. Parotides¹⁰ muricum testæ ci-
 cum melle, vel conchyliorum ex mulso curantur.
 CXVI. Dentium dolores sedantur ossibus draconis
 ini scarificatis¹ gingivis : cerebro caniculæ in oleo de-

Vel castoreum. Cels. VI, 7, unum aurium intra se ipsas, reum adhibet e cum aceto, irino, vel laureo oleo : aut mixtum castoreum cum succo in amararum. » HARD.

Vocant. Ita MSS. tum in hoc, tum in Indice, non pedunculæ. Φαίρα vocat Aristoteles, . IV, 10, pag. 501. Horum in maris profundo, Γίνονται τῷ βαθύ τῆς θαλάσσης. De his us IX, 71. Adde Ælian. Hist. IX, 7. HARD.

Et per se conchylio infecta, etc. lib. III, κατὰ τόπους, κροκίδα λίου, quemadmodum eodem andromachus κροκίδα πορφυράς, um sive tomentum lanæ purtinctæ vocat. Aetius vocat πορφυροῦν, tum etiam πτύγμα ἰρας ἰρίου. Alii πλάκα, πύλημα,

κρόφιον. DALRÖG. — Et, etc. Conchyliatam lanam appellat Marc. Emp. cap. IX, p. 75, qua aurem occludi jubet, cui medetur. HARD.

6. *Suntque.* Marc. Emp. ad verbum, cap. IX, pag. 75, 77 et 82; Plinius item Val. I, 9. HARD.

7. *Gari excellentis cyathum.* Olim post excellentis legebatur v. *sociorum*, quod sane non habetur in vetere exemplari, et prorsus inutile est, quum alterutrum sufficiat ad gari excellentiam indicandam. AL.

8. *Si tumeant aures.* Plin. Val. I, 9, et Marc. Emp. IX, pag. 74. H.

9. *Ranarum.* Marc. Emp. c. IX, pag. 75, et Plin. Val. I. c. H.

10. *Parotides.* Totidem verbis Marc. Emp. cap. XV, pag. 107 et 109. Plin. Valer. I, 13, pro melle mulsam adsciscit. HARD.

XXVI. 1. *Scarificatis.* MSS. Reg.

cocto adservatoque, ut ex eo dentes semel anno colluantur. Pastinacæ quoque¹ radio³ scarificare gingivas, et in dolore utilissimum. Conteritur is, et cum elleboro albo illitus, dentes sine vexatione extrahit. Salsamentorum⁴ etiam fictili vase combustorum cinis, addita farina marmoris, inter remedia est. Et cybia⁵ vetera eluta in novo vase, dein trita, prosunt doloribus. Æque prodesse dicuntur omnium salsamentorum spinæ combustæ, tritæque, et illitæ. 2. Decoquantur⁶ et ranæ singulæ in aceti heminis, ut dentes ita colluantur, contineaturque in ore succus. Si fastidium

2, aliique, *scarifatis*; et mox *scarifare*, ut alias monuimus. HARD.

2. *Pastinacæ quoque*, etc. Celsus, lib. V, cap. 9: « Et plani piscis, quem pastinacam nostri, τρυώνα Græci vocant, aculeus torretur, deinde conteritur, resinæque excipitur, quæ denti circumdata hunc solvit. » Dioscorides quoque, lib. II, non abludit. DAL.

3. *Radio*. Caudali nimirum: nam qui in cauda pastinacarum exurgit, utrimque dentatus serræ imaginem refert. Cæterum de pastinaca (*Raia pastinaca* Linn.) hic sermo est. AL.

4. *Salsamentorum etiam*, etc. Galen. ad finem lib. V, κατὰ τόπους, ad oris jucundum odorem, dentiumque dolorem ac splendorem, salsamentorum cybiique cinere utitur. DALC. — *Salsamentorum*. Ad verbum Marc. Emp. cap. XIII, pag. 97. HARD.

5. *Et cybia*. Habent ita sane libri omnes et manu exarati, et typis excusi: nihilominus subesse mendum haud temere suspicamur: nam quid intersit novo an veteri vase eluantur, non admodum li-

quet: utro coquantur, plurimum interest. Quare *eliza* malim, quam *eluta* scribi, si ulla exemplaria suffragantur. Adstipulatur certe quidem conjecturæ huic nostræ Marc. Emp. qui a Plinio videtur hausisse quæ tradit, XIII, p. 97: « Cybium optimum, inquit, ac vetustissimum ollæ inditur atque argilla circumlinitur et furno ardenti objicitur, ut ad cinerem cybium excoquatur: tunc adjecto Pario lapide contuso, salsamenti supra dicti favilla conteritur, hoc dentifricium ita bonum est, etc. » Galen. quoque κατὰ τόπ. V, extr. pag. 486: Τινὲς δὲ ταρίχους καύσαντες ἐν χύτρῃ προσβάλλουσι τῷ φαρμάκῳ, ἢ κύβιον κατ' ἰδίαν γὰρ εἰάν τις χρήσται τῇ σποδιᾷ, οὐκ ἀλγίσει. « Quidam salsamenta in olla exusta ad medicamentum addunt, aut etiam cybium: si quis enim eorum cinere per se utatur, dentis dolorem non percipiet. » HARD.

6. *Decoquantur*. Sic Diosc. II, 28: Ὠμελίσσι καὶ ὀδοντάλγιάς συνιψόμενοι ὕδατι καὶ ἔξει, καὶ διαλυζόμενοι. « Decoctæ in aqua et aceto dentium dolores collutione leniunt. » HARD.

ret, suspendebat pedibus posterioribus eas Sallustius
 ysius, ut ex ore virus deflueret in acetum fervens,
 e pluribus ranis. Fortioribus stomachis ex jure man-
 as dabat⁷. Maxillaresque ita sanari dentes præcipue
 it, mobiles vero supra dicto aceto stabiliri. Ad hoc
 im ranarum corpora binarum præcisis pedibus in vini
 na macerant, et ita collui dentium labantes jubent.
 i totas adalligant maxillis. Alii denas in aceti sexta- 3
 ribus decoxere ad tertias partes, ut mobiles dentium
 irent. Necnon xxxvi ranarum corda in olei veteris
 rio sub æreo testō⁸ discoxere, ut infunderent per au-
 lolentis maxillæ. Alii jecur ranæ decoctum et tritum
 melle imposuere dentibus. Omnia supra scripta ex
 ia rana efficaciora. Si cariosi et fœtidi sunt, centum
 no areferi per noctem præcipiunt: postea tantundem
 addi, atque ita fricari. Enhydri⁹ vocatur a Græcis co-
 in aqua vivens. Hujus quatuor dentium superioribus
 lore superiorum gingivas¹⁰ scarificant, inferiorum
 oribus. Aliqui canino tantum earum contenti sunt.

*Fortioribus stomachis ex jure
 1. dabat. Quatuor scripti,
 as. Optimus, mandendas, ut
 iani codex. ΓΡΟΧ.—Hæc ju-
 m mirabilis fuit ἡ θρωπία:
 a rana, si quarum crura
 ὀδονταγούνο; denti appen-
 , trahi principium doloris et
 pus herpeti descendere,
 nox in acetum migraret ex-
 que. Ergo, ut ranas aliquis
 us laborans, impune ederet
 : hunc fortissimo stomacho
 ; namque hanc vim qua
 dentes misere vexabuntur
 1 stomachi delicatioris mem-
 priter sævire. Hæc confu-
 die non jam opus est. Α.*

8. *Sub æreo testō.* Sic omnes typi,
 cum Reg. 2 cod. MS. In Colb.
 3, *sub area testa.* HARD.

9. *Enhydri vocatur a Græcis co-
 lubra in aqua vivens.* Codices nostri
 hic quoque exhibent *colubra*, non
coluber. HARD.—Enhydri Aristot.
 Histor. Anim. lib. I, cap. 1, lutra:
 Plinio serpens aquaticus, natrix,
 quem et hydrum vocat sequenti ca-
 pite ab hoc altero, nisi mendosus
 locus sit. De hoc supra actum
 est, cap. 19. *Lutrus* canes fluvialites
 Ælianus vocat, Hist. An. lib. XIV,
 cap. 21. DALEC.

10. *Gingivas scarificant.* Libri
 manu exarati, sed vitiose, *scarifi-
 cant.* HARD.

Utuntur et cancrorum cinere : nam muricum cinis¹ dentifricium est.

XXVII. Lichenas¹ et lepras tollit adeps vituli marini : murænarum cinis cum mellis obolis ternis² : jecur pastinacæ in oleo decoctum : hippocampi, aut delphini cinis ex aqua illitus³. Exhulcerationem sequi debet curatio, quæ perducit ad cicatricem. Quidam delphini jecur in fictili⁴ torrent, donec pinguitudo similis oleo fluat, ac perungunt. Muricum vel conchyliorum testæ cinis maculas in facie mulierum purgat cum melle illitus, cutemque erugat, extenditque septenis diebus illitus, ita ut octavo candido ovorum foveatur. Muricum generis sunt, quæ vocant Græci coluthia⁵, alii corythia, turbinata æque, sed minora multo,

11. *Nam muricum cinis.* Plinius Val. l. c. et Quint. Serenus laudatus a nobis, XXVIII, 49. HARD.

XXVII. 1. *Lichenas.* Reg. 2 et Ch. solvit. Marc. Emp. cap. XIX, pag. 129 : « Adeps vituli marini imposita mentagræ plurimum prodest. » Subscribit et Plin. Val. II, 56. HARD.

2. *Murænarum cinis cum mellis obolis ternis.* Omnes quinque *mænarum* : sic et cap. 8 : « Mænarum muria et capitum cinis, » non Chiffi. modo, sed Vossianus, Academicus et Gudianus, cap. 9 : « Mæniæ salsæ cum felle taurino illitæ umbilico. » Et, « cinis ex capite mænarum. » GROÏ. — *Murænarum.* Ita omnes typi cum Reg. 2. At Colb. 3, *mænarum*, quod satius videtur. HARD.

3. *Illitus.* Et affricatus, quoad exhulceretur pars. DAL.

4. *Quidam delphini jecur in fictili torrent.* Delphinum, non delphini, scribe, et verbum *jecur* detrahe ex scripta lectione. PINX. — *Quidam,* etc. Reg. 2, et quem Pint. habuit,

« Quidam delphinum in fictili. » Verum Plin. Val. II, 56, cui titulus est, « Licheni arcendo : Item, inquit, delphini jecinoris cinerem ex aqua. » H. — Mox pro *foveatur* alii forsitan rectius *foveantur.* ED.

5. *Colycia.* Quidam legunt, nec sine probabili conjectura, *cochlidia*, alii *corythia*, ut cochlidia quoniam minima sint in muricum genere dicantur : corythia vero a similitudine quam habent σὺν τῇ κίρῳι, id est, cum galea sive casside, a qua κερθαίειος Hector Homero dicitur. Talem conchulam pinxit Rondeletius ultimam ex quinque, cap. de turbinibus intra spongias viventibus : κέρυκκι certe, a quo vocabulo duci posset κερύκκιον, concharum generis sunt, non muricum aut turbinatorum. Κερυγαία pro *corythia* Rondeletius legit, quod in marginibus verticibusque extremis exstantibus aculeis armata sint. Aristotelis aporrhaides. Hic murex genus est ad turbinatas omnes conchas. DAL. — *Coluthia.* Reg. 2, *colluthia*, alii

ciora etiam, et oris halitum custodientia. Ichthyo-
 erugat cutem, extenditque, in aqua decocta horis
 or, dein contusa⁷, et subacta ad liquorem usque
 3. Ita præparata in vase novo conditur, et in usu
 or drachmis ejus binæ sulphuris, et anchusæ toti-
 octo spumæ argentæ adduntur, aspersaque aqua
 tur una. Sic illita facies post quatuor horas abluitur.
 tur⁸ et lentigini cæterisque vitiis, et ossibus sepiarum
 Idem et carnes excrescentes tollit et humida hul-
 Psoras tollit rana decocta in heminis quinque aquæ
 æ: excoqui debet, donec sit crassitudo⁹ mellis. (VIII.)
 mari¹⁰ et halcyoneum appellatum, ex nidis, ut aliqui 3
 mant, halcyonum et ceycum¹¹: ut alii, e sordibus
 arum crassescens: alii, e limo, vel quadam maris
 inc¹². Quatuor ejus genera: cinereum¹³, spissum,

a. Index, *colytia*, sive *cory-*
 ud satis sincere. Placet *cory-*
 i ob similitudinem aliquam
 muricum οὐν τῆ κόρυθι, cum
 el casside. Neque adinodum
 i displicet, quasi deminuti
 s: unde et minores statim
 or a Plinio. Est autem murex
 charum genere, ut dictum
 1. IX. HARD.

Ichthyocolla. Auctor libri de
 med. ad Patern. Opp. Ga-
 xim. XIII, pag. 993: «*Om-*
thyocolla ... et cutem ex-
 et splendidam facit.» H.
dein contusa, colluta, et sub-
ferbum colluta non est in
 exemplari: et paulo post,
hulcera, non humida. ΠΙΚΤ.
edetur. Q. Serenus, cap. XII,
 et faciei vitiis propellendis,
 11: «*Sepiolæ cineres ex*
omnia tollunt.» HARD.

9. *Crassitudo*. Chiffi. *lentitudo*
mellis. Reg. 2 et vet. Dalec. *lentitudo*
mellis. HARD.

10. *Fit in mari et halcyoneum*
appellatum, etc. Græcis ἀλκυόνειον
 et ἀλκυόνιον. Pharmacopolis, *spuma*
maris, et pala marina. Hujus effi-
 gies plures exhibet Aldovrand. de
 Metall. 1, pag. 212. HARD.

11. *Et ceycum*. Κέυξ, halcyonum
 mas est. Vide Constantin. in Lex.
 verbo κέξ. HARD.

12. *Quadam maris lanugine*. Prui-
 nosa tenuitate et flore. Sic vocat
 ἄλως ἄχνην. Homer. ἀποκρύει δ' ἄλως
 ἄχνην. Virg. «*salsa spumant asper-*
gine cautes.» DALEC.

13. *Cinereum*. Galen. de Fac.
 simpl. med. XI, pag. 316: ἔστι δ'
 αὐτῶν ἐν μὲν πυκνὸν καὶ βαρὺ, καὶ μο-
 χθηρὸν κατὰ τὴν ὄσμην, ἔστι γὰρ ἰχθύων
 σαπρῶν. «*Odoris pravi, olet enim*
pisces putridos.» HARD.

odoris asperi : alterum¹⁴ molle, lenius, odore fere algæ : tertium¹⁵ candidioris vermiculi : quartum¹⁶ pumicosius, 4 spongiæque putri simile. Pæne purpureum¹⁷, quod optimum, hoc et Milesium vocatur. Quo candidius autem, hoc minus probabile est. Vis¹⁸ eorum, ut exhulcerent, purgent. Usus tostis et sine oleo. Mire¹⁹ lepras, lichenas,

14. *Alterum*. Galen. l. c. Διούτερον δ' ἄλλο . . . κοῦφον, ἀραιὸν, ὁσμὴν φυκίαις ὁμοίαν ἔχον. HARD.

15. *Tertium*. Galen. l. c. Ἄλλο δὲ τρίτον, σκώληκι μὲν ἔστι τὸ σχῆμα παραπλήσιον, πορφυρίζει δὲ τῆ χροῶ . . . ὀνομάζουσι δ' αὐτὸ Μιλήσιον. Diosc. V, 136 : Τὸ δὲ τρίτον σκώληκοειδὲς ὑπάρχει τῷ τύπῳ, καὶ τῆ χροῶ ἐμπόρφυρον, ὃ τινες Μιλήσιον καλεῖσι. « Tertium vermiculi forma, colore pæne purpureum est, quod Milesium vocant. » HARD.

16. *Quartum pumicosius*. Galenus, l. c. Τέταρτον κοῦφον καὶ ἀραιὸν, ἑοικὸς δὲ ἱρίοις εἰσυπηρίαις, « leve et rarum, lanis succidis simile. » H.

17. *Pæne purpureum*. Ab his verbis nova fuit instituenda oratio, quam priorum negligentia anterioribus verbis conjunxit : quum et is purpuræ color, et a Mileto cognomen, non quarto illi, seu postremo generi, sed tertio adjudicari debeat, Galeno teste et Diosc. locis allatis proxime. Aetius quoque in MSS. Πρὸς λέπρας, ἀφροῦς, ψώρας, καὶ λιγῆνας. . . τὸ δὲ Μιλήσιον λεγόμενον σκώληκι ἑοικὸς τὸ σχῆμα, πορφυρίζει τῆ χροῶ, καὶ τῆ συστάσει μιλακίων, λεπτότατον πάντων ἔστι. H. — Nec rubrum, aut rubescens, nec ianthinum, sed candidum. Nam scito muricis succum, modo huic conchylio valetudo contigerit, can-

dore eximio notabilem ; sed postquam aerem et solem combiberit, coloribus variis infectum, prius viridem, pallidum quid aut luteum, mox smaragdinum, inde fuscum et profundum ; excipit cæruleus color, ruber, purpureus vegetus. Primum et ultimam phasim Veteres in primis observavere ; dixeruntque similiter purpureum pro *candido* et pro *punicoo*. Sic Horat. « purpurei colores ». Tibul. « Brachia purpurea candidiora nive. » Ovid. « purpureosque sinus, » (ubi cave ne de papillis dici putes). Virg. « manibus date lilia plenis, Purpureos spargam flores ; » et alibi « Purpureum mare, » quod ne forte ad fluctuum phosphorescentiam retuleris, memento quoque apud Tullium legi : « Mare purpurascit rennis. » AJ.

18. *Vis*. Hæc pariter Galen. l. c. HARD.

19. *Mire lepras*. Diosc. Galenus et Aetius, ll. cc. post Hippocr. de Morb. mul. II, text. 67, pag. 596. H. — *Mire lepras*. Sic libri profecto omnes : num *glutino* tamen, quam *lupino* legi præstabilius fuerit, peritiores viderint. Nam idem ad lichenas medicamentum scribitur, XXVIII, 50, non lupino admixto, sed glutino. « Lichenas oris, inquit, præstantissime vincit glutino

lentigines tollunt cum lupino, et sulphuris duobus obolis. Halcyoneo utuntur et ad oculorum cicatrices. Andreas ad lepras cancri cinere cum oleo usus est : Attalus thynni adipe recenti ad oris hulcera²⁰.

XXVIII. Mænarum¹ muria, et capitum cinis cum melle sanat strumas. Pungi² piscis ejus, qui rana in mari appellatur, ossiculo e cauda, ita ut non vulneret, prodest. Id faciendum quotidie, donec percurentur. Eadem vis et pastinacæ³ radio, et lepori marino⁴ imposito, ita ut celeriter removeantur : echini⁵ testis contusis et ex aceto illitis : item scolopendræ marinæ⁶ e melle : cancro⁷ fluviatili contrito vel combusto ex melle. Mirifice⁸ prosunt ,

num factum e genitalibus vitulorum, liquatum aceto cum sulphure vivo, etc. • HARD.

20. *Attalus thynni recentioris adipe ad hulcera.* In nostro exemplari, • Attalus thynni adipe recenti ad oris hulcera. • PIER.

XXVIII. 1. *Mænarum.* Locum hunc sanavimus ductu codicum Reg. 1, 2, Colb. 3, et Ch. adversantibus licet typis, qui *murænarum* exhibent. Ut ad strumas modo, sic etiam ad anginas paulo post, hoc cap. mænarum cinis adsciscitur. In Indice hujus loci *mænæ*, non *murænæ*, libri omnes MSS. præferunt. HARD.

2. *Pungi.* An *raia* potius? caret enim rana aculeo. Vide Rondel. XII, 18. HARD.

3. *Eadem vis et pastinacæ.* Marc. Emp. cap. xv, pag. 108 : • Acu ossea, id est, spiculo trygonis, quæ pastinaca dicitur, strumam sæpius punge : statim arescit. • H.

4. *Et lepori marino.* Marc. Emp. l. c. • Lupus marinus (lege *lepus*),

id est, piscis, tantæ efficacis est adversum strumas, ut ad quamlibet partem corporis admotus, strumarum vitium omne persanet. • Et pag. 110 : • Marini lepores oleo veteri injecti, bene faciunt discutiendis strumis, etc. • Scrib. Larg. comp. 80 : • Ad strumas melius marini lepores oleo vetere necati faciunt, in plumbea pyxide clusi, quam diebus xl. diligenter alligatam oportet habere. Postea ex ea pinna oblinendæ sunt strumæ superque eas pellis lanata non nimium tonsa, tegendi gratia, imponenda est. Præcipere autem oportet, ne quis hoc medicamento manus inquinet, aut inquinatas, priusquam laverit, ad os referat. • HARD.

5. *Echini.* Isdem verbis Marc. Emp. xv, pag. 108, et Plin. Val. III, 28, sq. HARD.

6. *Item scolopendræ marinæ.* Ei videlicet de qua IX, 67. HARD.

7. *Cancro.* Marc. Emp. l. c. ad verbum. HARD.

8. *Mirifice.* Idem ibidem. HARD.

et sepiæ ossa cum axungia vetere contusa et illita. Sic et ad parotidas utuntur, et sauri⁹ piscis marini jocineribus. Quin et testis¹⁰ cadi salsamentarii tusis cum axungia vetere, muricumque cinere ex oleo ad parotidas strumasque. Rigor cervicis mollitur marinis, qui pediculi vocantur, drachma pota : castoreo pota cum pipere ex mulso mixto ranis decoctis ex oleo et sale, ut sorbeatur succus. Sic et opisthotono medentur, et tetano : spasticis¹¹ vero 3 pipere adjecto. Anginas¹² mænarum salsarum ex capitibus cinis ex melle illitus abolet : ranarum decoctarum ex aceto succus : hic et contra tonsillas prodest. Cancri¹³ fluviatiles triti singuli in heminam aquæ anginis medentur gargari- zati : aut e vino, et calida aqua poti. Uvæ¹⁴ medetur garum cochlearibus subditum. Vocem siluri recentes, salsive, in cibo sumpti adjuvant.

1 XXIX. Vomitiones nulli inveterati tritique in potione concitant. Suspiriosis¹ castorea cum Hammoniacy exigua portione² ex aceto mulso jejunis utilissima potu. Eadem

9. *Et sauri.* Hoc est, lacerti. In libris hactenus vulgatis, et *scari*. At in MSS. Reg. 1, 2, Colb. 3, *sauri piscis* : et in Indice hujus loci ex omnibus MSS. *saurus*. Eliano, Hist. XII, 25, σαῦρος, lacertus, inter pisces Rubri maris censetur. Meminere præterea Aristoteles et Athenæus. Plinius infra, cap. 53 : « Sunt lacertorum genera. » H. — *Scari piscis marini jocineribus.* *Sauri*, non *sauri*, nec *scari*, in eodem : confirmatur et Athenæi auctoritate libro septimo. PINT.

10. *Quin et testis cadi*, etc. Totidem verbis Marc. Emp. cap. xv, pag. 109. HARD.

11. *Spasticis.* Aliarum partium corporis privatis convulsionibus. DALMG.

12. *Anginas.* Plin. Val. I, 52, ad verbum, et Marc. Emp. l. c. H.

13. *Cancri.* In Græcia, Creta, Sicilia, Etruriaque frequentes; in Gallia Germanique nulli. Effigiem vide apud Rondel. de Pisc. fluv. cap. 34. HARD.

14. *Uvæ.* Iisdem verbis Plin. Val. I, 43. HARD.

XXIX. 1. *Suspiriosis castoreum cum Hammoniacy exigua portione*, etc. *utilissime potatur.* Quatuor scripti, *castoreo*; tres, *utilissima tota.* Andeg. *utilissima pota eadem potio.* Præcipuus : *castorea*, tum *utilissime potu.* Scribe : « *Suspiriosis castorea cum Hammoniacy exigua portione ex aceto mulsa jejunis utilissima potu.* » GRON.

2. *Cum Hammoniacy exigua por-*

potio spasmos stomachi³ sedat ex aceto mulso calido. Tussim sanare dicuntur piscium modo e jure decoctæ in patinis ranæ. Suspensæ autem pedibus⁴, quum destillaverit in patinam saliva earum, exenterari jubentur⁵, abjectisque interaneis condiri. Est rana parva arborem scandens⁶, atque ex ea vociferans: in hujus os si quis exspuat, ipsamque dimittat, tussi liberari narratur. Præcipiunt⁷ et cochleæ crudæ carnem tritam bibere ex aqua calida in tussi cruenta⁸.

XXX. (IX.) Jocineris doloribus scorpio marinus in vino necatur, ut inde bibatur. Conchæ longæ¹ carnes ex mulso potæ cum aqua, pari modo: aut si febres sint, ex aqua mulsa. Lateris dolores leniunt hippocampi tosti sumpti,

tionē. Hammoniæcum ipsum per se prodesse suspiriosis auctor est Scrib. Larg. Comp. 79. HARD.

3. *Eadem potio spasmos stomachi sedat ex aceto mulso calido.* Vehementiores singultus, quorum importunitate ægri convelluntur. DALÆC.

4. *Suspensæ autem pedibus, quum destillaverit in patinam, etc.* Suspenduntur et a Sallustio Dionysio, cap. 26, ut ex ore virus defluat, proxime præcedenti capite. DALÆC.

5. *Exenterari jubentur. Exintera-ri,* in vetusto codice. Notanda orthographia, quod videlicet latine dicantur *interanea*. PINT: — *Exenterari.* Reg. 2 et alii, *exintera-ri*, ab interaneis. HARD.

6. *Est rana parva arborem scandens.* Differt hæc a rana viridi descripta loco citato. Rana hæc dryophites est Rondeletii. DALÆC. — *Est rana.* Δρυπητής, opinor, de qua cap. 24. HARD.

7. *Præcipiunt et cochleæ crudæ carnem tritam.* Plin. Valer. I, pag. 64: « Ad excreationem cruentaꝝ. Cochleæ elixæ teruntur et ex aqua hibuntur ... Cochleæ illotæ ex æqua marina coquuntur, et ita devorantur. Cochleæ rursus cum testis suis tritæ, addito croco, eduntur. » HARD.

8. *Tussi cruenta.* Sanguinis rejectione, τῆ τοῦ αἵματος ἀναγωγῆ, καὶ ἀναφορῆ. DALÆC.

XXX. 1. *Conchæ longæ carnes ex mulso potæ cum aqua, etc.* Σωλή-νος, ἀλλοῦ, δόνακος, δονυχος, tot nominibus a Græcis vocatur. DALÆC. — *Conchæ.* In Indice hujus loci, « Strombus, sive concha longa. » Στρόμβος genus conchæ est, instar buccini. Nicandri Scholiastes: Τὸν σρόμβον λέγουσιν εἰ ἀρχαῖοι ὀστρακὸν τῶν κογχυλίων, οἷς ἐχρῶντο ἀντὶ σάλπιγγος, « conchæ genus quo tubæ vice utebantur: » ut apud poetam: « dum personat æquora concha. » Gaza apud Arist. *turbinem* vertit. H.

tetheaque² similis ostreo in cibo sumpta : ischiadicorum³,
 muria siluri clystere infusa. Dantur autem conchæ ternis
 obolis dilutæ in vini sextariis duobus per dies quindecim.

XXXI. Alvum¹ emollit silurus e jure, et torpedo in
 cibo. Et olus² marinum simile sativo : stoinacho inimi-

2. *Tetheaque*. Sic MSS. omnes, et hujus loci index. Græcis τὸ τῆθος et τὰ τῆθια, genus ostreorum est, vel fungorum potius, quod cæteris marinis propius a terra abest : παρὰ τὴν τῆθην, ἤτοι γῆν· γαστὴν γάρ εἰσι μᾶλλον τῶν ἄλλων θαλασσιῶν, inquit Eustath. in Iliad. II, pag. 1084. Xenocrat. lib. de alimento ex aquatil. apud Oribas. II, pag. 158 : « Tethea in limo nascuntur, et littoribus algæ feracibus, inveniunturque in musco, alga et fuco : similiaque sunt fungo plantæ marinæ, etc. » H. — Quid τῆθος vel tethea ex hoc vix conjeceris. Molle animal, si ex Pliniana appositione (similis ostreo) judicaveris; zoophyllum si e Xenocrateo fragmento. Forte pluribus id nominis varie impositum. Conf. inf. Hodie *tethydas* adjectiva quidem denominatione SAVIGNY in suo *Tableau syst. des ascidies*, ordinem primum classis hujusce appellat, tethyas vero idem SAVIGNY, in Comm. de aspondylis (*Mém. sur les animaux invertébrés*) vocat familiam hanc ascidiarum sive aggregatorum, sive non aggregatorum quibus contingere, tum branchiæ omnes eodem latere, tum orificia nec sibi invicem adversa, nec branchialis cavitatis ope in se redeuntia. Tethias (per *i* pro *y*) DONATI (*Stor. dell' Adriatico*, pag. 62); DE LAMARCK : *Anim. sans vertèbres*, tom. II,

p. 384, noviss. ed.) dixere genus phytozoaricorum. Quarum tamen περί ιδιοτήτων differunt. Celebratissima vero omnium homonymorum tethys Cuvieriana; quam quidem antehac COLUMBA, RONDELLET, alii, cum lepore marino eandem dixerant, posthac BONADESCI, de *quibusd. anim. marinis*, pag. 54, bene jam descriperat sub fiubriæ nomine, Nostras vero accuratissime dissecuit, narravitque *Ann. du Muséum*, t. XII, p. 263 (cf. et icon. tab. xxiv). Nimis prolixitatis et intempestivæ forsán diligentis rei nos essemus, si hic omnia dicere-mus quæ vir doctus congressit ad hoc malacozobrium nudum; sit ergo satis enotasse hoc adscriptum diceron genti, ordini vero polybranchidum a D. DE BLAINV. nudibranchidum a Cl. CUVIER; lectoremque ad Cuvierianam elucidationem (in sylloge *Ann. du Mus.*) remisisse, cujus certe, ni spatium defecisset, in calce voluminis pars bona mandata esset typis. Az.

3. *Ischiadicorum*. Sic Diosc. II, 29, de siluri muria : ἰσχυαδικῶς θεραπεύει. Galenus item, de Fac. simpl. med. XI, pag. 318. HARD.

XXXI. 1. *Alvum*. Silurus Dioscoridi similiter l. c. εὐκροίλιος, hōnam facit alvum. HARD.

2. *Et olus*. Plin. XX, 38 : « Marina brassica vehementissime ex

cum, alvum facillime purgat: sed propter acrimoniam cum pingui carne coquitur. Et omnium³ piscium jus. Idem et urinas ciet, e vino maxime. Optimum⁴ e scorpionibus et iulide, et saxatilibus, nec virus resipientibus. Coqui⁵ debent cum anetho, apio, coriandro, porro, additis oleo et sale⁶. Purgant⁷ et cybia vetera, privatimque cruditates, pituitam, bilemque trahunt. Purgant et myaces⁸, quorum natura tota in hoc loco dicitur. Acervantur⁹ muricum modo, vivuntque in algosis, gratissimi autumnno, et¹⁰ ubi

omnibus alvum ciet. Coquitur propter acrimoniam cum pingui carne, stomacho inimicissima. » H. — *Olus marinum*. Brassica silvestris in maritimis nascens: silvestris brassica sativæ quidem similis est, sed amara, hirsuta, candida: brassica vero marina sativæ omnino dissimilis, stomacho inimica propter acrimoniam: estur cum pingui carne. Hæc Plinius pro suo more oscitanter confundit. DAL.

3. *Omnium*. Diosc. II, 35: Ζωμός δὲ ὁ ἐκ τῶν νεαρῶν ἰχθύων, κελίας ὑπαγωγός, etc. » Recentium piscium jus, modo per se, modo ex vino potum, alvum subducit. » H.

4. *Optimum*. Hæc totidem verbis Dioscor. l. c. Ἰδίως δὲ σκαυάζεται πρὸς ταῦτα ὁ ἀπὸ τῶν σκορπίων, καὶ ἰουλίδων, καὶ περκίδων, καὶ τῶν ἄλλων πετραίων ἀπάλων, καὶ ἀβρώμων. Athen. VII, pag. 304, ἰουλίς e saxatili quoque genere est. A Liguribus *girello*, et a nonnullis etiam *donzella* dicta, teste Rondelet. VI, 7. Vide et Hippol. Salv. cap. 219. HARD.

5. *Coqui*. Dioscor. ad verbum, l. c. HARD.

6. *Additis oleo et sale*. Tale est

album jus, toties a Galeno memoratum. DAL.

7. *Purgant*. Aristoteles μύας vocat, et Athenæus; μύακας alii: myaces commune nomen est, mitulos, qui majores, grandioresque: et myiscas, quæ minores, complexum. De utrisque mox Plinius. HARD.

8. *Myaces*. Μύακας, generis nomen complectitur μύας, grandiores, ampliores, majores, longiores. Ii sunt Latinorum mytuli. Continet et μύας, sive ut legit Hermolaus, μύσκακας, sive, ut Rondeletius, τοὺς μύσκακας, minores, rotundiores, Latinorum musculos. Athenæus distinguit in mares et feminas, τοὺς καὶ τὰς μύας. Porro purgare, ut et peloridas, echinos, ostrea, Celsus scribit lib. II. DALÆC.

9. *Acervantur*. Plin. IX, 60, de purpuris: » Congregantur verno tempore, mutuoque attritu lentorem cujusdam ceræ salivant. Simili modo et muricea. » Quod et Philosophus tradidit, ut diximus, qui et μύας pariter cerificare adjicit, κρηρίζουσι δὲ καὶ οἱ μύες. HARD.

10. *Et*, etc. Sic de ostreis paulo ante, cap. 21: » Gaudent dulci-

multa dulcis aqua miscetur mari¹¹, ob id in Ægypto laudatissimi. Procedente hieme, amaritudinem trahunt, coloremque rubrum. Horum¹² jus traditur alvum et vesicas exinanire, interanea destringere¹³, omnia adaperire, renes³ purgare, sanguinem adipemque minuere. Itaque utilissimi sunt hydropicis, mulierum purgationibus, morbo regio, articulario, inflationibus. Item¹⁴ prodesse fellis, pituitæ pulmonis¹⁵, jocineris, splenis vitiis, rheumatismis. Fauces tantum vexant, vocemque obtundunt. Hulcera quæ serpant, aut sint purganda, sanant. Item carcinomata. Cremati autem, ut murices, et morsus canum hominumque cum melle, lepras, lentigines. Cinis eorum lotus emendat caligines¹⁶, gingivarum et dentium vitia, eruptiones pituitæ: et contra dorycnium¹⁷ aut opocarpathon¹⁸ antidoti⁴ vicem obtinent. Degenerant in duas species: in¹⁹ mitulos,

bus aquis, et ubi plurimi influunt amnes. • HARD.

11. *Multa dulcis aqua miscetur mari.* Quoniam eorum succus alioqui, ut scribit Athæneus, lib. IV, est ακιλώδης, id est, acer, mordax, ingratus. DALB.

12. *Horum jus traditur alvum,* etc. Cf. Athen. III, 86, sqq. Sic et Horat. Sat. II, 4, v. 27. Sed vid. not. 19. A.

13. *Destringere.* Detergere. H.

14. *Item prodesse fellis.* In Reg. 2, Colb. 3, et Cl. obesse, vitiis scilicet obest, quum ea amolitur. H.

15. *Pituitæque pulmonis.* Morbis pulmonis e bilioso et pituitoso succo genitis. DAL.

16. *Cinis eorum potus emendat caligines.* Lotus, non potus, in apographo nostro: cui lectioni suffragantur verba infra paulo sequentia: • lavantur quoque plumbi modo ad

genarum crassitudines. • PINT. — *Cinis eorum potus emendat.* Nihil Diosc. Illinitur, aut instillatur convenientius. DAL.—Sic quoque Reg. 2, et Pintiani codex. Hactenus editi et Colb. 3, potus, minus sincere, ut arbitror. HARD.

17. *Et contra dorycnium.* Scrib. Larg. Comp. 191: • ad dorycnion: Adjuvari debent læsi ab eo ... conchyliis omnibus crudis atque decoctis. • HARD.

18. *Opocarpathon.* Carpathi succum, de quo cap. 20. HARD.

19. *In mitulos.* Μύζες. Horatius, • ... si dura morabitur alvus; Mutulus et viles pellent obstantia conchæ. • Athenæus, lib. III, μύτλον interpretatur τάλινον. Cato de Re Rustica, CLVIII, 1: • Alvum dejicere hoc modo oportet: Sume tibi mutulorum lib. II piscem capitonem. • Victor. III, 13. DALB.

qui salem virusque²⁰ respiciunt : myiscas²¹, quæ rotunditate differunt, minores aliquanto atque hirtæ, tenuioribus testis, carne dulciores. Mituli²² quoque, ut murices, cinere causticam vim habent : et ad lepras, lentigines, maculas. Lavantur²³ quoque plumbi modo ad genarum²⁴ crassitudines, et oculorum albugines, caliginesque, atque in aliis partibus sordida hulcera, capitisque pusulas. Carnes²⁵ vero eorum ad canis morsus imponuntur. At pelorides emolliunt⁵ alvum : item²⁶ castorea ex aqua mulsa drachmis binis. Quæ

20. *Qui salem virusque.* Geminus in hanc locum error irrepsit, meo quidem iudicio, quanquam de priorè ampliandum censeo. Posterior extra omnem controversiam est : nam quod typi præferunt, *carne duriores*, manuscripti codices, Reg. 2, alique dissentiunt, qui *dulciores* exhibent : neque ii modò, sed et Athenæus ipse, cujus verba mox afferemus. Verum paulò *εἴτε*, quum eadem conditiva exemplaria miro consensu salem retineant, *scillam* rescribere mihi religio fuit, etsi ita scripsisse intelligo Athenæum, geminum illud myacum genus totidem ferme verbis alioqui explanantem, III, pag. 87, ut non sit ovum ovo similis, quam sunt ista inter se, quæ uterque prodit. Τῶν δὲ μυῶν, inquit, . . . οὐρητικώτεροι μάλλον, οἱ ἐπὶ τὴν κοιλίαν φερόμενοι. Εἰσὶ δ' αὐτῶν ἴσιοι καὶ σκωλώδεις, κακόχυλοι τε καὶ πρὸς τὴν γαστρὶν ἀπειθεῖς. Οἱ δὲ ἐλάσσονες τούτων καὶ δασυῖς ἔξωθεν, οὐρητικώτεροι μὲν εἰσὶ, καὶ εὐχλωτέροι τῶν σκωλωδῶν, ἀτροφώταροι δὲ διὰ τὸ μέγεθος, etc. - Musculi autem . . . ad urinam provocandam commodiores, et ad solvendam alvum : sed ex his quosdam mordaci et ingrato sapore

scillam respicere, vitiosum succum procreare, gustui displicere : his autem miuores, et foris hirtos, urinam magis ciere, et succum meliorem suppeditare, quam quibus scilla gustus est, sed minus alere, tum quia magnitudine aliis pares non sunt, etc. - Suboluit ante nos error iste Gesnero. HARD.

21. *Myiscas.* Leg. *myscos* qui, etc. *hirti*, Rondel. *myscos* parvos *μύσας* hirtos esse dicit, quoniam testa foris pigra fere semper musco aut lanugine obducitur. DAL.

22. *Mituli.* Hos vulgus in Gallia musculos vocat, *des muscles* ; *μυῖσας*, *des moules*. HARD.

23. *Lavantur.* Dioscor. II, 7 : Μύσας . . . καίντες τὸ αὐτὸ δρῶσι τοῖς κήρυξιν. Ἰδιαίτερον δὲ, πλυθέντες ὡς μάστιγας, χρησιμεύουσιν εἰς τὰ ὀφθαλμικά σὺν μέλιτι, ἐκτρήκοντες παχύτητας βλεφάρων, καὶ σμήκοντες λευκώματα, καὶ τὰ ἄλλως ἐπισκοπούμενα ταῖς κόραις. Quæ verbis totidem Plinius. HARD.

24. *Genarum.* Palpebrarum. H.

25. *Carnes.* Diosc. l. c. et Galenus similiter, de Fac. simpl. med. XI, 1, pag. 299. HARD.

26. *Item castorea.* Pari modo sumpta et menses cient, et partus

vehementius volunt²⁷, addunt cucumeris sativi radicis siccatae drachmam²⁸, et aphronitri duas. Tetheæ²⁹ torminibus et inflationibus occurrunt. Inveniuntur³⁰ hæc in foliis marinis sugentes, fungorum verius generis, quam piscium. Eadem et tenesum dissolvunt, renumque vitia. Nasctur³¹ et in mari absinthium, quod aliqui Seriphium vocant, circa Taposirin maxime³² Ægypti, exilius terrestri. Alvim solvit, et noxiis³³ animalibus intestina liberat. **6** Solvunt³⁴ et sepiæ. In cibo dantur cum oleo, et sale, et farina, decoctæ. Mænæ³⁵ salsæ cum felle taurino illitæ umbilico, alvim solvunt. Jus³⁶ piscium in patina cocto-

secundasque ejiciunt, teste Diosc. II, 26. HARD.

27. Qui vehementius volunt uti, addunt cucumeris sativi radicis sicca drachmam. Verbum uti non legitur in vetusto codice: et siccata, non sicca, scribendum. PINT.

28. Cucumeris sativi radicis sicca drachmam. Voss. siccare. Lege, siccata, ut et Pintianus. GRON.

29. Tetheæ. Leg. tethya, et mox, hæc, etc. sugentia. Plinius Græcorum neutrum genus τήβια vertit in femininum Latinorum. Nominis ratio est, quod τήβων, id est, nutricum mammis similia sint. DALEC.

30. Inveniuntur. Vide quæ diximus de iis cap. sup. HARD.

31. Nasctur. Hæc jam delibata superius, XXVII, 29. HARD.

32. Taposirin maxime Ægypti, exilius terrestri. Urbs hæc sita erat extra insulam Deltaicam, non longe a Cauopico flumine, sed occidentem versus. Dicebatur quoque olim Taphosiris, tum Busiris (Βούσιρις Herodot. lib. II, cap. 60; Βούσιρις Strab. lib. XVII.) Ve-

rum nomen, Cl. CHAMPOLLION min. judice, Pousiri, unde nonnunquam Tapousiri (dum adjectitius præfiscitur τα, artic. fem. ut in *Chompo*, vel *Tachompo*) et Taphousiri, quod Græci prætulerunt dum hic Οσίριδος τάρον somniant, synonymiamque vocabulorum *Busiridos* et *Taphosiridos* eo de nomine esse volunt, quod in bovis effigie sepultus diceretur Osiris. Verum quidem. Sed nec in hoc oppido certissime sepultus est; nec crediderit vir sanus ullus solitos Ægyptios græca lingua ad deorum sepulturam nominandam uti, magis quam ad astronomicas res docendas. Α τάρω et Osiri tunc *Pousiri* et *Tapousiri* esse dicentur, quum *Sri*, vel *Siri* (græce Σίριος), a θέρω. AJ.

33. Et noxiis. Marc. Emp. cap. XXVIII, pag. 199. HARD.

34. Solvunt. Inter ea quæ alvim movent, sepiarum atramentum Celsus adnumerat II, 29. H.

35. Mænæ. Plin. Val. II, 23. H.

36. Jus. Totidem verbis Marc. Emp. cap. XXXIX, pag. 203, et Plin. Val. II, 24. HARD.

rum cum lactucis tenesmun discutit. Cancri³⁷ fluviatiles triti ex aqua poti, alvum sistunt, urinam cient, in vino alvum³⁸. Ademptis³⁹ brachiis calculos pellunt tribus obolis cum myrrha triti, singulis eorum drachmis. Ileos et 7 inflationes castorea cum dauci semine, et petroselini, quantum ternis digitis sumatur, ex mulsi calidi cyathis quatuor: tormina vero cum anetho⁴⁰ ex vino mixto. Erythini in cibo sumpti sistunt alvum. Dysentericis medentur ranæ, cum scilla decoctæ, ita ut pastilli fiant: vel cor earum cum melle tritum, ut tradit Niceratus. Morbo regio salsamentum⁴¹ cum pipere, ita ut reliqua carne absteatur.

XXXII. Lienis medetur solea piscis impositus: item torpedo: item rhombus vivus: dein remittitur in mare.

37. *Cancris*. Plin. Val. II, 27. H.

38. *In vino alvum*. Sic omnes editi, cum Colb. 3. At Reg. 2 et Ch. in vino albo. HARD.

39. *Ademptis*. Simpliorem via Marc. Emp. cap. xxvi, pag. 177: - Cancris testam, inquit, diligenter teres, et vino subdulci miscebis, et colatam potionem dabis bibendam ei qui calculi molestia laborabit. -

40. *Cum anetho*, etc. Scilicet, ut contra inflationes petroselini semen, sic contra tormina anethum, haud multum absimile, castoreis admiscetur. Sic nos huic loco curationem adhibuimus ductu codicum Reg. 2 et Ch. præsertim ita postulante orationis serie. Typi ad hunc diem omnes, - cum aceto vino admixto -, exhibent. HARD.

41. *Salsamentum*. Præsertim ex aphyis, et aliis tenellis pisciculis. DALEG.

XXXII. 1. *Lienis*. Ita Reg. 2. In Indice hujus loci, ex MSS. omnibus, *Solea piscis rhombus*. In Reg.

1, et Colb. 3. hoc loco, *item robur*. Et *strombus* tamen ex suo exemplari reponere pro *rhombus* nititur Pin-tianus. Frustra est. Nam Marc. Emp. hunc locum transcribens, cap. xxiiii, pag. 165: - Solea piscis, inquit, spleni imponitur, vel torpedo, vel rhombus: sed impositus rursus vivus in mare mittatur, mire prodest. - Quin et in absurda Plinii Valeriani lectione, quæcumque ea est, vestigia haud obscura exstant, ex quibus erui sincera possit: sic enim ille, II, 18: - Splenis dolori solea piscis contra ligatur: Torpedorum et buscum, si vividum superligatur, etc. - Trajectæ sunt nempe litteræ, in hunc modum restituendæ, *Torpedo, et rhombus*, etc. HARD.

2. *Item rhombus vivus*. *Strombus*, non *rhombus*, in antiquo exemplari: est autem *strombus* piscis genus, ut constabit ex ultimo capite hujus voluminis et ex aliis scriptoribus. PINT.

Scorpio³ marinus necatus in vino, vesicæ vitia, et calculos sanat. Lapis⁴, qui invenitur in scorpionis marini cauda, pondere oboli potus: enhydridis jecur: blendiorum⁵ cinis cum ruta. Inveniuntur⁶ et in bacchi piscis capite ceu lapilli. Hi poti ex aqua calculosis præclare medentur. Aiunt et urticam marinam in vino potam prodesse: item pulmonem marinum decoctum in aqua. Ova⁷ sepia⁸ urinam movent, renumque pituitas extrahunt. Rupta convulsa cancri fluviatiles triti in asinino lacte maxime sanant: echini⁸ vero cum spinis suis contusi in vino poti calculos. Modus⁹ singulis hemina: hibitur donec prosit: et alias in cibis ad hoc proficiunt. Purgatur vesica et pectinum cibo. Ex his¹⁰ mares alii donacas, alii aulos vocant: feminas

3. *Scorpio*. Totidem verbis Plin. Val. II, 39, et Marc. Emp. cap. xxvi, pag. 181. HARD.

4. *Lapis, qui invenitur in sc. marini cauda*. Mallet in capite legi Rondeletius, VI, 19. Reclamant omnia exemplaria. Reclamat Plin. Val. II, 39: « Vesicæ et calculo purgando: Lapillus, inquit, qui invenitur in scorpionis marini cauda utiliter potatur. » Et luculentior auctor Marc. Emp. cap. xxviii, pag. 181: « Lapillus, qui invenitur in scorpionis marini cauda, tritus utiliter hibitur cum vino a stranguioso. » HARD.

5. *Blenniorum cinis*. Mugilum myxonum: de quibus lege Rondeletium. Belennos Oppianus vocat. DALRG. — *Blendiorum*. Ita Reg. 1 et 2, ac Colb. 3. Et index hujus loci ex omnium codicum fide, *blendea*. In editis, *blenniorum*. Oppiano, I, 108, βλάννος. Athenæo, VII, pag. 288, βλάννος. Describitur a Rondeletio pisciculus pelagius, ra-

rissimusque, VII, 9, pag. 214. H.

6. *Inveniuntur*. Plin. Val. II, 39: « Inveniuntur in brancis (lege bacchi) piscis capite quasi lapilli, qui poti ex aqua, calculosis præclare medentur. » HARD.

7. *Ova sepia urinam movent*. Marcell. Emp. ad verbum, cap. xxvi, pag. 179. HARD.

8. *Echini*. Plin. Val. II, 39, et Marc. Emp. cap. xxvi, p. 177. H.

9. *Modus*. Hoc est, ut Plinii Val. paraphrasi utar, « singuli ex hemina vini bibuntur. » HARD.

10. *Ex his*. Hoc est, e pectinibus. Pectinum autem vocabulo laxius abutitur, ut solenes quoque eo comprehendat. Nam de solenibus totidem verba facit Diphilus Siphnius medicus, apud Athenæum, III, pag. 90: Οἱ δὲ σωλῆνες μὲν πρὸς τιῶν καλούμενοι, πρὸς τιῶν δὲ καὶ αὐλοὶ, καὶ δόνακες, καὶ θουγες, πολύχυλοι, καὶ κακόχυλοι, κολλώδεις. Καὶ οἱ μὲν ἀρρηνες αὐτῶν ραβδῶται εἰσι, καὶ οὐ μονοχρώματα. Εἰσὶ δὲ τοῖς

onychas. Urinam mares movent. Dulciores feminæ sunt, et unicolores. Sepiæ¹¹ quoque ova urinam movent, renes purgant.

XXXIII. Enterocelicis lepus illinitur tritus cum melle. Jecur quoque aquaticæ colubræ¹, item hydri tritum potumque², calculosis prodest. Ischiadicis³ autem liberant salsamenta ex siluro infusa clystere, evacuata prius alvo Sedis⁴ attritus cinis e capite mugilum mullorumque: comburuntur autem in fictili vase: illini cum melle debent. Item capitis mænarum cinis et ad rhagadas, et ad condylomata utilis: sicut pelamidum salsarum capitum cinis, vel cybiorum cum melle. Torpedo apposita procidentis⁵ interanei morbum ibi coerces. Cancrorum fluviatilium.

λιθώσι, καὶ ἄλλαις δυσουρίαις εἰθετοῖσι δὲ θηλαίαις μονοχρώματι τὰ ἴσθια, καὶ γλυκύτεροι. — Quos nonnulli solenas vocant, quidam aulos, donacas, onychas, succi multum suppeditant, sed pravi ac glutinosi. Ex his mares, virgati, colorisque cærulei, calculosis et ægre meientibus opitulantur: feminæ vero unicolores sunt ac dulciores. — De synonymia vero si spectaveris, Dalecampium inf. vide; a quo nominum omnium ratio probe enucleatur. H. et A. — *Donacas*. Δόνακας, a figura cavæ et crassæ arundinis, quæ apud fluvios nascitur: αὐλοῦς, quod tubæ modo sculpti sint: δονυχας, a colore et figura extremis unguibus nostris simili, qua de causa et δακτυλοῖ, id est, digiti vocantur, lib. XI, cap. 61, et hujus libri cap. ultim. DAL.

11. *Sepiæ quoque ova*. Paulo ante id jam scriptum fuit. DAL. — *Sepiæ*. Hanc clausulam vix Pliniam puto, quum proxime ante

idem diserte offeratur. — Ova sepîæ urinam movent, renumque pituitas extrahunt. — HARD.

XXXIII. 1. *Jecur quoque aquaticæ colubri*. Verbum quoque redundat, et *aquaticæ colubra* sexu feminino, in eodem, ut supra capite 7 (19, 26), — *Enhydri* vocatur a Græcis colubra in aquis vivens: — sic enim ibi legendum ex vetusto codice. PINT.

2. *Item hydri tritum potumque*. Ita Reg. 2, cæterique MSS. Anguium genus id est, quod in terra et in aqua vivit, ut dictum est XXIX, 22. HARD.

3. *Ischiadicis*. Simile quod allatum supra, cap. 30. *Ischiadicorum* dolores lenit — muria siluri clystere infusa. — HARD.

4. *Sedis*. Marc. Emp. cap. xxxi, pag. 222, etiam carnes horum decoctas, cum melle subactas et impositas, prodesse scribit. H.

5. *Procidentis*. Procidentis sedis. HARD.

cinis ex olea et cera, rinas in eadem parte emendat : item et marini cancri polline.

- XXXIV. Panos salsamenta coracini discutiunt : sciænæ¹ interanea et squamæ combustæ : scorpio in vino decoctus, ita ut foveantur ex illo. At echinorum testæ contusæ² et ex aqua illitæ, incipientibus panis resistunt. Muricum³ vel purpurarum cinis utroque modo, sive discutere opus sit incipientes, sive concoctos emittere. Quidam⁴ ita componunt medicamentum : ceræ⁵ et thuris drachmas xx, spumæ argenti xl, cineris muricum x, olei veteris heminam. Prosunt⁶ per se salsamenta cocta. Cancrī fluviatiles triti verendorum pusulas discutiunt : cinis⁷ ex capite mænarum : item carnes decoctæ et impositæ. Similiter percæ salsæ e capite cinis melle addito. Pelamidum capitis cinis, aut squatinæ piscis cutis combusta⁸. Hæc est⁹, qua diximus lignum poliri : quia et e mari fabriles¹⁰ usus exeunt. Prosunt et smarides illitæ : item¹¹ muricum vel purpurarum testæ cinis cum melle : efficacius crema-

XXXIV. 1. *Sciænæ*. Umbræ : Monpessulani, *pois rey*, piscis regius. DALÆC.

2. *At echinorum testæ contusæ*. Plin. Val. III, 27. HARD.

3. *Muricum*. Totidem verbis Marc. Emp. cap. xxxii, pag. 225, et Plin. Val. l. c. HARD.

4. *Quidam*. Hæc syllabis plane totidem Plin. Val. III, 3. Hoc medicamentum Græci διὰ ὀσράκων vocant. HARD.

5. *Ceræ et thuris drachmas XX*. Paulo libro VII describitur connectio διὰ τῶν ὀσράκων hoc modo : « Cadmie thuris, sing. unc. i, cineris ostreorum unc. III. » DAL.

6. *Prosunt*. Plin. Val. l. c. H.

7. *Cinis*. Diosc. II, 131 : Κχι τῆς μαινίδος διὰ κερπλή καίσα λεία

τὰς ἐν δακτυλίῳ τετυλωμένας ῥαγάδας καταπασθεῖσα ἀρίστη. « Mænæ quoque caput ustum, tritumque, si inspergatur, sedis rhagadas emendat. » Galenus similiter de Fac. simpl. med. lib. XI, cap. 1, pag. 302. HARD.

8. *Aut squatinæ piscis cutis combusta*. Dele verbum *piscis* ex antiquo codice, et paulo post, *zmarides*, non *smarides*, antiqua orthographia. PINT.

9. *Hæc est*. Lib. IX, 14. *Asperacuta* integuntur, « ut squatina, qua lignum et eborā poliuntur. » H.

10. *Fabriles*. Quæ ad fabrorum pertinent usus. HARD.

11. *Item muricum*. Hæc Plin. Val. ad verbum, II, 41, et Marc. Emp. cap. xxxiii, pag. 230. H.

tarum cum carnibus suis. Carbunculos¹¹ verendorum privatim salsamenta cocta cum melle restinguunt. At¹³ testem, si descenderit, cochlearum spuma illini volunt.

XXXV. Urinæ¹ incontinentiam hippocampi tosti et in cibo sæpius sumpti emendant. Item ophidion² pisciculus congruo similis cum lilii radice. Pisciculi minuti, ex³ ventre ejus qui devoraverit exempti, et cremati, ita ut cinis eorum bibatur ex aqua. Jubent⁴ et cochleas Africanas cum sua carne comburi, cineremque ex vino Signino dari.

XXXVI. Podagris¹ articulariisque morbis utile est oleum, in quo decocta sint ranarum intestina : et rubetæ cinis cum adipe vetere. Quidam et hordei cinerem adjiciunt, trium rerum æquo pondere. Jubent et lepore marino recenti podagram fricari. Fibrinis quoque pellibus calceari, maxime Pontici fibri. Item vituli marini²; cujus

12. *Carbunculos*. Marc. Emp. et Plin. Val. II. cc. HARD.

13. *At testem*. Plin. Val. II, 42. Noster ipse superius, XXX, 22 : « Si decidat testium alter, spumam cochlearum illitam remedio esse tradunt. » HARD.

XXXV. 1. *Urinæ*. Sic MSS. omnes, sic ipse Plinius, XXX, 22, ubi eadem genera morborum ordine persequitur : seminis incontinentiam, quam Rondeletius hic obtrudit, XIV, 5, inter illa non recensuit. HARD.

2. *Item ophidion*, etc. ὀφίδιον, quasi parvum serpentem dicas, diminuto nomine ab ὄφις, Monspe-liensibus *donzella*, dicitur, ut auctor est Rondeletius, XIV, 2. H.

3. *Ex ventre*. Ex ventre piscis alterius. HARD.

4. *Jubent*. Verbum verbo transcripsit Plin. Val. II, 40. Quin et ipse Noster, XXX, 22 : « Sicut ad

urinæ incontinentiam . . . cochleas Africanas cum sua carne et testa crematas, poto cinere. » HARD.

XXXVI. 1. *Podagris*. Marc. Emp. cap. xxxvi, pag. 246 : « Utiliter in dolore perunguntur pedes oleo in quo decocta sint intestina ranarum. Ranæ quoque rubetæ exustæ cinis, etc. » Totidem verbis et Plin. Val. III, 14. HARD.

2. *Item vituli marini*. Ita MSS. omnes. Subintellige, pellibus calceari, vel ut MSS. habent, *calciari*. Marc. Emp. cap. xxxvi, pag. 246 : « Vituli marini . . . pelle facta calciamenta, si quis in quotidiano usu habuerit, efficaciter podagræ morbo carebit. » Plin. Val. III, 14 : « Podagræ depellendæ : Adipe vituli marini, inquit, pedes perunguntur : cujus et pellibus calciari convenit. » Galenus item, Εὐπορ. III, pag. 663 : Πρὸς ποδαγρίαν. Φώκης δέρμα, ἢ λόντος, ἢ λύκου,

dimittant in aquam, tertianas abigi promittunt. Eosdem oculos cum carnibus lusciniæ¹⁰ in pelle cervina adalligatos, præstare vigiliam somno fugato tradunt. In lethargum vergentibus coagulo balænae, aut vituli marini ad olfactum utuntur. Alii sanguinem testudinum lethargicis illinunt. Tertianis mederi dicitur et spondylus percæ¹¹ adalligatus: quartanis cochleæ fluviatiles in cibo recentes. Quidam ob id asservant sale, ut dent tritas in potu.

- 1 XXXIX. Strombi¹ in aceto putrefacti, lethargicos excitant odore. Prosunt et cardiacis. Cachecticis, quorum corpus macie conficitur, tethea utilia sunt cum ruta ac melle. Hydropicis² medetur adeps delphini liquatus, cum vino potus. Gravitati saporis³ occurritur tactis naribus unguento, aut odoribus, vel quoquo modo obturatis. Strombi quoque carnes tritæ, et in mulsi tribus heminis pari modo aquæ, aut si febres sint, ex aqua mulsa datæ

alligatos legito, non adalligatos: et confestim, in lethargumque vergentibus, dele conjunctionem. ΠΙΠΤ. — *Magi quoque, etc. Sic Reg. 2, et alii MSS. non earum, ut editi: et mox cæcos, non cæcas: ad caucros enim fluviatiles ea pertinent. Plin. Val. III, 5: « Tertianæ curandæ. Cancri fluviatilis, inquit, oculi eruti alligantur, et ipse cancer in aquam remittitur. » H.*

10. *Cum carnibus lusciniæ. Ælianus, H. A. I, 43, de lusciniæ: Λίγουσι δὲ καὶ τὰ κρέα αὐτῆς εἰς ἀγρυπνίαν λυσιτελεῖν, « ejus etiam carnes vigiliam fovere aiunt. » H.* — *Lusciniæ. Quoniam lusciniæ noctes totas insomnes canunt. DALEC.*

11. *Et spondylus per se adalligatus. Τράχηλις Athenæi. Vide Rondeletium. DALEC.* — *Et spondylus per se adalligatus. Scribendum percæ, non*

per se, ex eodem, quod alii etiam annotarunt. ΠΙΠΤ. — *Et spondylus, etc. Σπόνδυλος, sive σπόνδυλος vertebra est spinæ dorsi, ut omnes norunt. In libris hactenus editis per se, inepte, pro percæ, ut in Reg. 2 cod. Colb. 3, et in eo quem Pinitianus vidit. HARD.*

XXXIX. 1. *Strombi. Στράβιλοι turbines. Vide eundem. DAL.*

2. *Hydropicis. Plin. Val. III, 12, de hydropisi: « Adeps delphini, inquit, ex vino bibitur: propter graveolentiam naribus obturatis, aut unguento optimo tactis. » H.*

3. *Saporis. Monet Dalecampius in quodam MS. legi saporis: perinde quasi sit de lethargo sermo: quod quam ineptum sit, tum ex Plinii Valeriani verbis proxime allatis palam est, tum quod quæ sequuntur remedia, ad hydropicos adhuc spectant. HARD.*

proficiunt. Item succus cancrorum fluviatilium cum melle. Ranæ quoque aquaticæ in vino vetere et farre decoctæ, ac pro cibo sumptæ, ita ut bibatur ex eodem vase. Vel testudo decisis pedibus⁴, capite, cauda, et intestinis exemptis, reliqua carne ita condita, ut citra fastidium sumi possit. Cancrī⁵ fluviatiles ex jure sumpti, et phthisicis prodesse traduntur.

XL. Adusta¹ sanantur cancri marini vel fluviatilis cinere : et ea quæ ferventi aqua combusta sunt. Hæc curatio etiam pilos restituit cum ranarum fluviatilium cinere. Putantque utendum cum cera et adipe ursino. Prodest² et fibrinarum pellium cinis. Ignes sacros restinguunt ranarum

4. *Vel testudo decisis pedibus.* Plin. Val. l. c. totidem verbis. H.

5. *Cancrī.* Plin. Val. l. c. hydropticis pariter auxiliari scribit : phthisicis Aetius, lib. II, cap. 174, pag. 76. HARD.

XL. *Adusta.* Hactenus legebatur, « cum cancrorum fluviatilium cinere. » Inepte : quorsum enim prodesse dicatur cancri fluviatilis cinis, cum cancrorum fluviatilium cinere? Auctor emendandi existit Plin. Val. qui utriusque remediū meminit, III, 36 : « Eis vero, inquit, quæ ferventi aqua combusta sunt, ranarum cinis inspersus adeo prodest, ut etiam pilos reddat. » Et paulo post : « Cancrorum marinorum vel fluviatilium cinis ex oleo prodest ambustis. » De cancribus idem prodidit et Theod. Prisc. I, 17 : « De ustione calidæ vel ignis. » HARD.

1. *Prodest et febri ranarum fellis cinis.* Scribo, « prodest et fibrinarum pellium cinis, » ex vetusto codice. De fibrinis pellibus capite

antecedente non longe a fine, « fibrinis quoque pellibus calcinari, etc. » Mentio quoque earum paulo infra. PINT. — *Prodest et febri ranarum fellis cinis.* Quatuor scripti : *fellium cinis.* Voss. *fibri iranarum pallium.* Nihil hic voluit de febri, nihil de felle ranarum. Lege : « Prodest et fibrinarum pellium cinis. » Infra : « Fibrinarum pellium cum pice liquida combustarum cinis. » Et hoc Pintianus. GROS. — *Prodest.* Nempe ad ambusta sananda. Sic totidem plane syllabis apicibusque litterarum Reg. 2 codex, et is quem Pintianus laudat. Typi hactenus præferunt, « Prodest et febri ranarum fellis cinis, » quo nihil dici absurdius potest : neque enim hic febri locus, cui sanandæ medicamenta jam omnia exhausta sunt cap. 38. Adstipulatur et Plin. Val. III, cujus lemma est, « Ambustis sanandis : Efficax est, inquit, fibrinarum pellium cinis. » Quod ex hoc ipso Plinii loco hausit. Fibrinarum pellium cinerem et ad san-

viventium ventres impositi: pedibus posterioribus pronas adalligari jubent, ut crebriore anhelitu prosint. Utuntur et silurorum capitum cinere, salsamentorum ex aceto. Pruriturum³ scabiemque non hominum modo, sed et quadrupedum efficacissime sedat jecur pastinacæ decoctum in oleo.

XLI. Nervos vel præcisos purpurarum callum¹, quo se operiunt, tusum glutinat. Tetanicos² coagulum vituli adjuvat in vino potum oboli pondere: item ichthyocolla. Tremulos³ castoreum, si ea oleo perungantur. Mullos⁴ in cibo inutiles nervis invenio.

guinis e nare profluvium Plinius commendat, cap. 42. HARD.

3. Pruriturum. Plin. Val. III, 39. HARD.

XLI. 1. Nervos vel præcisos purpurarum callum. Intelligo autem operculum, quale et in terrestribus cochleis conspicimus, quoties intra calicem contractæ suo succo vititant. GELLEN. — Nervos vel præcisos, Leg. - vel præcisos id quo purpuræ cavum suum operiunt. - His intelligit purpurarum τὸ πῶμα Galeno: τὸ κἀθύμμα, ἐπικἀθύμμα, ἐπίπυγμα Aristot. DAL. — Purpurarum. Sub illo operculo exserta lingua pasci purpuræ solent. Carni hæret, ut unguis noster, duriusculum, nec tam siccum tamen quam testa: neque tam humidum, quam cochlearium est, quod ex glutinoso humore, sive ex mucosuo sibi ipsæ conficiunt. Pictum vide apud Rondelet. de Testac. II, 2, pag. 64. A Diosc. II, 10, ὄνυξ et πῶμα vocatur, ut dicemus inferius, cap. 46. HARD.

2. Tetanicos. Ita restituimus ductu codicum Reg. 2 et Ch. quum typi perperam edant, lethargicos. At nunc de nervorum vitis agitur,

quorum non postremum tetanus est, de quo XXIII, 24. De lethargo dictum est paulo ante, cap. 38, neque ius potu vituli marini coagulum, sed olfactu prodest, ut ibi Plinius adnotavit. H. — Tetanicos coagulum vituli adjuvat in vino potum. Ex Chiffi. notant, - Tethanicos castoreum. - Voss. - Tetanicos quagulum vituli adjuvat ex vino intum. - Lege: - Tetanicos coagulum vituli adjuvat ex vino inlitum. - Lib. XXIII, 7: - Datur tetanicis et spasticis. - Lib. XXVI, 12: - Peucedani succo perunguntur spastici, tetanici. - Mox Voss. duo: - Tremulos castoreum, si ex oleo perungantur, - sine τῷ juvat. GRON.

3. Tremulos. Subintellige, adjuvat, ex antecedente sententia. (Cf. Gronovianam partem notæ 2.) Sic etiam Marc. Emp. cap. xxxv, pag. 237. HARD.

4. Mullos in cibo inutiles nervis invenio. Quare et aciem oculorum eo cibo hebetari tradunt, ut ait ipse, cap. 24. Epilepticis olim interdicebant mullosum esu, teste Hippocrate de morbo sacro, text. 2, p. 325. HARD.

LII. Sanguinem fieri¹ piscium cibo putant, sisti² potuso illitoque. De quo et hæc traduntur : muriam ex sese emittere, et ideo non debere addi in colo : secari arundine : ferro enim infici, vitiumque re natura³ desinente. Ad sanguinem sistendum et rana illinunt cinerem, vel sanguinem inarefactum. Qui ex ea rana, quam Græci calamiten vocant, quoniam arundines fruticesque vivat, minima omnium et vitima, sanguinem cineremque fieri jubent⁴. Aliqui et, nantium ranarum in aqua, quibus⁵ adhuc cauda est, yce novo combustarum cinerem, si per nares fluat, endum. Diversus hirudinum, quas sanguisugas vocant, ad extrahendum sanguinem usus est. Quippe eadem earum, quæ cucurbitularum⁶ medicinalium, ad corlevanda sanguine, spiramenta laxanda, judicatur. Sed non, quod admissæ semel desiderium⁷ faciunt circa tempora anni semper ejusdem medicinæ. Multi⁸

I. 1. *Fieri*. Sic MSS. omnes, nisi: etsi sequitur proxime, *sisti*. nem fieri, gigni eo cibo sisti, vimque hæc ei alimentum: ut proxime ante nullorum, otem notavit, ut sint in cibo inutiles. HARD.

sisti. Plin. Val. III, 21. H. *Natura*. Bonitate succi vel sic rante in cibis. HARD. —

POISSINET mutari interpunctum, legique sic: « Vitiumque: Natura desinente, ad sanguinem sistendum, etc. » non Duriusculum tamen videtur *ii natura desinente*, duriusquoque *to desinere* pro *desimo* deseri: et omnino vulgærenus. A3.

vitima omnium et viridissima fieri jubent. Tres membranæ:

« viridissima sanguinem cineremque fieri. » Voss. « viridissima sanguinem cinerem vel fieri. » Scribe: « sanguinem cineremque fieri jubent. » Præcessit enim, « ranarum illinunt cinerem vel sanguinem arefactum. » GRON.

5. *Quibus*. Quiddam e limo matrumve utero adhærescens, quod instar caudæ sit. HARD.

6. *Cucurbitularum*. Quas Cels. II, 11, ut Plinius, cucurbitulas: cucurbitas, et cucurbitas ventosas, et ventosas simpliciter, nulloque adjuncto, Theod. Prisc. appellat, II, part. 2, cap. 5, et alibi: Galli, *des ventouses*. HARD.

7. *Quod admissæ semel desiderium*. Præsertim aperiendis mariscis. DALEG.

8. *Multi*. Ita Q. Serenus, cap.

podagris quoque admittendas censuere. Decidunt⁹ satietate, et pondere ipso sanguinis detractæ, aut sale adpersæ.

3 Aliquando tamen affixa relinquunt capita, quæ causa vulnèra insanabilia facit, et multos interimit, sicut¹⁰ Messalinum e consularibus patriciis, quum¹¹ ad genua admississet. Invehunt virus remedio verso¹²; maximeque rufæ ita formidantur. Ergo sugentia ora¹³ forficibus præcidunt: ac veluti siphonibus¹⁴ defluit sanguis; paulatimque morientium capita se contrahunt, nec relinquuntur. Natura¹⁵ earum adversatur cimicibus, et suffitu necat eos. Fibriarum pellium cum pice liquida combustarum cinis, narium profluvia sistit, succo porri mollitus.

1 XLIII. Extrahunt¹ tela corpori inhærentia sepiarum testæ ex aqua, salsamentorum carnes, cancri² fluviatiles triti, siluri³ fluviatilis, qui et alibi quam in Nilo nasci-

XLIII, de podagra depellenda, pag. 153. HARD.

9. Decidunt. Reg. 2, *satiare*, bene quoque, a recto *satias*. Terentio quidem, Lucretio, Livio, aliisque scriptoribus vox admodum familiaris. HARD.

10. *Sicut*. De quo Plin. X, 27, et nos ibi cum eo. HARD. — *Messalinum*. Ejus mentio fit, lib. X, cap. 22. HARD.

11. *Quum*. Reg. 2, *ad genum*. H. — MSS. Mediolanenses duo, teste Rezzonico, *ad genu*; quod POINSINET recepit in textum. AS.

12. *Invehunt virus remedio verso*. *Inveniunt*, non *invehunt*, in apographo nostro. Quid si scribas, - in veneni virus remedio verso. PINT. — *Invehunt*. Remedium quod afferebant, vertitur sic in venenum. HARD.

13. *Ergo sugentia ora*. Monet Dalecampius ex veteri vel typo

vel manuscripto legi commode posse, *Ergo sugentium inferiora*, hoc est, partes inferiores: quam scripturam sequutus est Latus in edit. Elzev. Ita sane legi, si MS. ullus faveat, admodum probarim. HARD. — Emendatio minime hoc loco necessaria est. Non equidem cum gallico interprete POINSINET credam *sugentia ora* unum et idem esse cum hirudinibus. Me iudice *sugentia ora* est *supoirs*. *Sugentia ora* ille præcidit qui corpus sugentium infra os, sed proxime, cædit. AS.

14. *Siphonibus*. Fistulis, quales sunt e quibus emicant salientes aquæ. HARD.

15. *Natura*. Vide quæ dicta sunt XXIX, 17. HARD.

XLIII. 1. *Extrahunt*. Marc. Emp. c. xxxiv, pag. 233, et Plin. Val. III, 49. HARD.

2. *Cancris*. Plin. Val. I. c. H.

3. *Siluri*. Dioscor. II, 29, de

carnes impositæ recentes sive salsæ. Eiusdem cinis hit, et adeps : et cinis spinæ ejus vicem spodiū et.

LIV. Hulcera¹ quæ serpunt, et quæ in his² excrescunt, ipite mænarum cinis vel siluri coercet. Carcinomatarum capita salsarum : efficacius si cineri earum mirur sal, et cunila capitata³, oleoque subigantur. Cancrini cinis usti cum plumbo, carcinomata compescit. Ad⁴ fluviatilis sufficit cum melle, lineaque⁵ lanugine. Aliqui ut alumen melque inmiscere cineri. Phagedænæ siluro erato, et cum sandaracha trito⁶ : cacoethe⁷, et nomæ,

: Καταπλασθεῖσα δὲ ἡ σάρξ
ριγυροῦ, σκόλοπας ἀνάγει. H.

Alibi quam in Nilo nascitur.
mo, vel ut alii legunt, Rheno
anizæ, supra lib. IX, cap. 25.

2. — Quam. Nam in Nilo
dictum est IX, 17. Etiam et
nubio diximus ad lib. IX. H.

IV. 1. Hulcera quæ serpunt et
iis excrescunt, ex capite mæ-
cinis. In scripto codice :

cera quæ serpunt, et quæ, in
excrescunt, capitis mænarum
: ut non multo infra : can-
mænarum cinis cum alio trit-
to. PINT. — Hulcera. Tot-
plane syllabis Plin. Val. III,
IARD.

Ex iis excrescunt. Supervacua
Τῆ ὑπερσπρώσει attollun-
DALB.

Et cunila capitata. Sativa, ut
mænor, quæ et satureia dicta :
nullis ob similitudinem,
ra : ob cacuminis fragran-
capitata, a Q. Sereno, de
curando, thymbra κεφαλῶτή.
thymbræ speciem quam com-
parant cephalotem, etc. H.

— Cunila capitata. Cunila capitata
Sereno κεφαλῶτή, polycnemon,
cunilæ bubulæ, id est, origano foliis simile, sed ea re diversum quod
umbellæ loco in cacumine caulium
corymbi caput habeat, acre et
odoris jucundi. Quamobrem cuni-
lam ut origanum vocaverunt, capi-
tatan vero ad origani differentiam.
Vide quæ adnotata sunt in lib. XX,
cap. 16. DAL.

4. Ad hoc. Diosc. II, 12. H.

5. Lineaque. Sic eleganter lina-
mentum appellat, seu tomentum
lineum, quod vulneribus imponi-
tur, charpie. HARD.

6. Sandaracha trito. Sandarachæ
olim fuit nomen inditum sulfati ex
arsenico, minio atque milto (nostri
vermillon). Porro cautissime his
potuere uti ; nam quidquid arse-
nici vel arsenicalis pharmaci hul-
ceri applicueris, corrodit quidem
citissime ac populatur vitium, cor-
roderet mox carnes, donec gliscente
gangræna, aut tollendum membrum
foret, aut ipse æger tolleretur. A.

7. Cacoethe. Hæc totidem verbis
Plin. Val. III, 22. HARD.

et putrescentia cybio vetere sanantur. Vermes⁸ innati ranarum felle tolluntur : fistulæ aperiuntur, siccanturque salsamentis cum linteolo immissis. Intraque⁹ alterum diem callum omnem auferunt, et putrescentia hulcerum, quæque serpunt, emplastri modo subacta et illita. Et alex purgat hulcera¹⁰, in linteolis concerptis¹¹. Item echinorum testæ cinis¹². Carbunculos coracinorum salsamenta illita discutunt. Item mullorum¹³ salsamenti cinis. Quidam capite tantum utuntur cum melle, vel coracinorum carne.

8. *Vermes innati*. Plin. Valer. ad verbum, loc. cit. De vermibus hæc accipienda, qui hulceribus innaſcuntur. HARD.

9. *Intraque alterum diem*. Plin. Val. l. c. HARD.

10. *Et alex p. hulcera*. In libris hactenus vulgatis, « Et salpe expurgat hulcera : » atque ea voce salpe obstetricem eam signari Rondeletius arbitratur, V, 23, de qua nos egimus in Auctorum indice : de pisce ejus nominis accipiunt alii, quod sane multo verisimilius erat, quom sequatür, « Item echinorum testæ cinis. » Nos vero sic litem dirimimus, ut omnes cadere causa statuamus. Neque enim hic salpe, sed alex locum habet, de qua dictum est abunde XXXI, 44. In Reg. 2 cod. *Et halpex purgat* : unde litterula una extrita, *halpex* superest, quo pacto hanc vocem vetusti alii codices repræsentant. Alecem Plinius, quæ salsamenti præstantissimi, sive gari, est imperfecta sæx, ad hulcera sic modo commendat, ut proxime antea salsamenta ipsa iis immitti præcipit : nec multo post cap. sq. alecem iterum defervefactam ad-

hibet ad alios morbos. Sed, quod conjecturam nostram egregie constabit, Plin. Val. hunc locum summa fide transcribens, III, 22 : « Alece, inquit, linteolis concerptis imposito, purgantur hulcera ; » ut nullus sit jam reliquus de nostra emendatione dubitandi locus. *Alecem in linteolis concerptis* idem Valerianus iterum adhibet, ejusdem libri cap. 51, ad morsum canis non rabiosi. HARD.

11. *In linteolis concerptis*. Concerpta linteola, ut alibi diximus, Carpiam sequior ætas appellavit : nostri deinde *charpie*, quæ vox chirurgis nota : nam vulneribus inditur. Græcis medicis *μοτός* est, vel *τῶτός μοτός*. HARD.

12. *Item echinorum testæ cinis*. Diosc. II, 2, de echini marini testa : *Κεκαυμένον δὲ καθαίρει τὰ ῥυπαρὰ ἔλκη, καὶ κατασθάλει τὰ ὑπερσφικύοντα*. « Cremata testa, seu testæ cinis, hulcera sordida expurgat, eaque reprimit quæ in hulceribus ipsis excrescunt. » HARD.

13. *Item mullorum*. Theod. Prisc. IV, 18, de carbunculis : « Mollium salsamentorum combustorum cinis adhibitus juvat. » HARD.

cum cinis cum oleo tumorem tollit : cicatrices⁴ felionis marini.

LV. Verrucas¹ tollit glani jecur illitum : capitis² mænam cinis cum allio tritus : ad thymia crudis³ utuntur : scorpionis marini rufi⁴ : smarides⁵ tritæ illitæ. Alex-vefacta unguium scabritiam, cinisque e capite mænæ extenuat.

LVI. Mulieribus lactis copiam facit glauciscus e jure cotus, et smarides cum ptisana sumptæ, vel cum fello decoctæ. Mammæ¹ ipsas muricum vel purpurarum cinis cum melle efficaciter sanat. Cancri fluvialliti, vel marini², pilos in mamma³, vel muricum

Cicatrices. Plin. Val. III, HARD.

V. 1. *Verrucas.* Qui et glanis r, IX, 67. HARD.

Capitis. Sic libri omnes editi, γ. α, Colb. 3, allique. In Ch. leo : et Plin. Val. III, 42 : verrucas, clavos, et callos. um mænarum cinere cum rito : alii codd. cum allio. II. *Ad thymia crudis utuntur.* Mædelicet. Ita MSS. omnes. Mi-ondeletium, V, 13, hæsisse in a perspicua : confessumque sset hic *crudis*, se non videt *thymia sedis*, legi fore satius : am Diosc. II, 31, ad callosas rhagadas mænarum capitis m inspergi jubet. Sed longe radibus seu fissuris ani discrethymia, sive thymi, hoc est, cæ, fabæ magnitudine, quæ re thymi nomen habent. De sedis nihil hic auctor voluit.

Fel scorpionis marini rufi. us apud Athen. VII, p. 320,

scorpionum duplex statuit genus : pelagium alterum, alterum in cœnosis aquis degentem : et hunc nigricantem, illum vero rufum : και ὁ μὲν πηλάγιος πυρρόος, ὁ δὲ ἑταρὸς μελανίζων. HARD.

5. *Smarides.* Diosc. II, 50 : Σμαρίδες ταριχηρᾶς ἢ κεφαλῆ καίσα, ὀχνησὺλοι ὑπερσαρκῶντα, καινομάς ἴζησι, ἦλους, και θύμους ἀναλίσκει. • Smaridis salitæ caput exustum tritumque, excrescentes in hulceribus carnes cohibet, nomasque compe- scit : clavos thymosque absumit. • HARD.

XLVI. 1. *Mammæ.* Ulceratas, lacte turgentes. Quod vitium intrâ lactationis tempora perfrequens occurrit. Adi Theod. Pr. III, 1. A.

2. *Cancri fluviales illiti, vel marini.* Demendum verbum illud *illiti*, ex antiquo exemplari, et paullo post, *crescere mammæ ; dele mammas.* PINT.

3. *Pilos in mamma.* Vide quæ adnotata sunt in lib. XXVI, cap. ult. DALZC.

carnes appositæ tollunt. Squatinæ⁴ illitæ crescere mammas non patiuntur. Delphini adipe linamenta⁵ accensa excitant vulvæ strangulatu oppressas. Item strombi in aceto putrefacti⁶. Percarum vel mænarum capitis cinis admixto sale, et cunila, oleoque, vulvæ medetur: suffitione quoque secundas detrahit. Item vituli⁷ marini adeps instillatu igni naribus⁸ intermortuarum vulvæ vitio: et cum coagulo ejusdem in vellere imponitur⁹. Pulmo marinus alligatus purgat egregie profluvia. Echini viventes tusi et in vino dulci poti. Sistunt¹⁰ et cancri fluviatiles triti in vino potique. Item siluri suffitu, præcipue Africi, faciliores partus³ fieri dicuntur. Cancræ ex aqua poti profluvia sistere: ex hyssopo purgare. Et si partus stranguletur¹¹, similiter poti auxiliantur. Eisdem recentes vel aridos bibunt ad

4. *Squatinæ*. Sic typi, cum Reg. 2. In Ch. *Squatinæ impositæ*. Rondel. XII, 21, experimento id se comprobasse ait, tota squatina mammis imposita, earum incrementum esse cohibitum duriusculasque redditas. HARD.

5. *Linamenta*. Linamentum (vox Celso familiaris) filum est, quod lino volvendo trahitur: qualia sunt ea ex quibus ellychnia confici solent. HARD. — Cæterum medicamen, ut cætera quæ de consulto prætermittimus, absurdum et inane, nil aliud, ni fallor, efficacitatis commendavit quam nominum δελφίς et δελφύς, similitudo. Sic vidimus supra (lib. XXX), morbo regio mederi avem icterum adalligatum; nam ἰκτερός non avis solum, sed et morbus dicitur græce. AZ.

6. *Item scombri in aceto putrefacti*. *Strombi*, non *scombri* ibidem, ut supra etiam notatum est. ΠΙΝΤ.

7. *Item vituli*. Hipp. de morh. mul. II, t. 18, p. 547, inter suffocatas vulvæ remedia, τὰς δὲ βῆνας, inquit, διαλείψαι θλακὸν φώκης, «nares adipe vituli marini illinito.» Pintianus in suo cod. legi *igniaribus* admonet, mendo, ut ex Hippocrate liquet minime jam obscuro. Hujus coagululum quoque suffitu prodesse in uteri strangulatu, scribit Diosc. Εὐπερ. II, 88. H.

8. *Instillatur igni naribus*. *Instillatur igniaribus*, in eodem. ΠΙΝΤ.

9. *Et cum coagulo ejusdem in vellere imponitur*. Brevias in eodem, «coagulo ejusdem in vellere imposito.» ΠΙΝΤ.

10. *Sistunt*. Ad fluxum pariter muliebrem sistendum, vinum Hippocrates præbet, in quo cancri fluviatiles sint antea suffocati, lib. de nat. mul. text. 84, pag. 405. H.

11. *Stranguletur*. In enixu laborioso parturientis matris. DAL.

us continendos. Hippocrates¹² ad purgationes mor-
 que partus utitur illis, cum quinis lapathi radicibus,
 ruta et fuligine tritis, et in mulso datis potui. Idem
 re cocti cum lapatho et apio, menstruas purgationes
 diunt; lactisque ubertatem faciunt. Item in febris quæ
 um capitis doloribus et oculorum palpitatione, mu-
 cus in vino austero poti prodesse dicuntur. Casto-
 1¹³ ex mulso potum purgationibus prodest; contraque
 am olfactum¹⁴ cum aceto et pice, aut subditum pa-
 s. Ad secundas¹⁵ etiam uti eodem prodest cum panace
 cyathis vini: et a frigore laborantibus¹⁶ ternis obolis.
 si castoreum fibrumve supergrediatur gravida, abortum
 re dicitur, et periclitari partus¹⁷ si superferatur¹⁸.
 im et quod de torpedine invenio: si capiatur, quum
 in Libra sit, triduoque asservetur sub dio, faciles
 us facere postea, quoties inferetur. Adjuvare et pa-
 5 icæ radius adalligatus umbilico existimatur, si viventi
 tus sit, ipsaque denuo in mare dimissa. Invenio¹⁹ apud

. *Hippocrates.* Ejus hæc verba
 orb. mul. I, t. 128, pag. 519:
 διον. ἦν ἀπιθάνη τὸ ἐμβρυον . . .
 νους ποταμίους πέντε, καὶ λαπά-
 ραι πηγάου ἑξάν, καὶ αἰθάλον
 οὐ ἴπνου, τρίψασα ἡμοῦ πάντα,
 ὡσαυτα ἐν μελικρήτῳ, ὑπαίθριον
 πινέτω νῆστις ἐκ τρίτου. « Can-
 fluviatiles quinque, et lapa-
 thæ radicem, et fuliginem
 in uno, omnia simul trita, et
 aqua mulsa unita, sub dio
 octem exponat, et jejuna ter
 » HARD.

. *Castoreum.* Diosc. II, 26. H.

. *Vulvam olfactum.* Strangu-
 n. DALEC.

. *Ad secundas.* Diosc. l. c. non
 ita accurate. HARD.

16. *A frigore laborantibus.* Ge-
 latis, quod accidit sæpe in transitu
 Alpium nivosaarum. DAL.

17. *Partus.* MSS. *partu.* — *Labo-
 rantibus.* Gelu torpentibus. HARD.

18. *Si superferatur.* Si sursum
 feratur ac supra caput. HARD.

19. *Invenio.* Operimentum illud
 certi concharum generis est, quale
 in purpura descripsimus, cap. 41.
 Diosc. II, 10: ὄνυξ ἐστὶ πῶμα κερ-
 χυλίῳ, ὁμοίον τῷ τῆς πορφύρας. Et
 mox: Εὐώδεις θυμώμενοι, κασορί-
 ζοντες ποσῶς τῇ ὀσμῇ ἰγείρουσι δὲ
 καὶ εὐτοὶ ὑπερθυμιαθέντες τὰς ἔσπερικῶς
 πνιγόμενας καὶ ἐπιληπτικὰς. Immo
 ipsum esse purpuræ integumentum
 credimus: quum nihil differre a
 purpura conchylium arbitremur,

quosdam ostracium vocari, quod aliqui onychem vocant : hoc suffitum vulvæ pœnis²⁰ mire resistere. Odorem esse castorei, meliusque cum eo ustum proficere. Vetera²¹ quoque hulcera et cacoethe ejusdem cinere sanari. Nam carbunculos et carcinomata in mulierum²² parte præsentissimo remedio sanari tradunt²³ cancro femina, cum salis flore contuso, post plenam lunam, et ex aqua illito.

1 XLVII. Psilothrum est thynni sanguis, fel, jecur, sive recentia, sive servata. Jecur etiam tritum, mixtaque cœdria plumbea pyxide asservatum. Ita pueros mangonizavit¹ Salpe obstetrix. Eadem vis pulmoni marino² : le-

ut diximus IX, 53, etsi refragari Dioscorides videtur. HARD.

20. *Vulvæ panis*. Strangulationibus et suffocationibus uteri. Ἐγίρει τὰς ὑστερικῶς πνιγομένας Diosc. DALRG.

21. *Vetera*. Dioscorid. l. c. H.

22. *Nam carbunculos... mulierum parte præsentissimo remedio sanari tradunt*. In vetere codice non mulierum legitur, sed mulieribus. Legendum itaque mihi videtur sic : « Nam carbunculos et carcinomata in mulieribus percæ præsentissimo remedio sanare traduntur. » PINT.

23. *In mulierum parte præsentissimo remedio sanari tradunt*. Pintianus observat in scripto esse mulieribus : itaque legendum sibi videri : « in mulieribus percæ præsentissimo remedio sanare traduntur. » Sed si percarum ea vis est, quid verbis fiet sequentibus, quæ cancro femina id fieri ostendere videntur? Voss. *muliebris*. Cui voci una littera demenda, ut sit : « in muliebri parte præsentissimo remedio sanari tradunt cancro femina. » Andeg. *in mulieris partus*. Tres alii, *in mulieres*

partu. GROX. — *In mulierum parte*. In Reg. 2, cod. et Pintiani, *in mulieribus parte*. Forte, *in muliebri parte*, nempis ἐν τῷ αἰδείοι, *in muliebris locis*. HARD.

XLVII. 1. *Mangonizavit*. Ornavit et composuit ad alliciendos emptores : dum fuco imberbes diu servavit. Mango est, ut ex Fabio discimus, II, 16, qui colorem falsum inducit mancipiis, quique verum robur inani eorundem sagina mentitur. HARD.

2. *Eadem vis est pulmonis marini, leporis marini sanguine et felle*. Correxerunt sanguinis et fellis. Sed Vossiani duo : *pulmoni marino* ; dein melior etiam *sanguini*. Scribo : « Eadem vis est pulmoni marino, leporis marini sanguini et felli. » Ut et Pintianus. GROX. — *Eadem vis est pulmonis marini : leporis marini sanguine et felle*. In apographo nostro : « eadem vis pulmoni marino : leporis marini sanguini et felli. » Et non multo infra : « adalligatusque idem pavores, etc. » detrahe particulam *que*. PINT. — *Eadem*. Ælian. Hist. Animal. XIII, 27. H.

poris³ marini sanguini et felli : vel si in oleo hic necetur. Cancri, scolopendræ⁴ marinæ cinis cum oleo : urtica⁵ marina trita ex aceto scillite : torpedinis⁶ cerebrum cum alumine illito sexta luna. Ranæ⁷ parvæ, quam in oculorum curatione descripsimus, sanies efficacissime psilothrum⁸ est, si recens illinatur : et ipsa arefacta ac tusa, mox decocta tribus heminis ad tertias, vel in oleo decocta æreis vasis. Eadem mensura alii ex quindecim⁸ ranis conficiunt psilothrum, sicut in oculis diximus⁹. Sanguisugæ¹⁰ quoque tostæ in vase fictili et ex aceto illitæ, eundem contra pilos habent effectum. Et suffitus¹¹ urentium eas necat cimices invectas. Castoreo quoque cum melle pro psilothro usi pluribus diebus reperiuntur. In omni autem psilothro evellendi prius sunt pili.

XLVIII. Infantium gingivis dentitionibusque plurimum

3. *Leporis marini*. Dioscorid. lib. II, cap. 20. HARD.

4. *Scolopendræ*. Diosc. II, 16 : Σκολόπενδρα θαλασσία ἐψηθεῖσα ἐν ἔλαιῳ, καὶ καταχρισθεῖσα, ψιλῶι τρίχας. • In oleo decocta et peruncta pilos detrahit. • HARD.

5. *Urtica marina*. Dioscor. lib. II, cap. 20. HARD.

6. *Torpedinis*. Et carnes quoque ipsæ, teste Æliano, l. c. H.

7. *Ranæ*. De qua cap. 24, quod caput totum est in afferendis oculorum remediis. Q. Serenus, cap. xxxvi, pag. 149 : « Præterea quas-cumque voles avertere setas, Atque in perpetuum rediviva occludere tela, Corporibus vulsis saniem perducto ranæ, Sed quæ parva situ est, et rauco garrula questu. » H.

8. *Ex quindecim*. Sic libri typis editi, cum Colb. 3. At Reg. 2, ex duodecim, facili librariorum

lapsu ex XV in XII, ut sæpe monuimus. HARD.

9. *Sicut in oculis diximus*. Cap. 24. HARD.

10. *Sanguisugæ*. Q. Serenus, l. c. • Nec non quæ stagnis cessantibus hæsit hirudo sumitur, et vivens Samia torretur in olla : Hæc acidis jungit permixta liquoribus artus, Avulsamque vetat rursus percre-scere silvam. • Plinius item Val. I, 21, et III, 52. HARD.

11. *Et suffitus*. Reg. 2 et Ch. *Hic suffitus*. Intricata oratio : sententia tamen non alia est, quam suffitu seu nidore sanguisugarum exustarum cimices necari : quod paulo ante perstrinxit, cap. 42 : « Natura sanguisugarum adversatur cimicibus : et suffitu necat eos. » Quare *invectas* legi malim, quam in Reg. 2 cod. *invecta* legitur. HARD.

confert delphini cum melle dentium cinis, et si ipso dente gingivæ tangantur. Adalligatus idem pavores repentinos tollit. Idem effectus et caniculæ dentis. Hulcera vero, quæ in auribus, aut ulla corporis parte fiant, cancrorum fluvatilium succus cum farina hordeacea sanat. Et ad reliquos morbos triti in oleo perunctis prosunt. Şiriasesque infantium spongia frigida crebro humefacta, rana inversa adalligata efficacissime sanat, quam¹ aridam inveniri affirmant.

1 XLIX. Mullus in vino necatus, vel piscis rubellio¹, vel anguillæ duæ, item uva marina² in vino putrefacta, iis qui inde biberint, tædium vini affert.

1 L. Venerem¹ inhibet echeneis, et hippopotami frontis e sinistra² parte pellis in agnina adalligata³, felve⁴ torpedinis vivæ genitalibus illitum. Concitant cochlearum fluvatilium carnes sale adservatæ, et in potu ex vino datæ: erythini in cibo sumpti: jecur ranæ diopetis vel calamitæ⁵ in pellicula gruis alligatum, vel dens crocodili maxillaris, annexus brachio, vel hippocampus, vel nervi rubetæ dextro lacerto adalligati. Amorem fuit in pecoris recenti corio rubeta alligata.

XLVIII. 1. *Quam aridam.* Exsiccata nimio fervore capitis inflammati. HARD.

XLIX. 1. *Rubellio.* Qui et erythinus græco nomine appellatur, IX, 23. HARD.

2. *Item uva marina.* De qua IX, 1. HARD.

L. 1. *Venerem inhibet echeneis, et hippopotami,* etc. Idcirco amatoris veneficiis infamis, ut dictum est IX, 41. HARD.

2. *Hippopotami frontis e sinistra parte pellis in linteolo adalligata.* Tres codd. • pelle in agnina alligata. • Audegav. *pellis in agnina.*

Voss. ut Hermolai: • e sinistra parte pellis in agnina alligata. • Gron.

3. *In agnina alligata.* Sic Reg. 1, et alii: non, ut editi, in linteolo. HARD.

4. *Felvc.* Galen. II, 27, p. 636: Χάλιν νάρκης ἐάν τις πίνῃ, τὸ μῦρον ἀνέντατον ἔσται. HARD.

5. *Jecur ranæ diopetis et calamitæ.* Vidi equidem certis locis tantum numerum ranuncularum, ut cum imbre delapsi, vel certe ex imbre provenisse videri possent. Hos opinor hic *diopetes* vocari, quod Græci *διωπετίς* nominent,

LI. Equorum scabiem ranæ decoctæ in aqua extenuant, donec illiniri possit. Aiunt ita curatos non repeti postea¹. Salpe negat canes latrare, quibus in offa rana viva data sit.

LII. Inter aquatilia dici debet et calamochnus¹, latine adarca appellata. Nascitur circa arundines tenues e spuma aquæ dulcis ac marinæ², ubi se miscent. Vim³ habet causticam : ideo acopis additur contra perfrictionum⁴ vitia. Tollit⁵ et mulierum lentigines in facie. Et calami simul, dici debent : phragmitis⁶ radix recens tusa luxatis medetur, et spinæ doloribus ex aceto illita. Cyprii⁷ vero, qui et donax vocatur, cortex alopecii medetur ustus, et hulceribus veteratis : folia extrahendis quæ infixæ sint corpo-

quidquid est ex aere delapsum, quæssi a Jove demissum. GELER.

LI. 1. *Aiuntque ita c. non repeti postea. Et Salpe negat canes latrare.* Scribe detractis duabus particulis sic : « Aiunt ita curatos non repeti postea. Salpe negat, etc. » ex scripto codice. PIRN.

LII. 1. *Calamochnus.* Pericalamitis Galeno, et limnestris calamachne. Vide lib. XVI, cap. 36, lib. XX, cap. 22. DALEC. — *Calamochnus.* Diximus de ea XVI, 66. Habet illius iconem Aldrovand. de Metall. II, 1, pag. 213. Vox ipsa adarca græca videtur, ἀδάρακις, Diosc. V, 139. Καλαμύχηνος, quasi arundinum lanugo. Aliis calamachne, ἀπὸ τῆς ἀχνης, a spuma. Vide Galen. de Fac. simpl. med. XI, 2, pag. 315. HARD.

2. *Marinæ.* Marinæ salsæ. Nascitur enim in paludibus, aut lacubus salsis, in quorum vadis imis scaturit fons aliquis dulcis, non in mari : vel contra in iisdem aquis

dulcibus, in quarum profundo salsus fons emicat, ut in lacu Marsometæ prope Carcassonam Galliæ. DALEC.

3. *Vim.* Diosc. V, 137 : Καθάρου δι' ἐστὶ δριμύ. HARD.

4. *Perfrictionum.* Contra algores, horroresque frigidos, quales fere in febris sentiuntur. Scrib. Larg. Comp. 268 : « Acopum ad perfrictionem, lassitudinem, tensionem nervorum. Idem hieme non patitur perfrigescere artus. » H.

5. *Tollit.* Dioscorid. l. c. H.

6. *Phragmitis radix.* Ad sepes faciendas utilis ob crassitiem et firmitatem. Eum esse volunt, quem ex Theophrasto Noster appellavit χαράκιαν. DALEC. — *Phragmitis radix.* Totidem verbis Dioscor. I, 114. De phragmite cæterisque generibus egimus XVI, 66, sqq. Hæc petita e calamis remedia totidem fere verbis ante prætractata vide XXIV, 50. HARD.

7. *Cyprii.* Dioscorid. l. c. H.

ri⁸, et igni sacro. Paniculæ⁹ flos si aures intravit, exsurdat.
³ Sepiæ atramento tanta vis est, ut in lucerna addito Æthiops¹⁰ videri, ablato priore lumine¹¹, Anaxilaus tradat. Rubeta¹² excocta aqua, potui data, suum morbis medetur: vel cujusque ranæ cinis. Pulmone marino si confricetur lignum, ardere videtur, adeo ut baculum ita præluceat.

¹ LIII. (XI.) Peracta aquatilium dote¹, non alienum

8. *Folia extrahendis quæ infixa sint corpori.* Radix per se aut illita cum bulbis extrahit, quæ infixa sunt corpori: folia trita et imposita medentur igni sacro, Dioscorides. DALEC.

9. *Paniculæ.* Plin. XXIV, 50: « Arundinum lanugo illita auribus, obtundit auditum. » Vide locum eum. HARD.

10. *Æthiops.* Nigros Æthiopus instar videri, mutata priore lucernæ luce. Refert hoc et Sext. Emp. Pyrrh. hypotyp. I, 14, p. 10: Καίτε οἱ γόντες χρίοντες τὰς θρυαλλίδας τῷ χαλκοῦ καὶ θαλάσσης πίας, ποιῶσιν ὅτε μὲν χαλκῶς ὅτε δὲ μέλανας φαίνεσθαι τοὺς παρόντας, etc. « Præstigiatores dum lucernas unguunt æruginē et sepiæ atramento, faciunt ut qui adsunt, modo æris colorem habere, modo nigri esse videantur. » Similes nugas habet auctor Kiran. pag. 51. HARD. — Cæterum qualis et quanta sepiæ atramento nigredo sit notum est. Ex aliquo alicujus sepiæ liquore Neotericorum atramentum Sinense confici solere res est vero simillima. AJ.

11. *Ablato priore lumine, Anaxilaus tradat.* Volumine, non lumine, in vetusto exemplari: le-

gendum forte, velamine. PINTIAN.

12. *Rubeta decocta et in aqua potui data suum morbis medetur.* « Rubeta excocta aqua potui data, etc. » in eodem, et confestim, cujusque ranæ, non cujuscumque. PINT.

LIII. 1. *Peracta aquatilium dote, non alienum . . . eaque nominatim complecti, quod in terrestribus volucrisque fieri non quit.* Sane avium non minus numerosa turba quam piscium, si species examinaveris: nam piscium fere 5200 nunc novimus, avium circiter 6000. Sed memento tam piscium novorum plus inventum iri quam avium (nam terras fere omnes perlustravimus, non item omnes marium tractus et fluvios et lacus novimus); tum de piscibus veris nos h. l. dicere, at Plinium de aquatilibus cunctis, h. e. de mammiferis, non paucis crustaceis, mollibus, fere omnibus zoophytis, etc. Horum omnium numerus ultra 12000. Quomodo ergo Noster potest credere terrestrium animalium aut volucrum plus esse quam aquatiliū? quomodo, dum suspicatur tot latere ignotas feras aut aves intra Scytharum, Æthiopum, Indorum ignota deserta, non inteligit diversitatem et ubertatem

videtur indicare per tot maria, tam vasta, et tot millibus passuum terræ infusa, extraque circumdata mensura pæne ipsius mundi, quæ intelligantur animalia centum² septuaginta quatuor omnino generum esse, eaque nominatim complecti: quod in terrestribus volucrisque fieri non quit. Neque enim omnis Indiæ, Æthiopiæque, aut Scythiæ, desertorumve novimus feras aut volucres, quum hominum ipsorum multo plurimæ sint differentiæ, quas invenire potuimus. Accedat his Taprobane, insulæque aliæ Oceani, fabulosæ narratæ. Profecto conveniet non posse omnia genera in contemplationem universam vocari. At hercules in tanto mari³ Oceano quæcumque nascuntur, certa sunt, notioraque, quod miremur, quæ profundo natura mersit. Ut a belluis ordiamur, arbores⁴, physeteres, balænæ, pristis, Tritones, Nereides, elephanti⁵, homines qui ma-

eamdem in mari atque ambibus esse? *A.*

2. *Centum.* In quibusdam MSS. *centum quadraginta quatuor*, errore minime obscuro: quum enim, IX, 16, piscium species esse affîrmet, ut diximus, CXLIV, præter crustis intecta, quæ sunt xxx, ex utroque eo numero effici manifestum est CLXXIV. Sed Plinii numerum auxerunt deinceps in immensum, qui de hoc argumento nostra ætate scripserunt. Et illud animadversione dignum, quod Plinius mox ipse ait, *tantum se marina dicere.* H.

3. *At hercules in tanto mari Oceano,* etc. Plinii sæculo detecta nondum erat America, atque adeo nec India Orientalis, quarum maria pisces quamplurimos a nostris diversissimos nutriunt. DAL.

4. *Arbores.* Arbor bellua, non stellæ marinæ genus maximum,

memoratur lib. VIII, cap. 4. Ibi- dem Physeter, Triton et Nereis, ibidem cap. 5. Tritonem describit Ælianus, Animal. lib. XIII, cap. 21; Pausanias in Bœoticis; Alex. ab Alex. lib. III, cap. 8. DAL. — *Arbores.* De arboribus nihil compertum adhuc. De physetere, et de rotis, IX, 3; de balænis et pristibus, eodem libro, 2 de Tritonibus, Nereidibusque, de marino homine, et arietibus, eodem libro, 4, ubi et elephantorum mentio, quorum nemo Veterum meminit, præter Plinium. De orcis, IX, 5; de musculo, ejusdem libri cap. 88; de arietibus aliis, vide quæ diximus IX, 67; de delphinis, eodem libro, 7; de phocis, seu vitulis marinis, eo libro, 15. HARD.

5. *Elephanti.* Elephantum esse volunt rosmarum Olai Magni, sic dictum quod dentes exsertos habeat

rini vocantur⁶, rotæ, orcæ, arietes, muscoli, et alii piscium forma arietes⁷, delphini, celebresque Homero⁸ vituli. Luxuriæ⁹ vero testudines, et Medicis¹⁰ fibri, quorum e genere luras nusquam mari accepimus mergi, tantum marina dicentes. Jam caniculæ¹¹, dromones¹², cornutæ, gladii, serræ: communesque¹³ mari, terræ, amni, hippopotami, crocodili: et amni tantum¹⁴ ac mari, thynni, thynnides, siluri, coracini, percæ. Peculiares autem maris;

elephanti modo, e quibus capuli gladium sunt, ut ex ebore. Rotas describit auctor lib. VIII, cap. 4; Ælian. Hist. Anim. lib. XIII, cap. 20; Jovius lib. de Piscibus. DAL.

6. *Homines qui marini vocantur.*

Quales episcopus et monachus Rondeletii. Apud Pausaniam in Phocis Cleon Magnes refert marinum hominem se vidisse in littus ejectum non brevioris quinque jegerum spatio, qui fulmine ictus conflagraverat. DAL.

7. *Arietes.* Arietes memorat auctor, lib. VIII, cap. 5. Arietem marem et feminam describit Ælianus, Hist. An. lib. XV, c. 2. Arietes priore loco hic appellatos quidam esse volunt arieti, bellicæ machinæ similes: alios vero paulo post nuncupatos, arieti quadrupedi, et cornibus et capite. DAL.

8. *Homero.* Odyss. Δ, 436, et alibi sæpius. HARD.

9. *Luxuriæ.* Subintellige celebres. Vide IX, 13. HARD.

10. *Medicis.* De fibris, seu castorei usu in medicina dictum abunde cap. 13 hujus libri. HARD.

11. *Jam caniculæ.* De caniculis IX, 70. Dromones, cornutasque, præter Plinium, qui nominaret, nondum occurrit: aliud enim vi-

detur esse a dromonibus Plinianis Hesychii δρόμων, hoc est, parvus cancer, μικρός καρκίνος, qui a Mopseliensibus vulgo *chevette* nuncupatur: capitur in maris æstuariis, sagittæ in modum per summam aquam decurrit: unde id ei nomen. Dromonous Pliniani inter belluas, ut ipse ait, majoresque pisces, sive cetaceos, censi oportet. Gladium, serramque, nomina esse marinorum fruticum adinouvimus IX, 1. H.

12. *Dromones.* Dromones a cursu, marinæ belluæ genus. Aristot. Histor. lib. II, cap. 2, δρομίδας vocat, qui in Pontum aliunde excurrunt, thynnos, pelamidas, amias. Dromones Hesychio parvi cancri, qui in maris æstuariis velocissime per aquam summam decurrunt. DAL.

13. *Communesque.* De hippopotamis, VIII, 39. De crocodilo ejusdem libri cap. 37. HARD.

14. *Et amni tantum.* De thynno dictum abunde IX, 17, sqq. Θυννίδες feminæ intelligendæ sunt. Quare inter se differant docet Aristot. apud Athen. VII, p. 303. De siluro, eodem lib. cap. 17. De coracino, cap. 24 ejusdem libri, ubi et de perca egimus. Coracinum Hesych. et Persius saperdam vocant. H.

acipenser¹⁵, aurata, asellus, acharne¹⁶, aphy¹⁷, alopecias, anguilla, araneus. Box¹⁸, batis¹⁹, bacchus²⁰, batrachus, belone²¹,

15. *Acipenser*, etc. De acipensere dixi ad lib. IX; de aurata, IX, 25; de asello eodem lib. cap. 28. H.

16. *Acharne*. ἄχαρνος Athenæo, VII, pag. 286, apud Ænum Thraciæ præstantissimus dicitur. Eidem lib. VIII, p. 356, ἀχαρναν scribitur, Romæ visus a Rondeletio, a quo pingitur, V, 151. HARD.

17. *Aphy*. De ea egimus ibid. IX, cap. 74. De alopece, sive alopeciade, seu vulpe marina, IX, 67; Athen. VIII, pag. 356. De anguilla marina, Epicharmus in fabula, quas Musas inscripsit, teste Athenæo, VII, pag. 297. De araneo denique eodem libro, c. 72. H.

18. *Box*. Piscis est tergo picto, et vocalis, unde ei nomen, κατὰ τὴν βοῶν, inquit Athen. VII, pag. 286. Idem βῶξ, βῶξξ, et βῶαξ, a voce quam edit: ab oculis boum similibus, βῶωψ. Festus: «Boca, genus piscis: a boando, id est, vocem emittendo appellatur.» In Gallia Narbonensi, *bogue*, teste Rondeletio, V, 11. HARD.

19. *Batis*. Βατίς et βατὸς a Græcis apud Athen. VII, pag. 286, raia dicitur, de qua non nihil prælibavimus, IX, 40. A rubi, quem βάτον vocant, similitudine nomen traxit: est enim sculeis aspera, præsertim in cauda. Utroque illo vocabulo marem a femina discriminari crediderim, ut de thyano et thynnide paulo ante dixi: Hesychius enim, pag. 185: Βάτος, καὶ βατίς, ἰχθύς διαφέρουσιν ἀλλήλων. HARD.

20. *Bacchus*. Sic Reg. et Colb.

3, cum Ch. non *banchus*. Egimus de eo IX, 28; de batracho, sive rana, IX, 7; de belone, sive acu, eodem libro, cap. 57. HARD.

21. *Belone*, quos *aculeatos* vocamus. Scribendum videtur, non *aculeatos*, sed *acus aciculasve*: id enim significat vox græca *belone*: ostendimus quoque hoc lib. X. PIST.

— *Belone*, quos *aculeatos* vocamus. Pintianus legendum censet *acus aciculasve*: id enim significare græcam vocem βελόνη. Quasi hæserint memoriæ ejus quæ scribit Hermolaus ad lib. XXXV, 11, his verbis: est autem belone, quam nos *acum* et *aciculam*, diximus. Sic ille. *Acos tenuis* e Martiali novimus, lib. X, epig. 34, et Plinio ipso, lib. IX, 5: «Acus sive belone, unus piscium dehiscente propter multitudinem utero parit.» *Aciculum* autem passim quidem in Lexicis exhiberi video, ut diminutivum τοῦ *acus*: auctorem tamen ejus vocabuli antiquum nondum reperi. *Acuculam* Excerpta vet. Lexic. efferunt: *Ansa*, λαβή. *Acucula*, βελόνη. Et Constantini Cod. I, 1. Th. de repudiis: «oportet eam usque ad acuculam capitis in domo mariti deponere.» Sed vix est, ut non *Acula* et *aculam* his locis legendum sit: ut loquutos mihi veteres constat. Glossarium: βελόνη, *acula*, *acus*. Cleonius in arte: «Hæc in diminutivo genus mutant, ut *acus* *acula*, hoc *scutum* hæc *scutella*, hoc *pistrinum* hæc *pistrilla*.» Accedit ipse Plinius infra lib. XXXIV, 13. Corruptum quoque in Glossis Isidori: «*Acu-*

4 quos²² aculeatos vocamus, balanus²³. Corvus²⁴, citharus²⁵, e rhomborum genere pessimus: chalcis²⁶, cobio, callarias, asellorum generis, ni minor esset: colias sive²⁷ Pa-

cula, aculus, solers, agagula. Scribendum: *Ariculus, acutus*. Eo vocabulo utitur Cicero Tuscul. III, « ille ariculus Athenis senex Zeno, istorum acutissimus. » Ergo et hoc Plinii loco malumus: « belonæ, quas aculas nos vocamus. » Pintianus, quod censuit, et ostendisse ait se ad lib. X. Caput est illic 32, ubi de nidis halcyonum: « Nec unde confingantur, invenitur. Putant ex spinis aculeatis: piscibus enim vivunt. » Quæ translata sunt ex Aristotelis Hist. Animal. lib. IX, cap. 14: Ἀπρῦται δὲ ἐκ τίνος συντίθει τὴν νοστίαν· δοκῶ δὲ μάλιχα ἐκ τῶν ἀκανθῶν τῆς βελόνης· ζῆ γὰρ ἰχθυοφαγοῦσα. Ergo Pintianus, ex spinis acus piscis. Et voluit tale quid haud dubie Plinius. Sed verba potius fuisse crediderim: « Putant ex spinis aculeatum. » GRON.

22. Quos. Subintellige pisces. H.

23. Balanus. A similitudine glandis quernæ, quæ βάλανος dicitur, nomen habet auctore Athenæo, lib. III, pag. 91. In rimis saxorum degunt. Iconem vide apud Rondel. de Testac. I, 30. HARD.

24. Corvus. Græcis κόραξ. Pingitur a Rondeletio, X, 7, pag. 296. Meminit ejus Celsus, inter pisces cibi duriusculi, II, 18. Romanis capone. HARD.

25. Citharus. Romæ frequens, folio nominatus, teste Rondeletio, XI, 5. Libri hactenus editi sic legunt, « cytharus, chrombrorum genera, cyprinus chalcis. » Chrombri qui sint nemo novit, nec cypri-

num aut scombros ulli MSS. habent. Sic Reg. 2 et Ch. « citharus rhomborum genera pessimus chalcis, etc. » Unde perspicuum fit nihil esse nostra emendatione certius; præsertim attestante Galeno de alim. Fac. III, 30, pag. 394, simillimum esse rhombo citharum: Aristotele apud Athen. VII, pag. 305, alga vesci: iis qui Romæ gustarunt, insuavi carne: unde Pherecrates, apud eundem Athen. pag. 306: Ὁ ἀγαθοὶ ἔνισιν ἐν καθάρῳ τι κακόν. Et Xenocr. lib. de alim. ex aquat. apud Orib. II, 58: « Citharus, rhombus lati sunt: rhombusque solidus est. . . At citharus mali succi est, et stomacho non idoneus, etc. » HARD.

26. Chalcis. Est hæc marina chalcis nostra sardina, ut diximus IX, 71. De cobione, seu gobio, eodem libro, cap. 83; de callaria, cap. 27 ejusdem libri. HARD.

27. Colias sive Parianus. Euthydemus Atheniensis, lib. de Salsamentis, apud Athen. III, pag. 116, coliam parianum laudat: Καὶ Πάριον κολιῶν κυδρὴ τροφὸς ἔσκει πολίγνη. « Oppidulum Parium coliarum est inclyta nutritrix. » Est autem Parium Hellesponti oppidum, de quo Plinius, V, 40. Coliam majorem esse scombro scribit Hicesius apud eundem Athen. VII, pag. 321. Ipsi Athenæo, III, pag. 121, ὁ κολιάς præstantissimus dicitur Amyclanus, atque ex Hispania quem Σεξίτανόν vocant. A Massiliensibus *coguiol* nuncupari, auctor est

rianus, sive Sexitanus²⁸ a patria Bætica, lacertorum minimi²⁹: ab iis Mæotici³⁰: cybium, ita vocatur³¹ concisa

Rondeletius, VIII, 8. Sexitanus ab oppido Bæticae Ἐξ, sive Σίξ, ut diximus III, 3. Meminit Martial. VII, ep. 78, ubi lacertum pariter coliam vocat, ut ait Harduinus, sed perperam, et errore manifesto. ED.

28. *Sexitanus a patria Bætica.* Scribo, *Sexitanus*, a Sexi oppido Bæticae Plinio, Ptolemæo, cæteris. Favet et apographon nostrum: celebrat item Athenæus salsamenta Sexitana ex auctoritate Strabonis, lib. III. ΠΥΡ. — *Sexitanus a patria Bætica.* Vet. sive *Sexitanus.* Martialis, VII, 78: « Quum Saxetani ponatur cauda lacerti. » Juvenalis, Sat. XIV, 131: « concham æstivam cum parte lacerti. » Quæ sequuntur sic lego, « Lacertorum æmulus. Ex hoc et concisa pelamide Mæoticis paratur quod cybium vocant. Pelamis hoc nomen habet, quum post XL dies e Ponto in Mæotin revertitur, Cordyla vero pelamis pusilla est quum in Pontum e Mæotide exit. Cautharus, etc. » Fallitur tamen Plinius, nam pelamis auctore Aristotele a mari in Pontum revertitur, cordyla vero e Ponto in mare exit: ut legendum sit, « nomen habet quum e mari in Pontum revertitur, cordyla vero pusilla pelamis quum post XL dies e Ponto in mare exit. » DALEC.

29. *Minimi.* Ita Reg. 2, non *minima*, quod neque ars hoc loco patitur. HARD.

30. *Ab iis Mæotici.* Coliæ Mæotici, inquit, Pariano Sexitanoque paulo grandiores. HARD.

31. *Cybium, ita vocatur...pelamis,*

quæ, etc. Stupendum, quod Plin. *cybium* inter piscium nomina referat: quum salsamentum sit, et pars piscis in quadram concisa, ac tesserae figura. Vide SALM. pag. 1317. — *Cybium ita vocatur*, etc. Verno tempore thynni Pontum e mari per Euripum subeuntes, ibi fetificant. Minutus fetus, qui quadragesimo post die redeuntes in mare comitatur, cordylæ vocantur. Eadem in mare reversæ et illic augescentes, pelamides nominantur, tritones, orcynti, sive apolecti. Anno post tertio verno tempore, quum in Pontum revertuntur adultæ, thynni sunt. Ex cordylis integris fiebat salsamentum, de quo Mart. XIII, 1: « Ne toga cordylis, ne pænula desit olivis, etc. » Ex pelamidibus (quarum maximæ, tritones et apolecti, quasi eximie nuncupantur) concisis fiebant salsamenta cybia: quadratæ figuræ, et κύβια sive cu mutata in ω, ωπαία, e locis quæ ad caudam sita sunt macerrima, et nullo pingui grato. Plinius non satis hæc distinxit. Suetonius Vespasianum ab Alexandrinis ob sordes vocatum fuisse *Cybiosacten*, non, non, ut legimus, *Cybiotaten*, ait, quasi Salsamentarium, e cognomine unius e regibus suis turpissimarum sordium, de quo Strabo, lib. XVII. DALEC. — *Cybium.* Salmas. in Solin. pag. 1317, facinus indignum exclamat, obtrudi a Plinio cybium inter piscium nomina, quum piscis pars quædam, salsamentumque sit. Scribat igitur dicam non Plinio modo, sed et

pelamis, quæ post XL dies a Ponto in Mæotin revertitur : cordyla³², et hæc pelamis pusilla, quum in Pontum e Mæotide exit, hoc nomen habet : cantharus³³, callionymus³⁴, sive uranoscopus, cinædi, soli piscium³⁵ lutei : cnide³⁶,

